16

6
19-b
79

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
130 F
23

6-19-b.79

H III c 1739 f 3a

HIEROSOLYMA VINDICATA, SEV HEROICVM POEMA TORQVATI TASSI

Epico Carmine donatum

AB ADM. R. D. HIERONYMO DE PLACENTINIS FOROLIVIENSI;

Cum Indice locupletiſſimo

Nominum, & præcipuarum rerum, quæ in Opere continentur.

FOROLIVII,

Typis Ioſephi Syluæ. MDCLXXIII.

Superiorum Permiſſu.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO

D. D.

FRANCISCO ANNIBALI DÆSTRÆO

Duci, ac Pari Franciæ: Inſulæ Franciæ Proregi &c.

Chriſtianiſſimi Regis ad SS. D. Noſtrum CLEM. X. Pontificem Maximum Extraodinario Oratori felicitatem.

NE mireris Excellentiſſime Dux, quòd homo non ſolùm nullis officijs, nulloque obſequij cultu; ſed ne auditione quidem, aut fama tibi cognitus cum litterario munere ad te venio eximium clientis tui decus affectans. Ne mireris, inquam, cùm enim munus hoc meum ſit latinitate donata inclita Torquati Taſſi de Receptis Hieroſolymis carmina, cùmque præcipua in

bello huius argumenti, & maximè omnium ſtrenua Gallicæ Gentis opera fuerit, indè potiſſimùm dignitatem ſibi meum hoc opus petere debet, vndè materiam & argumentum accepit. Nec verò diù deliberaui, quo potiſſimum Nomine inter tot ſplendidiſſima, quibus Gallia abundat, vtendum mihi ad hanc rem eſſet, cùm tuum ex proximo occurreret; quòd etiamſi longè accerſendum eſſet, non maximè conſpicuum eſſe non poterat propter vetuſtam Familiæ tuæ nobilitatem, & numeroſas Maiorum Imagines, & connexam cum Maximis Europæ Regibus propinquitatem. Quod ego decus pluribus exequerer, niſi ſuperuacaneum eſſet ad colligendam laudis ſegetem annalium fidem, & vetuſtatis memoriam appellare in ſumma præſentium, & in oculos incurrentium decorum copia, & quorum nos ipſi ad poſteros teſtes omnium locupletiſſimi eſſe poſſumus. De ſummo viro FRATRE tuo ſermo mihi eſt, qui ad honorem Romanæ Purpuræ, non magis Regali ſuæ cognationis, quàm egregiarum ſuarum ipſius laudum, & rariſſimi in tanto faſtigio literarum miraculi ſuffragatione peruenit. Deque altero FRATRE, itemque de FILIO: illo nauali, hoc murali corona inſignibus. Nihil enim hoc

tem-

tempore tam in ore omnium eſt, quàm bellica Comitis DÆSTRÆI virtus, qua nunc res maritima Gallica ſtat, atque nititur, quamque vna m exacta propemodum tota continente Batauorum pertinacia veretur, & loquitur. Nec facilè quidquam illuſtrius, quàm Marchionis COVRÆI FILII, quem dixi, tui ſingulare in euadendis hoſtium munitionibus exemplum, quo immane quantum ille addidit ardoris, & animorum popularibus ſuis, quorum ſanguine, & periculis hoc aſſecuta propemodum iam eſt Gallia veſtra, quòd ad antiquos, & á natura ſibi datos Rheni, & Oceani terminos promota videatur. Sed mihi piaculum fuerit, quamquam ſolam viuorum mentionem profeſſo indictum præterire fortiſſimum virum PARENTEM TVVM ſummo eorum, qui à Gallis Proceribus geri ſolent, militię honore perfunctum, de quo ſatis, ſuperque Hiſtoriæ noſtri ſæculi rebus illius pace, belloque geſtis refertæ loquuntur. Poſſem commemorare multa, & non vulgaria á te quoque ipſo fortiter facta, & ſapienter conſulta, cùm inter prælia, & acies verſarere: cùm ordines duceres, & magnis copijs imperares, teque digniſſimam ſtirpem probares Incliti illius ROLLONIS DESTRÆI Franciæ Mariſchalij

ad bellanda pia, & Chriſtiana cùm Saracenis bella DIVVM LVDOVICVM ſecuti. Poſſem, inquam, niſi præſtaret de pacis artibus dicere, in quibus hoc maximè tempore magna cum rariſſimæ ſapientiæ verſaris laude exercendo Regij ad Sanctiſſimum CLEMENTEM X. LEGATI munere: ſummis, infimiſque iuxtà probatus, & charus: prædicantibus certatim hominibus mirificam in omnibus tuis actionibus grauitatem, prudentiam, dexteritatem, & ſingularem ſolidi, & efficacis conſilij vim, vt dubitari meritò ſubeat, maiorne, & excelſior virtus tua ſe præbeat in obeundis Regijs mandatis, an in demerendo, tibique conciliando Sanctiſſimi PONTIFICIS, &PATRVM animo. Sed inſtar conſummatæ omnis laudis eſt factum de te in huius muneris, aliorumque præterea delegatione iudicium à Clariſſimo omnis memoriæ REGE LVDOVICO XIV.

Quo nihil maius, meliuſque terris
Fata donauere, bonique Diui,
Nec dabunt, quamuis redeant in aurum
Tempora priſcum.

Sic ego de Regum MAXIMO quantum Pöëtæ Chriſtiano fas eſt multo iuſtiùs audeo canere, quàm Venuſinus olim vates de Auguſto ſuo cecinerat: nec enim ſolùm res maximas hactenus ab eo geſtas, cùm hæc

lo-

loquor, in animo habeo; ſed quas præterea poſt abſolutam hanc aduerſus Batauos expeditionem omnis Catholicorum turba expectamus, nihil mediocre, nihil vſitatum, aut quod de homine hactenus nato prædicari poſſit, de illo nobis polliciti: vt potè de PRINCIPE, quem largitura nec ne eſſet generi mortalium Diuina Prouidentia bino decennio deliberaſſe viſa eſt; an potius grandia quæque, excelſaque & inuſitata molienti rerum naturæ tam longa cunctatione quaſi parturiendum dediſſe. Quo fit vt illa hactenus inania dictu, & rationi deſperata, & ſomnij ſimillima videri ſolita de ſuperando Oriente, de penetranda Ægypto, de recuperandis iterum Hieroſolymis prona expedita, & nullius negotij futura armis illius, & conſilijs videri iam poſſint: poſt factum ſcilicet ſuperiore anno virilium iſtius Regni periculum, quibus ludus, iocuſque fuere immanes illę gemino ex orbe, & vniuerſo Mari collectæ opes,

Quas nõ Tydides, non Lariſſęus Achilles,
Non anni domuere decẽ, nõ mille Carinæ.

Nec ſolùm non domuere, ſed immò incrementis poſt homines natos ampliſſimis auxere, quorum compages integri ſæculi fortuna, diſciplinaque conflata,

& quę conuelli ſine conuellentium ruina minimè poſſe videbatur, intra paucos ab illo dies fracta, diſſipata, ac euerſa propemodum eſt; & ne vlterius ſalutaribus Eccleſiæ Catholicæ incrementis per Orbem terrarum officeret; magna ex parte coërcita. Pateris (opinor) Præſtantiſſime DVX, me in REGIS optimè de te meriti laudibus paulò diutiùs immoratum eſſe, & qua es in communem Patriam pietate, non id circò proprias tuas intermiſſas exiſtimas. Sed modus epiſtolæ adhibendus eſt, idq; ſupplice cum voto, vt huic meo qualicũq; conatui volens, & propitia adeſſe velit humanitas tua. Quod ſi (vt ſapientibus placet) in magnis & voluiſſe ſat eſt; non illum (ſpero) omninò ineptum, atque improbandum putabis.

LECTORI BENEVOLO.

TORQVATVS TASSVS propter Heroicum Poema editum, quo Chriſtianis armis aſſerta Solyma decantauit, id laudis aſſecutus eſt, vt omnium eruditorum conſenſu Italorum ſupremo poeticæ gloriæ occupato faſtigio, non ſolum Tuſcorum Poetarum habitus fuerit Princeps; ſed etiam illum imitandi cæteris pręripuerit facultatem. Hoc mirabile opus cum à me ſemel, atque iterum accuratè lectum ſit; ad Epico carmine donandum me ſenſi excitatum. Animum applicui, aggreſſus ſum, denique qualecunque ſit perfeci Opus. Verùm quidem eſt quòd iacuiſſet in tenebris, niſi amicorũ conſilio adductus fuiſſem, vt ederem in lucem. In vertendo hoc Poemate hæc duo ſpectaui, ſcilicèt vt germanum Authoris ſemper retinerem ſenſum, & qua potui maiori

perſpicuitate conceptus explicarem: quæ dico à Lectore maximè deſideranda erant. Si poſtea tibi videretur me non grandi ceciniſſe cothurno pro operis dignitate; quis ſupra ſuas vires operatur? & ſi id requirebatur, è tumulo Mantuanum Vatem reuocare oportebat. Verùm ſi in picturis deſiderari quoq; ſolet vmbræ, vt colorum lumina melius exprimantur, meorum vmbræ Carminum ſaltem id efficient vt Pöematis Taſſi venuſtas magis appareat, atque ſplendor. Spero tamen non inutilem futurum laborem, tùm Italis propter varios dicendi modos, & tot figuras, quibus tanquã ſtellis reſperſus eſt liber, tùm extra Italiam, vbi latinus ſermo familiarior eſt, quam Tuſcus viris; qui propterea ad illum legendum, & non ſine aliquo fructu facilè allicientur. Accipe igitur magnum animum, optimam voluntatem, & non ſatis aptam Carminibus excuſatam habe meam ſenectutem. Traductio mea eſt; ſcientia Taſſi, hac exornari potes: Si ego in vertendo fortè errauerim, in tibi ſatiſfaciendo Taſſus non errabit; ſi carminum meorum tibi diſplicebit inſuauitas; artificium, & inuentiones Taſsi multiplices te ſummoperè delectabunt. Lege igitur, & relege, & ſi quos propter inconſiderantiam offenderis errores, beneuolè corrige; conſiderans quàm ſit facilè in numeris aliquando allucinari, in quibus etiam oculi lyncei decipiuntur. Vale.

IN-

INDEX

Propriorum Nominum, & præcipuarum rerum, quæ in hoc Opere continentur.

Primus Numerus ſignificat Paginam: Secundus Verſum.

GOfredus cõuocat ſocios ad Senatum ſecundum ordinem Angeli 4.23. Cõcio pulchra ad eos in Senatu 4. 38. Eligitur Imperator Exercitus Chriſtianorũ 6. 23. iubet receſum, & ſpectat 6. 38.

Ordo receſſus: Sub Duce Clotareo Franci 7.8. Gulielmus, & Ademarus Epiſcopi ibi 20. Balduinus cũ Bononienſibus ibi 27. Princeps Carnutũ 28. Guelfus 32. Robertus Normanus 7. 18. Robertus alter 8. 16. Gulielmus Anglus ibi 19. Tancredus 23. quomodò captus amore Clorindæ ibi 32. Latinus cũ ſuis Græcis 9.23. Dudo de Conſa 37. Euſthatius 10. 3. Gernandus ibi 4. Rugierius 5. Engerlanus 6. Gētonius 7. Rambaldus, & Gherardus ibi 8. Vbaldus, & Roſmundus 9. Obizo 12. Talamedes, Sfor-

tia, Achilles fratres 10. 14. Otho 15. Guaſcus & Rudulphus ibi 18. Guidi duo 19. Eberardus 20. Gernerius, Gildippe, & Odoardus ſponſi ibi 21. Rinaldus Eſtenſis 32. Raimũdus Comes Toloſæ 11. 14. Stephanus ibi 22. Alcaſtus 27. Dudo de Conſa eligitur Dux Volonum 9. 37.

Aladinus Rex Hieroſolymæ propter aduentum Exercitus Chriſtianorum incendit arua, & ſegetes, & munit Vrbem 16. 3. per vim abripit Chriſtianis Imaginem Deiparæ ſuadente Iſmeno Mago, & defert ad Templum Maconis 17. 20. Hinc ſecedit Imago, credit fuiſſe raptã à Chriſticolis, ſtatuit ꝑdere omnes fideles 18. 1.

Sophronia vt ſaluet Populũ Chriſtianũ corã Rege ſe accuſat falsò vt raptricem 19. 14. damnatur igni 20. 13. Olindus vt ſaluet Sophroniam ſe quoque accuſat, & damnatur ad eamdem pęnam 11. 8.

Clorinda accipit ſceptrum à Rege ſupra ſuũ exercitum 23. 25. precibus ipſius Rex liberat Sophroniam, & Olyndum 24. 8. hos ablegat cum alijs Chriſtianis ibi 21.

Aletes, & Argas veniũt Legati Regis Ægypti ad Gofredum 25. 6. & 12. Aletes exponit mandata ſui Regis ibi 30.

Gofredi pulchra reſponſio ad Aletẽ 28. 39. accipit bellum indictũ ab Argãte 30. 28. donat caſſidem magni pretij Aleti ibi 32. & enſẽ ornatum gemmis Arganti ibi 34.

Peruenit agmen Chriſtianorũ propè Hieroſoly-

ſolymã 32. 13. Clorinda occurrit Francis, occidit Gardum 34. 4. Erminia dat cognitionem Regi de Tancredo 34. 31. & poſteà de cæteris Equitibus ſuo loco. Tãcredus occurrit Clorindæ 35. 5. nouit illam ſublata buccula per ſuũ ictum ibi 18. percuſſus à Clorinda nõ repercutit ibi 23. quæ verba dixit ei ibi 34.

A' Chriſtianis fuſa pagana gens ſe recipit ſub mænibus Vrbis 38. 21. Argas à Rinaldo impulſu equi deijcitur in terrã 38. 15. Argas occidit Dudonem ibi 39. Rinaldus hortatur ſuos ad vindictam mortis Dudonis ibi 32. Frænatur ã Sigerio ordine Gofredi 40. 7.

Gofredus explorat arcẽ Vrbis 40. 17. quæ verba dixit ſupra corpus extinctũ Dudonis 42. 21. comitatur eius funus 43. 8.

Pluto cõuocat Dæmones ſuos 44. 15. deſcriptio ipſius in concilio 45. 10. Concio pulcherrima ad ſuos ibi 28.

Armida vadit ad petẽdũ auxiliũ à Gofredo, petit vt adducatur ad ipsũ 50. 5. Euſthatius introducit ad illũ 50. 34. auxiliũ petit 51. 6 narrat ſua infortunia ibi 30. cõqueritur quòd ei neget petita 56. 22. obtinet decem equites precibus Euſthatij, & aliorum 58. 29.

Gofredus iubet equites eligere Dudonis defuncti ſucceſſorem 62. 6.

Euſthatius procurat vt Rinaldus ſit ſucceſſor 63. 25.

Gernãdus ſufferre nequit, quòd Rinaldus que-

ratihunc gradum 63. 38. ſtimulatus ab Alite. Aucrni ſẽper detrahit Rinaldo 64. 8. Rinaldus audiens conuicia exerit gladium, adoritur 65. 21 & occidit 66. 7.

Arnaldus loquitur Gofredũ contra Rinaldũ 66. 22. Tancredus pro Rinaldo ibi 35. Reſpõſio Gofredi ad Tancredum 67. 6. Rinaldus hortatu Tancredi, & Guelfi vadit in exilium 69. 18. Guelfi reſponſio ad Gofredum loquentem contra Rinaldum 70. 16.

Armida fruſtra tentat illectare ad amorem Gofredum 71. 9. & Tancredum ibi 37. ſcribũtur nomina equitũ, & inuaſe locantur, vt ſorte extrahantur, qui debebant comitari illã 73. 5. Nomina extractorũ fuerunt Artemidorus Pẽbrociæ Comes, Gherardus, Vencislaus, Guaſco, Ridulphus, Oldericus, Gulielmus, Eberardus, Henricus, Rambaldus 74. 18. per noctem comitati ſunt alij 74. 39.

Concio Gofredi cõſolatoria ad ſuos timẽtes propter malum nuncium acceptum 75. 38.

Argantis ſermo ad Regem 75. 7. prouocat per fecialẽ Chriſtianos ad duellum 78. 39. acceptatur à Gofredo 79. 27. eligit Tancredum pro duello 80. 23.

Deſcriptio duelli Othonis cum Argante 81. 5. Otho remanet victus 82. 11. deſcriptio duelli Tancredi cum ipſo Argante 82. 38. per noctem, & feciales fuerunt ſeparati ibi 30. iurãt ambo redire ad duellum ſexto die 85. 13.

Ermi-

Erminia capitur amore Tancredi dùm erat illius captiua 85. 37. Duellum honoris, & amoris in mente Erminiæ 88. 3. Induta veſte Clorindæ diſcedit ad inueniendum Tancredum 91. 28. mittit Armigerum ſuũ ad ipsũ 92. 19. dum expectat Armigerum videtur à Polypheмо, credit eſſe Clorindam, illam inſequitur cũ ſuis militibus 93. 38. illa fugit 94. 15. Tãcredus credens fuiſſe Clorindã aſcendit equum, vt illam inueniat 94. 39.

Erminia alloquitur Paſtorẽ, illi narrat quietem vitæ paſtoralis 96. 20. Excipitur ab ipſo paſtore 97. 33. ſe veſtit veſte ruſticali ibi 35. quæ verba dicebat loquẽs cũ arboribus 98. 13.

Tancredus peruenit ad Caſtrũ Armidæ 99. 30. quid reſponderit Rambaldo venienti ſibi obuiam ferro nudato 100. 24.

Deſcriptio Duelli Tãcredi cũ Rãbaldo 101. 3. ſpectat illud Armida inuiſa ibi 2. Tãcredus ob noctẽ obſcurã ingreditur Palatium Armidæ incautus, & ibi clauditur captiuus 102. 19.

Argas per fecialem prouocat rurſus Tãcredum, & alios 104. 17. Raimundus ſuadet Gofredo, ne vadat ad duellum 105. 2.

Raimundus ſorte extractus vadit ad Duellum 106. 22.

Deſcriptio Duelli Raimundi cum Argante 108. 39. Oradinus ſauciat telo Raimundum. Gofredus quòd videt fractũ fœdus excitat ſuas gentes ad vindictam 111. 24.

Pugna

Pugna miſcetur ibi 34. fugiunt gentes paganæ 112. 35.

Pluto dat auxiliũ Paganis permittente Deo per uentũ, & pluuiã 113. 10. fugiunt franci ibi 38. Gofredus ſolus ſuſtinet impetum 114. 2.

Nuncius Danorum narrat Gofredo prœliũ, & mortem Sueni Principis Regis Danorum cum ipſius morte 117. 21. fertur ad caſtra clamys confracta Rinaldi ſanguine ſparſa 122. 23.

Gofredus intelligit ab Aliprando vnde illam detulit ibi 37. Argillanus ſtimulatus à furia cogit equites 125. 6. vulgat fuiſſe Gofredum authorem necis Rinaldi 126. 7. mouentur gentes ad arma contra Gofredum 127. 13. ſola maieſtate aſpectus, & voce ſedat tumultũ ibi 36. reliquis parcit 128. 13. Argillanus ſolùm ut author delicti ponitur in carcere 128. 15.

Solimanus ſtimulatus à furia aggreditur Chriſtianos noctu 133. 4. Franci fugiunt ibi 33. occiditur Latinus cũ quinq; filijs 136. 10. fit ſtrages de Chriſtianis ibi 22. Gofredus increpat ſuas gentes fugientes 137. 26. diſſoluit acies paganas ibi 38. irruit cõtra Solimanum 138. 1.

Archangelus Michael miſſus à Deo depellit monſtra Auerni 140. 35. Gyldippe facit ſtragem de Agarenis 141. 30.

Clorida ſauciatur à Guelfo ibi 37. Argillanus fugit è carcere 142. 10. occidit multos Arabes

ibi

ibi 37. occidit Ephebum Solimani 144. 6. occiditur à Solimano ibi 25.

Gofredus occidit multos Saracenos 145. 3. Quinquaginta equites veniunt è cęlo in auxiliũ Chriſtianorum 145. 18. edunt ſtragem Arabũ, & Turcarum ibi 22.

Iſmenus apparet in ſomnis Solimano 148. 18. excitat à ſomno ibi 25. ducit in carpentum 149. 27. aſcendunt aulam Regis 153. 5. audit Solimanus Regem loquentem in concilio ibi 10. Argas reſpondet Regi 153. 20. Orcanus loquitur poſtea ibi 38. Solimanus ſe prodit, & loquitur 155. 20.

Gofredus intelligit errores ſuorum equitum à filio Regis Angli 157. 13. Rinaldus liberat equites captiuos 159. 20.

Deſcriptio ſupplicationis indictæ à Gofredo 162. 4. mandat omnes parari ad aggreſſum vrbis 164. 6. narrat Raimundo votum factũ 165. 6. diſponit milites ad aggreſſum 166. 19. Adraſtus ictu ſaxi deijcitur è ſcala in terram 167. 15. Saraceni mole deiecta frangunt teſtudinem Chriſtianorum cum cæde multorum ibi 35.

Clorinda ſauciat prolem minorem Regis Angli telo 168. 18. occidit Comitem Ambaciæ, & Clotareum ibi 25. Ademarum ibi 31. Palamedem 169. 4. Saraceni capiunt fugam ibi 26. Franci ſecant funes ſuſtinentes lanas ibi 35. rumpunt murum ibi 39.

Gofre-

Gofredus vulneratur à Clorinda in crure 170. 18. diſcedit coactus propter vulnus ibi 31. ſanatur ab Aligero 173. 32. redit ad pugnã 174. 1. haſta iaculata ſauciat Argantem ibi 23. ob noctem ſe refert 175. 15. iubet reſarciri magnam molẽ 175. 29. Clorinda, & Argas dicunt Regi ſe velle ardere Turrĩ 177. 35. Impedit, ne cum illis vadat Solimanus 178. 37 mutat veſtes, & arma pulchra, accipit rubigine plena 179. 14. audit hiſtoriam ſui natalis ab Arſete Eunucho ibi 24. vadit cum Argante noctu 183. 35. ardent Turrim 184. 13. Chriſtiani hos perſequũtur. Solimanus hos impellit 184. 36. Clauditur porta, excluſa fuit Clorinda ibi 37. cognoſcitur à Tancredo 185. 19. illam ſequitur ibi 25.

Deſcriptio duelli nocturni Tãcredi cum Clorinda 185. 33. occiditur Clorinda 188. 36. fertur corpus Tancredi ad tabernaculũ ſuũ 189. 20. Corpus Clorindæ in aliũ locum vicinum ibi 26. Queſtus Tãcredi ob mortẽ Clorindæ ibi 34. apparet Tãcredo pulchrior 192. 31. verba quæ dixit ibi 36. iubet ſepeliri põpa ibi 16. Verba Tancredi ad tumulum Clorindæ 193. 28. iurat Argas vlciſci mortem Clorindæ 195. 9.

Iſmenus vi carminis inducit monſtra in ſyluam 196. 32.

Vadunt multi fabri ordine Gofredi ad ſyluã & nequeunt recidere propter timorẽ 198. 29. vadit Tancredus, & nequit cædere 201. 16. nar-

narrat Cofredo viſa 203. 39.

Deſcriptio magni caloris 204. 36. querantur milites de Gofredo 207. queruntur milites de Gofredo 207. 4. Precibus Gofredus à Deo obtinet pluuiā 208. 10. Vgo alloquitur in ſomnis Gofredum 211. 12. ei dicit, vt reuocet Rinaldum ab exilio 212. 19. Guelfus petit Rinaldum à Gofredo 213. 37. concedit illum 214. 29. Carolus, & Vbaldus eunt ad reuocandum Rinaldum 215. 17.

Magus ſe iungit eis 216. 2. ducit eos ad aulā ſuā 217. 19. narrat eis dolos Armidæ 219. 1 inſtruit de omni re, quā debēt deuitare 228. 16

Senex Magus dat folium, & ſcutum, & virgam Carolo, & Vbaldo 224. 12. conſcendunt nauim ductam à muliere 225. 26.

Deſcriptio pulcherrima itineris Caroli, & Vbaldi 225. 28. Deſcriptio Palatij Armidæ 236. 20. Deſcribitur Armida cum Rinaldo in horto 240. 2. Rinaldus ſe videns in ſcuto oblato ab Vbaldo 242. 16. lacerat pompas, & ornatus 243. 12. Armida ſequitur Rinaldum diſcedentē 244. 5. Armidæ verba ad Rinaldū ibi 32. Verba Rinaldi ad Armidā 246. 22. increpat Rinaldū 247. 14. deſtruit palatiū 249. 29.

Deſcriptio Regis Ægypti ſpectantis recenſum ſui exercitus 252. 38.

Araſpes cum ſuis venit 253. 37. Aronteus 254. 3. Campſon ibi 15. Gazellus ibi 16. Alarcō ibi 24. Rex Zoaræ, Rex Tripolis ibi 28. Sy-

Phax

phax 255. 7. *Aldinus ibi* 8. *Albizarrus* 9. *Agricaltes* 14. *Oſmida* 15. *Canarius Aſſimirus* 21. *Rex Armuſæ* 28. *Rex Beucaniæ* 29. *Altomorus Rex Sarmacāti* 32. *Adraſtus* 256. 7. *Alarcus* 19. *Odemarus*, & *Hidraottes* 20. *Rimedon* 21. *Tigranes*, *Rappoldus* 23. *Ormūdus* 24. *Marlabuſtus* 25. *Orindus*, *Arimon*, *Pirga*; *Brimartes* 27. *Siſas* 28. *Aridamas* 29. *Tiſafernus* 30. *Emirenus* 256. 36. *Armida* 39. *Aradinus* 257. 17.

Deſcriptio Armidæ ad recenſum 257. 2. *Emirenus accipit ſceptrum à Rege ſupra totum exercitum*, & *quæ dixit* 258. 6.

Armida ſe ipſam offert vxorem illi; qui amputauerit caput Rinaldo 259. 20. *Magus monſtrat in quodam clypeo Rinaldo ſtirpem ſuorum Auorum*.

Rinaldus excipitur benignè à Bullione 268. 8. *cedit ſyluam incantatam* 274. 19. *Gofredus præparat aggreſſum contra vrbē* 276. 8. *ponit Raimundū contra portā aquilonarē* 277. 7. *ſe ipsū cū ſua turri veloci in aliā partē ibi* 12. *Camillū cū alia turri paulò à ſe diſtantem ibi* 15.

Vafrinus explorator vadit ad inimica caſtra 278. 8. *Rex ſe opponit Raimundo* 279. 12. *opponit Solimanum Gofredo* 13. *Argantem Camillo* 13. *Rinaldus vadit contra murum, qui eſt magis munitus* 280. 9. *Primus aſcendit mœnia Vrbis*; & *porrigit manum, vt frater Gofredi aſcendat ſecundus* 281. 13.

Gofre-

Gofredus videt auxiliũ miſſum à Cælo 283. 22. Rinaldus interimit multos Syrios 284. 14. Gofredus ſupra mœnia erigit vexillum Sanctæ Crucis 284. 30. Tancredus erigit Crucem quoque ſupra mœnia 285. 3.

Deſcriptio Duelli Tancredi cum Argante 287. 33. Occiditur Argas à Tancredo 290. 26

Rinaldus edit ſtragem de Paganis 291. 20. Rex ingreditur arcem 293. 7. Soldanus deijcit in terram Raimundum ictu clauæ 293. 18.

Gofredus caſtra locat in vrbe, & putat renouare aggreſſum 294. 21. Concio Soldani ad ſuos 295. 1.

Erminia narrat Vafrino conſpirationem 313. 13. & narrat, quomodo capta fuit amore Tancredi 300. 39.

Erminiæ queſtus ſupra Tancredũ creditum mortuum 303. 11. alligat vulnera ipſius capillis proprijs truncatis 304. 26. Tancredi corpus fertur ad Vrbem 305. 29.

Vafrinus narrat conditionem magni exercitus Regis Ægypti Gofredo, & alijs Equitibus 305. 38. narrat coniuratos contra Rinaldum, & contra Gofredum ibi 39.

Gofredus imperat mutari inſignia à ſuis militibus, vt detegatur dolus coniuratorũ 307. 20. Decernit ire contra hoſtes ad pugnam ibi 24.

Pagani exultant, & attollunt voces ad ſidera propter auxilium exercitus Ægypti Regis.

Diſ-

Diſpoſitio exercitus Chriſtiani contra paganos 309. 22.
Cõcio pulcherrima Gofredi ad ſuos 310.21.
Diſpoſitio exercitus paganorum 311. 38. Concio Emireni ad ſuos 312. 14. incipit prælium 313. 26.
Gildippe occidit Regẽ Armuzæ 313.30. Zopirum ibi 38. Alarcum 314.2. Artaxersẽ Argeum 4. & alios ibi 12. Perſæ aſſiliunt Gyldippem ibi 14. currit in auxilium illius ſpõſus proprius 15. Occidit Regem Beuchanij Artabanũ 28. Sponſa Aluantem 29. Altomorus occidit Brunellonem, & Ardonem 314. 38. Guaſcum, & Gentonium 315. 6. Guidũ, & Roſmundũ 7. & alios 9. Gofredus occidit Ormundum proditorẽ 316.3. Occiduntur & ſocij ibi 7. Siſtit ſuos fugientes, & inuadit Ducem Perſarum ibi 16. Balduinus pugnat cum Muleaſſe ibi 20. Ductor Barbarus pugnat cum Roberto 25. Tiſafernus varias edit ſtrages Francorum ibi 32.
Rinaldus occidit Aſſimirum Meròes 317. 25. Nigros, & Lybicos Reges ibi 36. 37. diſſipat turmas pedeſtres 318. 22.
Armida torquet iacula cõtra Rinaldum fruſtra 319.20. quæ verba tunc dixit ibi 21.
Altomorus defendit currum Armidæ 320. 11. Gofredus, & Rinaldus proſternunt, & diſſipant acies Altomori 12.
Robertus vnus eſt læſus ibi 20. alter Robertus eſt captiuus Adraſti 21.

Sol-

Soldanus exit ad pugnam 311. 8. *Occidit multos ibi* 15.*cum Aladino fundit eos, qui obſidebant* 29.Raimundus *aggreditur Soldanum* 33.*ſed percuſſus à Soldano cadit ibi, Guaſco ſe retrahit ſenſim* 14. *Populus Aſſiriæ fugit diſperſus* 15. *Tancredus increpat illos* 322.27.*Defendit* Raimundum *ibi* 37. *qui ſurgit* 39.*Raimundus aggreditur Soltanum, & occidit* 223. 15. & 16. *Ingreditur victor arcem ibi* 24. *ibi explicat vexillũ* 29. *Gildippe aggreditur ſolimanum, & percutit* 324. 13. *occiditur à ſolimano ibi* 22. & *ſponſus eius* 35.

Rinaldus *occidit Adraſtum* 315. 29. *occidit Solimanum* 326. 17.

Emircnus increpat Rimedontẽ *fugientẽ* 326. 34. *redit ad pugnã* 327. 4. *Tiſafernus fundit Normannos ibi* 12. *edidit ſtragem de Belgis* 13. *occidit Gernerium, & Gherardum.*

Rinaldus *occidit Tiſafernum* 328. 34. *ſequitur Armidam, inuenit eam, quæ volebat ſibi inferre mortem* 330. 1. *verba Armidæ ad* Rinaldũ *ibi* 25. *uerba* Rinaldi *ad Armidam* 331. 10.

Gofredus occidit Rimedontem *ibi* 27. *occidit Emircnum* 332. 4. *perſequitur uictos ibi* 7. *facit captiuum Altomorum* Regem *Sarmacãti Verba, quæ dixit Altomoro* 21. *uadit cum Ducibus ad templum Chriſti Domini, appendit arma, & ſoluit uotum* 332. 33. 34. 35.

FINIS.

HIEROSOLYMÆ VINDICATÆ
Liber primus.

ARGVMENTVM.

COElicus Orthoſiam à ſumo Ioue mittitur Ales:
Poſt vbi Chriſticolas Gofredus colligit vnà
Dynaſtas: legitur Dux hic heroibus illis
Maximus vnanimi ſenſu. vult agmina cuncta
Cernere ſub vexilla prius: tum ad plana Sionis
Dirigit. interea Iudææ nuncius aſper
Mirificè Regis confeſtim pectora turbat.

ARma, Ducéq; cano, Chriſti qui inſigne ſepulchrũ
Barbarica Solymæ exemit ditione Tyranni.
Multaque cõſilio, multum dextraque peregit;
Multaque perpeſſus, præda ſudauit & alma:
Irrita contra illum fuerunt molimina Pluti:
Irrita gens Aſiæ, ac Lybiæ ſimul arma tulere;
Æthere ſidereo tanto aſpirante labori;
Sancta ſub errantes ſocios vexilla coëgit.
Muſa, nihil fragili redimis quæ tempora lauro;
Serta ſed in cœlo ſtellarum tu aurea geſtas;
Pectore cœleſtem noſtro inſpirato furorem:
Carmina noſtra tibi ſedeat nunc reddere clara;
Si fuco verum; ſi alio oblectamine noſtra
Carta modò ornatur partim, tu parcito Vati.
Mundus eò fertur (planè tibi conſtat & illud)
Plus vbi dulcoris fundit Permeſſus adulans;
Sæpeque conditum præmolli carmine verum
Pellexit: vel abhorrenti magè dulcè ſuaſit.
Ægro ſic puero dulci reſperſa liquore
Ora datur calicis; ſuccos deceptus amaros
Ebibit interea; atque ſuâ haurit fraude ſalutem.

Tu ſumè Ludouice potens, & Maxime Regum,
Alterius dignum Ludouici, & Nobile Germen;
Defenſor fidei, Chriſti Defenſor honoris;
Belligerę gentis Rex; Dux inuictus in armis;
Fortuna maior, non vlla ſiniſtra paueſcens;
Coge Duces, naues inſtructas, arma capeſſe:
Arma decent Gallos; Gallos & fortia facta.
Cum Cruce ter ſancta citus aurea lilia pandas:
Pondere ſub francæ claſſis vaſtum ingemat æquor;
Chriſtiadum inuadas hoſtem; pugnatoque lætus:
Palma tua eſt: pallet Gallum Thrax nomine Regis.
Relligio, & rectum ſpondent, Virtuſq; triumphum.
Chriſtigenæ expectant; tibi de cœloq; precantur:
Vt Batauos paruo domuiſti tempore ferro,
Sic dirum eijcies rapta de ſede Tyrannum;
Victor & eoo Auguſtus dominaberis orbi.
Sic quoque tu Chriſti eripies Venerabile Buſtum:
Quin ruet omnino per te impia ſecta Maconis:
Per te mirificè tendetur Nomen Ieſu:
Vera fides Chriſti innumeras ſpargetur in oras:
Templa Deo & Diuis pandentur: cultus honoſque
Debitus his dabitur; ſacris fueritq; miniſtris
Libera tot populis diuini ſemina verbi
Fundere, ſacra celebrare, & ſecura poteſtas.
Digna dehinc meritis tribuentur præmia tantis.
Aurea dum cœlo fulgebunt aſtra ſereno;
Inſtabiles donec voluentur in æquore fluctus;
Machina dum ſtabit terræ; tua regna manebunt;
Donec erunt homines, viuet tua Regia Proles;
Viuet clara Parente, ſuis & clara triumphis.
Milleque per linguas iugiter, totidemque per ora
Fama Ludouici in terris præconia dicet,
Gloriæ & in cœlo tandem redimere Corona.

Meſſis erat ſexta, eoas cùm venit ad oras
Magna cohors Chriſti, cœptum compleret vt altū,
Ceſſerat vrbs iam Niceæ vi: ceſſerat arte
Antiochia potens: in Perſas marteque aperto
Texerat innumeros: Orthoſiam ceperat armis:
Cùm benè cordati cedentes tempori iniquo

Formoſam venturi anni expectare iuuentam.
Frigidus annus erat præceps, qui ponere ferrum
Imbribus inſtabat, ſolio cùm ſummus ab alto
Cuncta Pater luſtrans, & nil ſua lumina fallens,
Lumine diuino Aſsyrias ſe vertit ad oras:
Chriſtiadum heroas ſpectat, cordiſque receſſus,
Imperij nec amans, auri, nec labilis auræ,
Sed fidei zelans Gofredus; numina falſa
Cernitur e Solyma cupidus pepuliſſe colentes.
Mirificè affectans mundi Balduinus honores:
Tancredus lucem horrens; ſic cæco vritur igni;
Sceptra Bôëmundi ſitis Antiochena tenere.
Numinis inſpicitur veri cultumque, fidemq;
Leges, & ſanctos populis inducere mores.
Nulla fames auri, regni non vlla Rinaldo;
Martis amor tantùm, feruens ſolùm ardor amoris
Cernitur: intentus Guelfi qui pendet ab ore
Fortia facta Atauum ſignans, & mente reponens.
Intima ſenſa Ducum ſimul ac inſpecta fuere;
Aligerum, atq; hominum Rex de ſplẽdoribus altis
Pennigeros inter qui dicitur eſſe ſecundus,
Et ſuperûm terris fidus decreta referre,
Terrigenûmq; polo zelum ferre, atq; precatus,
Aduocat extemplò Gabrielem, & talia mandat.
Nuncius ito citus; Gofredum nomine noſtro
Alloquere: ecquid cunctatur? bella horrida bella
Quid modò non fiant, quò mœnia preſſa Sionis
Libera reddantur? cogat comitumque Ducumq;
Concilium, moueat reſides, accendat ad auſum:
Ipſe ducem lego; idem facient ſocij, atq; miniſtri.
Dixerat: & Gabriel accepta faceſſere iuſſa
Se parat approperans: actus pubentis, & ora
Cœleſti fingit ſibi maieſtate decora.
Auratos crines radijs lucentibus ornat;
Et niueas alas, quarum contexitur auro
Ora humeris aptat; ventos, ac nubila ſcindit,
Sublimiſq; ſolum ſuper, & ſuper æquora ſcandit.
Ergo ſub hac ſpecie partes volitauit ad imas:
Terrarum; ſupra Libanum ſed ſubſtitit ante

Libratus paribus pennis; tum enauit ad oras
Orthoſiæ præceps. Titan vix linquere vaſtum
Cœperat oceanum ſurgens orientis ab orbe.
Diuinum precibus Numen de more vocabat
Gofredus; quando aurorę de partibus ortu
Cum ſolis miſſus ſe ſe obtulit Angelus illi.
Et ſic: Martis adeſt tempus: ſubiecta Sionis
Mœnia quid ſoluiſſe iugo Gofrede moratur?
Corpora coge Ducum; nunc ſegnia corda moueto
Ad cœpti finem: ipſe Deo Dux ſummus eorum
Eligeris: cuncti faciles tua iuſſa capeſſent:
Sic iubet omnipotens rector: ſic vult, ſtatuitq;
Ipſe ab eo mittor tibi, & eius nomine dico:
Defero decretum, mentem diamque recludo.
Agminis ergo tibi zelus, ſpes certaque palmæ.
Sic ait: atque oculis ſubtractus ſidera ſcandit.
Attonitus dictis, oculis ſplendoreque læſus
Hæſit: at euoluens ſecum qui nuncius iuit,
Quæ retulit, qui miſit, inardet ponere bello
Finem: polliciti vana nec turgidus aura
Imperij; ſua ſed ſemper magę corda caleſcunt
Mente Dei, magnum qualis ſcintilla per ignem.
Non igitur longè ſparſos inuitat amicè
Heroas ſocios, repetitaque epiſtola vadit,
Nuncius & certus currit, non currit & vnus
Ordine Gofredi: iungitque precantia verba
Conſilio ſemper: quicquid prolectat, & vrget
Audaces animos; quicquid reuocare ſepultos
Ignes virtutis queat, hic adhibere videtur.
Exornat ſic, vt placeat, ſic pectora cogat.
Conuenere Duces, reliqui comiteſque ſecuti.
Hìcque Bòëmundus tantùm non affuit vnus;
Caſtra locant extra pars; pars & in orbe tetendit;
Duxque ſua inter caſtra Orthoſiæ detinet vrbem.
Ductores còëunt (illuſtris quippe ſenatus)
Lux ſolemnis erat, quando hic pius ore rotundo
Auguſtus facie inter eos ſic Bullio fatus.
Belligeri o fortes Chriſti, queis munere cœli
Magna ſuæ fidei dextra fas tollere damna;

Quos terris, pelago tutos á fraudibus, armis
Perduxit, rexit, nobis vt tempore paruo
Subdere tot gentes ipſi, & victricia ſigna
Fas fuerit, ſacrumque in eis extendere nomen;
Nos dulces natos, nos patria liquimus arua,
Credidimus vitã oceano, nos credimus armis:
Non finis, non meta fuit (ni fallor) inanis
Laudis amor, famæ, aut dominandi inſana cupido
Barbaricis Regnis: ſunt præmia parua labori:
Inque animę ſanguis profuſus damna fuiſſet.
Meta ſuprema fuit Solymorum tecta tenere:
Seruili ſoluiſſe iugo non debita colla
Chriſtigenum, inq; Palæſtina noua condere regna;
Tuta vbi ſit pietas, & poſſit adire ſepulchrum
Aduena deuotus ſanctum, & perſoluere vota.
Ergo quod effectum, elapſis nunc iudico multùm
Præ diſcriminibus, multò maiuſque labore;
Ad decus at paulùm; ad mentem nil quippe ſtatutã
Arma vbi conſiſtant, nobis aliòue ferantur:
Ecquid opis tantum Europæ legiſſe iuuabit?
Inuexiſſe Aſiam tantum ignis, dum exitus inſit
Regna minus, ſed præcipites fabricare ruinas?
Ille nec ædificat, ſupra fundamina qui vult
Terrea, rarus vbi ciuis, fideique peroſæ
Erigere imperia, & populos idola colentes
Innumeros inter, nec vbi ſpes vlla in Achiuis,
Partis & occiduæ auxilium extet multa remotum;
Ille ſed ingentes montes mouet, à quibus inde
Oppreſſus tumulum ſibimet conſtruxerit aptum.
Geſſimus in Perſas, Turcas victricia bella;
Vicimus Antiochiam; ſed virtutis Olimpi,
Non opus eſt dextræ noſtræ; ergo bella paremus;
Si præter ſuperùm finem; nunc multa paueſco
Ne viduemur eo, & terrarum nomen in orbe
Noſtrum adeo clarum, fiat poſt fabula gentis.
Ah ne quis veſtrum prauos conuertat in vſus
Dona Deo nobis data, principio exitus omnis
Cõſonet, & cœpti quod adeſt nunc ſemita aperta:
Quod tempus nobis modò cernitur eſſe ſecundum.

Palmarum quare nos nō volitamus ad vrbem
Noſtrarū metā? & nos quid modò præpedit vltrà?
Proteſtor vobis Proceres: hæc audiet ætas
Quippè meas voces; ſecla accipientque futura:
Nunc ſuperi quoque percipiunt de vertice cœli.
Maturum eſt operis tempus; cunctando ſed vltrà
Appoſitum minus euadet: quod tempora certum
Nunc dant, & fiet dubium: inſuper auguror ipſe,
Si curſus noſter fuerit ſublentus ad auſum,
Quippè Palęſtino Ægyptus ſuccurrerit omnis.
Dixerat: & dicta eſt murmur breue deinde ſecutū.
Petrus at incœpti tanti primarius author
Subdidit hæc: fateor fortes, atque approbo vera
Dicta: probetis opus vobis eſt: hortor & omnes,
Addo: vbi non cœptis vna eſt ſententia rebus,
Aut interſiſtunt, fauſtum vel cernere finem
Nō datur:& regimē variū ah(mihi credite)nunquā
Eſt conſtans: vni detur modò ſceptra tenere:
Ipſe regat, iubeat, diſpenſet munera, pœnas,
Præmia, ſubiecti cuncti haud ſua iuſſa recuſent.
Hic ſilet. Ante alios Gulielmus, Ademarus atq;
Cum Guelfo acclamant proprium Regemq;Ducéq;
Acclamant alij Gofredum menteque eadem.
Fama volat, reſonat vox quouis nomen in ore.
Militibus coram ſe defert: cuique videtur
Ille gradu dignus celſo, in quo ſpontè locarunt.
Compoſito vultu multam placidoque ſalutem
Accipit e caſtris plauſumque:at vbi actibus ipſe
Obſequij prompti, & dulcis reſpondit amoris;
In vacuū inde iubet campum,benéq; ordine ſtructo
Poſtera lux cùm aderit, totam ſe ferre cateruam.
Heliadum pater ad partes remeabat eoas
Longè plus ſolito more aureus, atque renidens,
Quando noui Phoebi egreſſus ſub lumine miles
Quiſque ſub armatus ſignis, quantòque decorus
Plus potuit, Gofredo ſe monſtrauit in armis
Amplum circumiens pratum: conſiderat hic Dux,
Et ſe coram equites, peditesque videbat euntes.
Mens inimica annis, horrens & pocula lethes,

Optimaque rerum cuſtos, ſolerſque miniſtra;
Per te ductorem liceat mihi promere quemuis;
Agminis illius, cunctaſque referre cohortes:
Luceat, ac rebòèt nunc horum fama vetuſta
Iam tacita annorum ſeclis, obſcuraque facta
Noſtra tuis hauſtum theſauris lingua perornet
Omne quod auſcultet ſeclum, & nil deleat vnquā.
Antè alios Franci venerunt, Ductor & horum
Iam Regis Germanus Vgo conſueuerat eſſe.
Inſula in electi fuerunt Regione perampla
Galliæ, & apprimè pulchra inter flumina quatuor;
Aſt vbi per placidam concluſit lumina mortem,
Sub Duce Clotareo magna virtute celebri
Aurea ſæua manus ſectati lilia ſemper.
Mille cataphracti ſunt: mille equiteſque ſequētes,
Militiæ, armorum, ingenij diſcrimine nullo
A' primis: iſtos genuit Normannia cunctos:
Principis & regere eſt natiui cura Roberti.
Poſtea Paſtores populùm vexilla ſuperba
Attollunt bini Gulielmus, Ademarus atq;
Antè miniſterium ſacrum tractauit vterque,
Crinibus intonſis duri nunc munera martis.
Corpora huic delecta dedere Arrauſica equorum,
Finitimique quater centum; centena quaterque
Verſata æquè armis Podio perduxerat alter.
Inde Bononienſes luſtrat cum milite fratris
Balduinus: proprios Ductorum Maximus illi
Ceſſit: Carnutum Princeps ſuccedit & inde
Conſilioque manuque potens cum milite centum
Sed quater: at triplo plus Balduinus equorum
Maiorem ducit turmam cum inſignibus armis.
Occupat hos iuxta Guelfus deindeque cāpum,
Fortunæ cuius meritum non cernitur impar:
Progenitum antiquo dicit ſe patre latino:
Eſtenſium ſeriem prolixam narrat Auorum;
Inſeriturque domo Guelfonum nobile germen;
At ditione eſt Germanus, cognomine ſicut:
Noricios premit imperio, premit omnē quod Iſtrū,
Et Rhenum propè iam Rheti, tenuereque Sueui.

Huic quod erat Matris, ditiones addidit amplas.
Hinc gentes minimè pauidas educere ſueuit,
Quæ ſpernunt mortem, gaudentq; occurrere morti
Nutibus illius: calidos moderantur hyberna
Frigora per thalamos, lætis menſaſque celebrant
Inuitamentis. abitu iſti millia quinque
Iam fuerunt; vix pars hùc perducitur ipſi
Tertia (relliquiæ Perſarum quàm lacrymandæ).
Candida gens ſequitur flauos intonſa capillos,
Quæ Francos inter, Germanos inter, & æquor
Incolit: hìc vndis tumidus Moſa, Rhenus & agros
Alluit: eſt frugi tellus, fęcundaque beluis:
Aggeribus celſis defendit ſe inſula ponto,
Ponto, qui laceras naues cum mercibus amplis,
Oppida cum regnis interdum mergit in vndis.
Mille viri numero cenſentur vtrique: Robertum
Per turmas alium iunctim, cunctique ſequuntur.
Cernitur Anglorum paulò numeroſius agmen:
Hoc ætate minor Gulielmus regia proles
Frænat. tela ferunt Angli, gentemque reducunt;
Quæ magis eſt vicina polo de ſaltibus altis:
Orbe quaſi diſcreta hanc vltima Hybernia mittit.
Inde venit Tancredus, nec tot [deme Rinaldũ]
Inter adeſt vllus ferro præſtantior illo:
Moribus ingenuis, vultu nec dignior vllus,
Vel mage ſublimis, forti vel pectore firmus.
Si ſua geſta minus culpæ reddantur ab vmbra
Clara; furor tantùm eſt cæci veſanus amoris,
Qui ſubito viſu medijs exortus in armis
Veſcitur & curis, vires ſumitque valentes:
Maxima namque die, quo parta eſt gloria Francis;
Fama eſt, quòd labijs frigus, membriſq; quietem
Exiguam petijt; corpus pertraxit & illò,
Viuus vbi fons æſtiuam inuitauit ad vmbram:
Sedibus hic obcinctus erat viridantibus aptis:
Ecce ſed hùc venit quædam improuiſa Virago,
Fulgida quã totã [excipias frontẽ] arma tegebant;
Numen adorabat falſum: deuenerat ipſa
Proptèr idem cauſæ, ſicca vt refrigeret ora.
Spes

Spectat eam, talem vultus miratur honorem,
Oblectatur eo, flam̄aque ardeſcit amoris.
O mirum! quis credat! amor vix cernitur ortus,
Quòd grādis volat, armatuſq; trophea reportat!
Caſſide ſe texit, fortè inuadebat & illam,
Turba niſi veniat: de victo fœmina ceſſit,
Aſt inuita fugax. ſeruauit pectore viuam
Eius at effigiem. mens uſque actumque locumque
Verſat vbi vidit: fomes qui nutriat ignem eſt.
Callida gens vultumque ſuo dignoſcere poſſet
Hic amat: hic ardet; ſpebus nec fultus ab vllis.
Lumina ſic deiecta tenet, mȩrore repleta:
Sic redit afflictus, ſuſpiria tantaque mittit.
Octo equites centum, quos hùc adducit, amæna
Arua reliquerunt, maior, quæ pompa putantur
Naturæ, & colles Tuſcorum apprimà feraces.
Poſt quaſi nudi armis Graium venere ducenti:
Accingunt curuos lateri enſes, terga pharetras,
Atque gerunt arcus: ſtrigoſis currere ſuetis
Iſti vtuntur equis; ſunt inuictique labore,
Et victu parci, aggreſſu, atque recedere prompti;
Errantes, ſparſi, fugientes prælia miſcent.
Iſtos ad bellum ducit, moderatque Latinus.
Hic fuit ex Græcis, qui bella latina ſequutus.
Proh pudor! o facinus! num Græcia proxima bellis
Nonne aderas illis? ad ſpectaclum attamen ipſa
Vt magni opperiens finem actus lenta ſedebas?
Seruitium pateris modò? non iniuria, ſuffer,
Iuſtitia eſt, ac pœna tuæ quàm debita culpæ.
Poſtea ſupremi ſe ſe offert ordinis agmen:
Arte procul dubio primum, & virtute, Volones,
Heròes, Aſiæ, terror ſunt, fulgura martis.
Nunc ſileat Minias, Argos, non prædicet Artus
Erranteſq; ſuos, quorum iam ſomnia cartas
Replent: perdit ad hos nomen quodcunq; vetuſtū.
Nunc horum quis erit Ductor fat dignus in orbe?
Dudo de Conſa eligitur Dux, ſpontèque cuncti
Illius imperium ſubeunt; ætate virili
Maturum, atque grauem ſe præbet, crineq; cano;

Indicat & validas vires, & vulnera monſtrat;
Vulnera virtutis, clari ſignacula honoris.
Euſthatius primos inter deinde putatur,
Quem virtus celebrem reddit, mage Bullio frater.
Hic Gernādus adeſt:titulos oſtētat; ſceptra, coro-
De Balnauilla egregios Rugierius inter. (nas.
Engerlanus item numeratur murmure famæ.
Ob validas vires multùm Gentonius: atque
Laudibus effertur Rambaldus. vterque Gherardus.
Laude quoq; ornandi Vbaldus,Roſmūdus & ipſe,
Ampla cui hæredi regio Lincestria paret.
Tempus edax Tuſci non rodet nomen Obizi:
Secula per viuent Inſubrum nomina terris
Clara trium fratrum Palamedis, Sfortiæ, Achillis:
Non cadet & ſeclis Otthonis fama ferocis,
Qui ſternens hoſtem peperit ſibi nobile ſcutum,
Quo puer egreditur nudus ſerpentis ab ore.
Non ego prætereo Guaſcum: non mitto Ridulphū:
Ne ve duos Guidos excelſi nominis ambos.
Non Eberardum: non ingrata ſilentia condunt
Gernerium. Sponſi Gildippe, Odoardeq; amantes
Quò me vos rapitis, quem iam narratio laſſat?
O Socij in bello, neque mors ſeiungere quibit.
Quid non tradit amor? quid non addiſcis ab illo?
Indeque bellatrix euaſit fortis, & audax:
Semper abit cum ſponſo, ſemper adhæret amato;
Vnaque vita horum fato dependet ab vno:
Qui noceat tantùm vni, nunquam decidit ictus,
Non dolor acceptæ plagæ eſt diuiſus ab vllo.
Accipit hic vulnus crebrò; langueſcit & illa.
Hic animam fundit, ſpargit quando illa cruorem.
Præficit his verò iuuenis; cunctiſque Rinaldus,
Qui ducti fuerant: aſpectum dulcè ferocem
Tollere regalem, omnes lumina figere in illum
Aſpiceres: annos præceſſit, ſpemque præiuit;
Et flores nimiùm feſtini quando videri,
Conſpexit mundus maturos edere fructus,
Si minitans dirus medijs ſpectatur in armis,
Mauortem, facie detecta ducis amorem.

Ad ripas Atheſis Bertoldus ſumpſerat illum
Ex Sophia inſigni forma : vix vbera ſuxit,
Quod manibus dulcis Matildæ traditur infans,
Artibus atq; illis, quæ ſunt benè Regibus aptæ
Inſtituit : cum ipſa ſociauit tempora ſemper,
Buccina dum iuuenem eoa illectauit ad arma.
Tunc tria luſtra quidem nōdum compleuerat ipſe;
Aufugit ſolus, petijt non nota viarum,
Ægeum emenſus, tranſiuit littora græca,
Appulit ad caſtra apprimè longinquus in oras.
(Illuſtris fuga, nonnulloq; imitanda nepotum.)
Bruma ter effluxit, bello quod militat acri;
Mollis & in mento vix dum lanugo vigebat.
Poſtea ſuccedunt pedites : Raimundus & illos
Præcedit moderans : dicebat iura Toloſæ :
Legerat oceanum inter, Pirenem, atq; Garumnam
Adductos pedites : numerantur millia quatuor :
Sunt armis benè muniti, martiſque periti,
Corporis aſſueti nec non incommoda ferre.
Optima gens, ductore nec eſt præſtantior alter.
Arrbacia, Turone, & Bleſſis ſed millia quinque
Ad bellum ducit Stephanus : non ſueta labori,
Bellica nec gens eſt, quamquam præfulgeat armis;
Terra ſibi ſimilem gignit molliſſima gentem.
Aggreditur primis conflictibus impete magno;
At ſubitò feſſa elanguet, ſeſeque refrænat.
Tertius Alcaſtus venit acer, & ore minanti;
Ceu Capaneus erat Thebarum mœnia iuxta.
De gente Heluetum comitantur millia ſena;
Eſt fera plebs, audax, caſtris quam legerat alpum!
Ferrum, quo rigidas ſueuit perfringere glebas,
Dignum ad opus placuit non ſuetis vertere formis,
Dextraq; qua per agros rexiſſe armenta ſolebat,
Abſq; metu Reges ad bella vocare videtur;
Cum triplici ſerto Petri, cum clauibus atque
Inde vides, oculis inſigne extollere ſignum.
Millia deuotus cogit ſeptena Camillus
Hic peditum : ſunt ornati rutilantibus armis,
Et grauibus, cœptum gaudens quod lectus ad altū

Æthere, vbi renouet priſcorum nomen Auorum:
Indicet aut latię virtuti nulla deeſſe;
Si qua tamen deſunt, vel ſola peritia martis.
Sed iam ſe dederant in conſpectũ agmina cuncta
Ordine quàm pulchro, ſupremumq; extitit iſtud:
Prima Ducum quando Gofredus corpora magnus
Aduocat, his proprium ſenſum, mentemq; recludit.
Quando aurora nouo conſperget lumine terras,
Imperito (dixit) rapidè hoſtem tendere ſacros
Ad muros ſic, vt veniat ſubitarius illò.
Ergo parate ad iter vos, ad certamina, palmamq;
Huius dicta viri cordati talia adurgent,
Et cunctis addunt animos in pectore multos.
Luce noua prompti ſua ſunt veſtigia ferre:
Immò ſecuturam lucem opperiendo laborant.
Prouidus ipſe tamen vacuus formidine non eſt
Gofredus, quamuis premat iſtam corde ſub imo:
Tendere nam Gazæ verſus cognouerat arua
Niliacum Regem cum multo, & milite forti;
Poſſit vt Aſsyrijs audax ſe opponere regnis,
Ne ve ſibi ſuadere poteſt, quòd ſuetus ad alta
Cœpta homo, ſuſtineat reſidem producere vitam:
Tẽpore poſt modico quare illũ expectat vt hoſtẽ.
Nuncia portantem Henricum ſic fatur amicum.
Inſtrue tu lembum: iubeo te pergere ad oras
Mox Danaûm; factus fido ſum certus amico,
Quòd feret hùc greſſus quã primũ Regius heros,
Pectore & inuictus: comitem ſe iungere nobis
Expetit in bello, Princeps Cymbrũ, agmẽ & ingens
Subiecta vſque polo ducit de gente coactum:
Sed quoniam fallax fortè Induperator Achiuus,
Vt referat greſſum, aut curſum longinquus in oras
Torqueat à nobis, vtetur iam arte ſueta;
Nuncie tu fide, & mi Conſiliarie verax,
Ad quod conducit nobis, conducit & illi,
Nomine diſponas noſtro, hùc veniatq; volucris,
Tanto indigna viro mora quòd cenſebitur omnis.
Ne redeas ſecum, ſed apud conſiſtito Regem,
Procures vt opem: toties promiſit, & illam,

Et pariter nobis pacto iam fędere debet.
Sic ait, atque docet: ſed vbi tractoria fidæ
Commiſſa eſt manui, officijs & litera plena,
Approperans idem veniam ſecedere poſict.
Gofreduſque ſuas deponit pectore curas.
Luce noua quando nitido panduntur ab ortu
Titani portæ inſonuerunt tympana pulſa,
Audituſque tubæ clangor, quo ſigna cuique
Dant ad iter: calidis non creditur eſſe diebus
Tam gratus cœli tonitrus, cùm ſpondet aquarum
Agmen; vti belli ſonitus populo extitit acri.
Illico membra tegunt conſuetis veſtibus omnes,
Atque armis, proprio mox ſub ductore locantur.
Cuncta inſtructa manus confert vexilla ſuperba:
Crux & in auguſtali extenditur alma, triumphans.
Interea Phębus cœli magis arua per ampla
Æra ferit ſcandens, flammas, atq; attrahit ignes
Non raros, claroſque ſimul, qui lumina lædunt:
Vndique ſcintillis circùm accendi æthra videtur,
Ignis & àërei polus explendeſcere ad inſtar:
Hinnituque fero chalibis coniunctus equorum
Excuſſi ſonor exurdat campeſtria latè.
Inſidijs cupidus tutas ſed reddere ab hoſtis
Dux acies, equites non paucos vndique circùm
Armatos leuiter mittit, benè vt ampla viarum
Explorent, pariter vaſtantes miſerat antè,
Qui planum reddant iter, æquent ardua montis,
Quique tegant vacuum, & loca clauſa recludant.
Æthnica gens collecta locis non cernitur vllis:
Mœnia non foſſis ſpectantur cincta profundis:
Non ingens fluuius, non mons, non ſyluaq; denſa,
Quæ remoretur iter: veluti cum fluminis omnis
Rex creſcit tumidus, ripę tranſlabitur altum
Præceps, & nihil eſt, quod ei ſe opponere tentet.
Rex Tripolis gentes occludens, armaq; in vrbe,
Theſauros quoq; Francorum fortaſſe morari
Agmina quiuiſſet; verùm ipſa laceſſere ad arma
Non auſus: quin placatos prædiuite dono
Excepit muros intra, renuit neque fœdera pacis,
Quæ

Quæ quoque Gofredus voluit concedere tantùm;
Aëreo Seir monte hic qui ſolis ab ortu
Proximus eſt vrbi, deſcendit magna caterua
Chriſtiadum ſexus cuiuſlibet, omnis & æui:
Chriſtigenæ magno victori dona tulere;
Lumina ferre in eum certabant, dicere verba
Gaudebant, arma & propter peregrina ſtupebant;
His fidumque ducem ſumpſit, calliſque peritum.
Caſtra maris ſemper perduxit proxima ſpumis,
Per rectaſque vias: nouit quod claſſis amica
Attiguum radit littus: ſit copia rerum
Efficere & valet in caſtris, ac cædat ariſtas
Inſula græca, Chios, cædat ſibi Creta racemos.
Iam gemit ingenti varij ſub pondere ligni
Pontus, vt Æthiopi non reſtet in æquore noſtro
Tuta fides aditus: etenim quam plurima mittunt
Et Veneti, & Ligures; multa Angli,multaq; Galli;
Multa Batauorum gens, multa Trinacria tandem.
Claſſis erat collecta ſimul, mens atq; erat vna.
Littoribus varijs, & res prouiderat omnes
Ad victum, terreſtre quibus totum agmen egebat.
Cùm ſint ergo hoſtis regiones obijce nullo,
Quàm celeri curſu pergit, quò Virginis alma
Lethiferas paſſus pœnas Mariæ vnica proles.
At veri, & falſi prænuncia fama volauit,
Quod coniuncta ſimul victricia, motaq; caſtra,
Nullus obexq; ipſis,planè agmina qualia,quot ſint,
Nomina, virtutem meliorum, geſta recenſet,
Terribili ore minis Solymæ terretq; Tyrannũ:
Expectare malum præſenti peius habetur.
Cuilibet attenta eſt rumori quælibet auris,
Mens omnis: murmur confuſum eſt intus, & extra
Vrbem: at Rex ſenior vicinis corde periclis,
Menteq; ſuſpenſus crudelia plurima voluit.
Sceptra tenet Regni illius modò Rex Aladinus;
Aſſiduis degit curis; iam pectore dirus,
Nunc ętate grauis, ſublenis: vt audijt ille,
Muros velle ſuos latias inuaderegentes,
Protinus eſt veteri ſuſpectio iuncta timori:

Subiectos valdè metuit, formidat & hoſtes :
Aduerſæ populos fidei vrbe morantur in vna
Commixtè : in Chriſtum credit pars debilis huius,
Atq; minor : credit Mahometem maior in impium.
Rex verò quando Solymæ fuit vrbe potitus,
Publica diminuit Mahometis pondera genti ;
Chriſticolam at miſerum maioribus vſq; grauauit ;
Sæuities innata æuo iam languida longo
Hac ſurgit cura, multum ſitienſq; cruoris.
Sic redit æſtiuo crudelis tempore ſerpens,
Qui gelido viſus fuerat ſub tempore mitis :
Sic leo manſuetus natiuam deuocat iram.
Lætitiæ hac turba video [inquit] ſigna recentis
Infida : huic commune malum tantumodò prodeſt :
Vnica communi in planctu ridere videtur :
Forſitan inſidias molitur : prodere forſan :
Aut mihi nunc ſubitam verſat conſciſcere mortem ;
Hoſtibus aut noſtris celatim pandere portas.
Haud equidem faciet : prauas præcludere mentes
Cura mihi fuerit : totum eructabo venenum :
Interimam, mactabo, ipſa inter brachia matrum
Vel teneræ prolis iugulum cædi ipſe iubebo :
Tecta dabo flammis, flammis damnaboq; templa,
Iſta rogi fuerint functis, ſupraque ſepulchra
Victima nę primus cadet inter vota Sacerdos.
Sic loquitur ſecum, ſic Rex diſcurrit iniquus.
Facta ſed atroci haud ſuccedunt impia menti.
Si verò innocuis parcit, demiſſio tantùm
Eſt animi, non id pietas : ſi concitat illum
Formido ad ſtrages, magis & ſuſpectio frænat,
Pacificè truncare vias, victricia & hoſtis
Arma vrgere nimis ſe ipſum contra ; ille paueſcit.
Inſanam rabiem crudelis temperat ergo :
Euómit aſt alibi : caſulas euertit agreſtes ;
Culta loca incendit ; nihil integrumque relinquit,
Francus vbi ſe paſcat, vbi ſe collocet idem :
Fontis aquam, & riui turbat, miſcetque veneno.
Duritèr eſt cautus, nec ab illo cura recedit
Mœnia præmunire magis tunc ipſa Sionis.

Fortis erat valde ternis ex partibus iſta;
Ad boream protecta minus: verùm aggere celſo
Ante hac ſuſpiciens munibat, grauiter & vim
Subditi, & externi cogebat militis intus.

HIEROSOLYMÆ VINDICATAE
Liber Secundus.
ARGVMENTVM.

Carmen ab Iſmeno ſtruitur: quòd vadit inane;
Chriſticolas omnes Aladinus tradere Morti
Vult dira. furor vt ceſſet Sophronia, Olindus
Commorier ſtatuunt. Soluit Clorinda miniſtris,
Hos caſu audito Francus non curat Alete
Expoſita, hoc indicit ei Argas aſpera bella,

DVm properè dirus ſe accīgit ad arma Tyrañus,
Solus ei Iſmenus ſiſtit, qui lumine caſſum
Marmore de tumuli educit, dat viuere vitam.
Ille inquam Iſmenus, ſonitu qui carminis alto
Territat & Plutum, arte ſua illiuſque miniſtris
Vtitur, & veluti ſeruos ligat, atque reſoluit.
Cultor erat Chriſti: nunc dat ſua thura Maconi.
Nec primos etiam potuit dimittere ritus:
Immò ſæpè duas prauo confundit in vſu,
Haud ſibi ſat notas leges nunc deque cauernis,
In quibus ignotas exercere aſſolet artes,
Non lentus Proprio Domino, prauoque Tyranno
Publico in hoc caſu conſultor peſſimus aſtat.
Atq; ita dicebat: Numeroſum approximat agmē
Vincens, terrificum; noſtra at ne munera deſint
O Rex: auxilium mundus, præſtabit Olympus.
Fortibus ipſe Ducis, Regis decoraris abundè
Partibus: antè videns, cautè tu cuncta paraſti:
Si ſua perficiat rectè ſic munera quiſque:
Hoſtibus iſta tuis fuerit næ terra ſepulchrum.
Ipſe met & conſors operis, conſorſque pericli
Adfue-

Adfuero: quod conſilij cordata ſenectus
Ferre valet, promitto tibi: quòd ferre magia.
Agmina deturbata polo faciam coniuncta labori:
Vnde ego, quoue modo incipiam nunc antè docebo.
Chriſtigenum in templo latitat tellure ſub ara:
Vultus ibi eſt eius, quam dicunt turba parentem
Numinis illa ſui, nati, tumuloque repoſti:
Illud ad aſſiduè ſimulacrum accenſa refulget
Lampas ibi velo contectum: oſcillaque longo
Ordine propendent circum, quæ credula turba,
Et deuota ferunt: Illud (nunc ſuadeo) raptum
In fanum proprijs manibus transferto Maconis:
Vtar ego arte mea (credas mihi) carmine dein
Sic valido, vt dum illud rectè ſeruabitur iſtic,
His certè fatalis erit cuſtodia portis,
Imperiumq; tuum nunquam expugnauerit hoſtis.
Sic ait: impatiens Rex diuinam iuit ad ædem,
Flaminibuſque ferens magnam vim ſuſtulit indè
Effigiem caſtam, & contemptor tranſtulit illud
In fanum, ſcelerato vbi ſæpè vocatur ad iram
Omnipotens uultu; dehinc magus æde prophana
Iconem ſupra ſanctam ſacra carmina dixit.
Aſt vbi ſidereos ignes aurora fugauit,
Delubri cuſtos ſimulacrum nullibi vidit.
Nunciat id Regi ſubitò, qui exardet in iram:
Chriſticola raptum, occultumque exiſtimat ipſe:
Chriſtiadæ, aut furtum eſt, vel ſuma potentia cœli,
Quòd Diuam ipſius ſedem tenuiſſe prophanam
Non patitur; ſed adhuc dubium mortalis, an alti
Sit factum: at pietas humanum cedere zelum,
Auctoremque operis mirandi credere cœlum.
Scrutatum cunctaſq; domos Rex, templaq; mittit:
Siue Reum, aut furtum prodenti præmia, pœnas
Celanti imponit. Solers magus vtitur omni
Arte ſua, ſed fruſtra; illi celauit Olympus:
Ipſius, alterius vel opus ſit faſcina contra.
At Rex crudelis ſibi vidit quando recondi
Quod culpam tantùm Chriſti putat eſſe fidelis,
Continuò inuidia, atque ira excandeſcit in illos:

Sumere vult pœnas, omnem temnitque pudorem?
Omne malum eueniat: rabiem, & ſatiare furorem
Exardet: furor (inquit) non exibit inanis:
Abditus & latro communi in ſtrage peribit.
Dummodò perdatur nocuus, fas perdere iuſtum,
Et culpa vacuum: ſed ego quem nomino iuſtum?
Quiſque reus: nunquam illorum fuit vllus amicus
Nominis hic noſtri: iſto ſi quis crimine liber,
Pœna recens veteri debet ſuccedere culpæ.
Noſtri agite o fidi flammas comprendite, ferrum,
Ignibus abſq; mora hos date, ſæuo tradite letho.
Sic loquitur turbas: rumor peruenit ad aures
Chriſtiadum, ſubitò qui cuncti idcirco ſtetere
Attoniti inſtantis capti formidine mortis.
Nemo fugitque illam, vel ſe defendere tentat,
Texere vel cauſas, ſupplex vel poſcere votis.
Sed trhait vnde minus ſperat gens mœſta ſalutem.
Virgo erat inter eos matura, fouebat & altas
Regales curas, & præſtantiſſima forma.
Non colit at ſpeciē, aut ſolū quod poſcit honeſtas:
Maior & huius honos apparet, ſepta quod intra
Anguſti tecti magna ornamenta recondit.
Laudibus, atq; oculis ſpectantum ſe inuolat illa:
Nullus at eſt cuſtos, formam qui lumine dignam
Occulat omnino; neque tu das o amor iſta:
Sed iuuenis cordi flagrantis amore reuelas:
Qui nunc cæcus amor, nunc Argus, lumina velas,
Atque aperis nobis. intus caſtiſſima tecta
Mille per excubias cuiuſdam lumina duxti.
Nomen huic proprium Sophronia; Olindus & illi;
Eiuſdem patriæ, fidei ſunt vnius ambo:
Hæc ſicut formoſa; minus non ille modeſtus.
Multa cupit: modicum ſperat; non vllaque poſcit.
Prodere ſe neſcit: timiduſue nec audet: & illa
Vel contemnit eum, vel non videt, aut neq; ſentit
Hactenus ignotus, miſer, aut malè gratus amauit.
Interea proprio crudelem fama parari
Auditur ſtragem populo: hæc generoſa, & honeſta:
Quomodo eum ſeruare queat mox mente reuoluit.

Fortè cor impellit · reuocat pudor, atq; decorum
Virgineum: ſuperat cor forte: vnitur vtrumque
Vna, & ſi pudeat, facit vt pudibunda ſit audax.
Exijt in medijs turbis virgo abſque ſodali:
Ne ve ſuam obnupſit ſpeciem, nec prodidit illam.
Deiectis oculis petijt velamine clauſa,
Motibus ingenuis, & fidens: culta ſit an non
Ambigis, oris honos caſu, an compoſtus ab arte.
Naturæ, cœlo, pariter dicas & amori
Eius inornatus artes ſunt maximè amicæ.
Cuique aſpecta, nec aſpectans iam præterit alta
Fœmina: adit Regem, & quamuis exæſtuet ira,
Haud recipit ſe: ſed viſum acrem ſuſtinet audens,
O Rex aduenio (inquit: quæſo remitte furorem,
Atque tuum fræna populum) tibi tradere captum,
Quem ſontem petis, & tanto te crimine læſit.
Motibus hic animi manſit confuſus honeſtis
Penè, fuit ſubitò vultus fulgoreque captus.
Frænauit rabiem, vultum & leniuit atrocem.
Hic ſi humanus erat, vel ſi minus ore ſeuero
Iſta, foret certè vinclis deuinctus amoris.
Aſpera ſed ſpecies, cor aſprum haud pectora adha-
Blanditiæ faciles verus ſunt hamus amoris. (mat.
Quippè ſtupor, venus, oblectamen mouit agreſte
Pectus, ni fortis fuerit violentia amoris.
Omnia (ait) narres, offendi à nemine gentem
Chriſtigenam en iubeo. Princeps mox reddidit illa.
Te coram eſt reus: effigiem manus abſtulit iſta.
Illa ego, quam quæris, quam debeo pendere pęnas.
Strenua communi fato caput obtulit altum,
Atque ipſi voluit ſolum contingeret vni.
Nobile commentum quo tu ſuperabere vero?
Rex animi pendet; neque mox inſurgit in iras.
Poſtea quis fuit author [ait] ſocioſque reuela.
Ipſa: mihi libuit conſortem adiungere laudis
Nullum: ſola fui conſultrix, ſolaque raptrix.
Ergò ſuper te vnam, repetit, mea decidet ira.
Par eſt: ſi vna in honore fui, ſim ſolaque pęnis.
Suſcitat hic iras Princeps, & poſtea quærit.

Effigiem celauit vbi ? mihi condita non eſt
Reſpondet : ſatius duxi illam tradere flammis :
Amplius haud poterit violari nemine ſaltem .
Vel furtum modò , vel furem o Rex ipſe requiris :
Id minus æternè aſpicies : hunc lumine ſpectas .
Immò meum furtum nequaquam eſt, latro nec ipſa :
Fas rapuiſſe ſuum , quod ſuſtulit alter iniquè .
Infremit his dictis , iræ & dimittit habenas ;
Lucrari veniam ſperet non amplius vllam
Cor caſtum , mens alta , os egregiumue puellę ,
Atque Cupido ſuæ fruſtra modò fortia formæ
Præſtantis ſcuta indomitas opponit in iras .
Aurea jam capitur Virgo , damnatur & igni :
Velum illi rapitur : ſtringunt iam vincla lacertos.
Illa ſilet : ſubmoto eſt , ſed non corde pauenti :
Formoſi pariter color immutatur & oris ,
Qui pallor minimè apparet , ſed candor habetur .
Continuò ingenti de caſu fama vagata eſt .
Venerat hùc populus , conuenit Olindus & ipſe .
Certum erat id factum, tantū perſona ſed anceps:
Illam vbi damnatam vidit , pro cuius amore
Deperit , officio intentos , duroque miniſtros ,
Abſque mora, præceps populi cœtū impulit omnē:
Vociferanſque ait : o Rex hæc innoxia facti :
Stultitia iactat ſe : opus id nec mente putauit :
Auſa nec eſt tantum : ſola abſoluiſſe nequibat :
Quomodò cuſtodes caluit ? qua ſuſtulit arte ?
Effigiem Diuæ ſolus rapui ipſemet o Rex.
Quæ nec amat mutuò, tantùm dilexit amatam !
Ardua quà lucem Mahometis ſuſcipit ædes .
Nocte ſub obſcurus ſcandi , anguſtumque foramen.
Peruaſi penetrans nequaquam acceſſa viarum ;
Nunc mihi honos, mihi debetur tantūmodo cędes:
Ergo meas pœnas minimè ſibi vindicet iſta .
Sunt ea vincla mihi , iſque mihi ſuccenditur ignis .
Attollens oculos iuuenem Sophronia ſpectat
Commiſerans : quorſum miſer hìc innoxius adſis
Quæ mens , aut furor inducit te ? non ego ſola
Suſtineam quicquid valeat mortalis & ira ?

Cor mihi ſufficiens ſocio ſine funus adire;
Sic loquitur: ſtabilem mentem nec mutat amantis.
O ſpectaclum, vbi certat amor, generoſaq; virtus!
Præmium vbi mors eſt victori, vitaque victo!
Sed mage ſuccenſet Rex, quò ſe culpat uterque,
Contemptum ſui pœnas hos temnere ducit.
Certa fides igitur ſit, palmaque debita utrique:
Obſtringatur [ait] iuuenis mox ipſe catenis,
Auerſo vultu, palumque ligetur ad ipſum.
Iam rogus eſt ſtructus, flam̃as iam follis adurget:
Cum iuuenis ſociam triſti ſic ore profatus.
Nexus hic eſt, quo ſperaui me iungere tecum?
Flamma hæc, qua debebãt pectora noſtra flagrare?
Diuerſas noſter flammas, diuerſaque uincla
Iam promiſit amor: fortuna ſed inuida nobis
Nunc alias parat: ah nimiùm ſeiungit utrumque
Et nunc ah nimium tragicè nos funere iungit.
Fata tua indoleo: tibi nam mors inſtat acerba,
Nõ mea: ni in thalamo, flam̃is ſum & funere cõſors.
O mea mors felix, o ter pœnæque ſuaues,
Quando mea aura tuo exhalet vitalis in ore;
Et ſub idem tempus tu in me ſuſpiria mittas
Vltima! ſic plorans inquit: ſed uirgo reprendit
Dulciter hunc: alias curas, aliaſque querelas
Nunc poſcit cauſa potiori tempus amice:
Crimina quin defles? modò quin tu mente uolutas;
Quæ promiſſa bonis cœleſti Numine merces?
Nomine ferto ſuo, fuerit prædulcis & ignis:
Ætheris ad ſedem lætuſque incumbe ſupremam:
Suſpice quam pulchrum cęlum, ſpeciẽ aſpice ſolis;
Qui dulcis uocat, & ſolamina ferre videtur.
Æthnica turba polum hic altis ululatibus implet:
Chriſtigenæ quoq; collacrimant, ſed voce remiſſa.
Inſolitum quiddam, & tenerum penetrare uidetur
Cor Regis rigidum: ſenſit, nec flectitur ipſe;
Quin oculos ardens auertit, ceſſit & inde.
Com̃unem Sophronia non comitare dolorem
Tu ſola? ingemeris, lacrymas nec lumine reddis?
Tempore, quo miſeri ſunt in diſcrimine tanto,

En

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

En bellator adeſt apprime nobilis ore:
Hic armis, habitu externus, qui errantis ad inſtar
Longinquis multùm veniſſe videtur ab oris.
Tigris, clarum inſigne, ſuper quod caſſida geſtat
Pro criſta, cunctorum oculos mox pertrahit ad ſe:
Inſigne in bello, quo vti Clorinda ſueuit,
Illam ideo eſſe putant omnes, nec opinio falſa eſt.
Fœmineas artes teneris neglexit ab annis,
Nec fuſum, nec acum, telas doctæ nec Arachnes.
Hæc vnquam voluit palmam tractare ſuperbam.
Reſpuit & molles tunicas, & clauſa locorum:
(In medijs etiam caſtris ſeruatur honeſtas)
Armauit uultum faſtu, oblectataque eumdem
Reddere poſt rigidum, rigidus fuit illeque gratus.
Paruula adhuc frænauit equi camum, atque remiſit:
Mollis adhuc haſtam dextra tractauit, & enſem:
Corporis aſſidua indurauit membra palæſtra.
Poſtea per montes, ſyluaſque ſecuta leones,
Immodicos urſos, tandem mauortia bella,
Atque in eis fera viſa viris, ſyluis homo beluis.
Chriſtiadas contra nunc Perſidis aduenit oris:
Hæc quamuis aliàs membris aſperſerit agros,
Sanguineque illorum ualde confuderit undam,
Nunc huc deueniens oculos defixit in illos,
Ante necis diræ cupiens ſpectare paratum,
Noſſeque qua culpa ſint damnati: ante caballum
Vrget: turba locum cedit; ſubſiſtit ibique
Inſpectare ſimul connexos cominus ambos.
Quòd tacet vna uidet: ſuſpirat, & ingemit alter:
Debilior ſexus demonſtrat pluſque uigoris:
Spectat eum flentem, ſociæ at pietate uidetur,
Ne ue dolore ſuo: illa ſilet, cœlumque tuetur,
Ante necem propriam, ut dicas ſe corpore iuncta.
Facta utroq; dolens Clorinda & pectore mollis
Subluxit: uerùm plus percipit illa doloris
Propter eam, cuius dolor haud apparet ab extra;
Pluſque mouent ipſam taciturna ſilentia luctu.
Se propè mox quærit de quodam crinibus albo:
Quinam hi? qua culpa pœnam ducuntur ad iſtam?
Sic

Sic rogat; atque ſeni paucis Clorinda docetur.
Obſtupet auditis: inſontes credit & ambos:
Mens fuit aut precibus, ſiue armis ſoluere mortis
Faucibus: accurrit, flammam citò præcipit altam
Quæ propè erat deduci, profaturque miniſtros:
Pergere in hoc, donec Regem non alloquar ipſa,
Officio ulteriùs ueſtrum non audeat vllus;
Nec mora erit uobis culpæ. Audiuere miniſtri;
Regali illius facie adductique fuere.
Pòſt adijt Regem. En per iter fuit obuius ipſi.
Continuò ſum Clorinda o Rex: uenit ad aures
Fortè tuas nomen: uenio tua regna tuendi,
Comunemque fidem ſtudio: tu imponito iuſſa:
Ardua nec metuò, pariter nec uilia ſperno:
Me uelis aut intra muros; aut marte in aperto.
Tunc & ei lætus Rex: quæ tam diſſita tellus
Ex Aſia, ſolis curſu longè ue remota,
Quò non fama ingens tulerit nomenque decuſque
Inclita Virgo tuum? nobis modò quòd tuus enſis
Iunctus adeſt, dediſco metum, ſolaris & una:
In te ſpero mage, uilitum mihi ſi agmen adeſſet:
Iam nimis huc lentus mihi Gofredi eſſe uidetur
Aduentus: rogitas, ut ego tibi munera præſtem?
Ardua cœpta puto ſolùm te, magnaque digna:
Belligeros ſupra noſtros tibi confero ſceptrum:
Sit lex, quòd iubeas. Loquitur ſic. Illa rependit
Munere de tanto grates: tum uerba reſumpſit.
Forte tibi mirum fuerit, quod præmia uadant
Ante opus infectum; aſt probitas tua ſufficit auſum
Munere pro præſtando reos nunc deprecor ambos:
Si dubium eſt crimen, certè damnantur iniquè:
Attamen id ſileo, & ſileo clariſſima ſigna,
Ex quibus inſontem mea mens ſibi ſuadet utrumq;
Chriſticolis [tantū addam] rapta quod eſſet imago
Vnus adeſt ſenſus: uobis ego iurè recedo.
Noſtrarum fuit illud opus contemptio legum
Conſultore mago factum; non conuenit unquam
Idola in noſtris aliorum ponere fanis:
Mirum opus ergò puto noſtrùm feciſſe Maconem,

Templa ſua vt pateat, quod relligione recenti
Haud uiolare licet. Verùm ſua faſcina tractet
Iſmenus: nos belligeri tractemus & arma:
Militia hæc noſtra eſt, tantùm ſperemus in iſta.
Dixerat: & quamuis ęgrè Rex pectora flectat
Dura: tamen uoluit mox aſſentire rogatis.
Suadet ei ratio, uires, ſtimulantque precatus:
Obtineant uitam, libertatemque reſumant,
Atque precatori tanto (inquit) nulla negentur:
Iuſtitia aut ſit, uel potius clementia noſtra,
Innocuos abſoluo illos, donoque nocentes.
Soluuntur uincti: fata o fœlicia Olindi!
Actum qui potuit talem depromere amoris;
Pectore qui forti flammas excudit amantes.
Ille rogo ad tedas exit iam ſponſus & idem,
Qui fuit antè reus ſolùm nec amans redamatus.
Ille mori voluit ſecum; non ipſa recuſat,
Quod ſecum nec obit, viuat quod denique ſecum.
Virtutem ſed iunctam adeo retinere propinquam
Suſpiciens Rex diſcrimen reputauit apertum,
Ipſe Palæſtinę trans orbem vtrumque relegat:
Chriſticolaſque alios hac mente exterminat atrox.
O qua mœſtitie natos, dulceſque relinquunt
Antiqui patres thalamos! (ſeiunctio dura)
Corpore prævalidos tantùm, ingenioque feroces
Eijcit, & mitem ſexum cum imbellibus annis
Obſide pro proprio retinet ceu pignora ſecum.
Errantes alij iuerunt: alijque rebelles
Sunt facti: potuit multò magis ira timore.
Addiderunt ſe ſe francis hi; luceque eadem
Obuij eis fuerunt, qua ingreſſi Emauntis in vrbem.
Eſt Emaus Solymis multo non diſſita tractu,
Manèque uir cedens, illùc attingit ad horam
Vel pedibus lentis nonam: id cognoſcere Francis
Quàm gratum! o quantoq; mage effrænata cupido
Hos celerat, ſtimulatq; aſt quod contendit ad ęquor
Sol præceps, iubet hic tendi tentoria Ductor.
Illa tetenderunt: Phębi nec ab æquore multùm
Lux aberat; quando celebres bini ecce Dynaſtæ

Veſtibus ignoti, externo actu accedere viſi.
Ad ſummum veniunt Procerum; quòd ſicut amici
Quilibet illorum deſignat pacifer actus.
Regis erat magni Ægypti Legatus vterque,
Quos ſtabant circum Armigeri plures,& Ephebi.
Sordibus è plebis qui eſt editus alter Aletes:
Ad primos verò Regni hunc euexit honores
Ingenium varium, blandus ſermo, atq; facundus,
Flexibiles mores, valde ſimulareque promptum,
Fallere præcautum; falſique eſt nobilis author.
Quod fucat ſic, vt repures laudem, eſtque querela.
Alter & eſt Argas Circaſſus, qui aduena Regni
Ægypti ad celebrem Regis ſe contulit aulam.
Nunc vnus Satrapum imperij:aduectuſq;ſuprema
Munera militiæ: non exorabilis, aſper,
Impatiens, indeficiens, inuictus in armis,
Contemptor Diuum, in ferro & ſua iura reponens.
Hi petiere aditum: admiſſi ſunt illico coram
Inſigni Gofredo, humili quem ſede ſedentem
Puro habitu, Procerum cernunt medioq; ſuorum.
Sed ſibi ſpreta licet dignum eſt decus inclita virtus.
Vix & honoris ei ſignum tunc præbuit Argas;
Vt facit interdum vir grandis, nullaque curans.
Contrà verò manum poſuit ſub pectore dextram,
Inflexit caput, atque oculos deiecit Aletes:
More ſuoque Duci ſummum perſoluit honorem.
Poſtea ſic orſus dulci, & ſermone facundo.
Et quoniam Syrium iam Franci idioma tenebant,
Quæ ſermone tulit cuncta intellecta fuere.
O dignus ſolùm, quòd nunc tua iuſſa tenere
Semideùm cœtus dignetur nobilis iſte:
Tempore qui lapſo palmas quoque partaq; regna
Ex virtute tua, præcauta & mente renoſcit;
Magnum,inſigne tuum nomen, quod præterit acris
Alcidis metas, etiam nos aſſonat inter:
Virtutiſque tuæ rumor clariſſima facta
Oras planè ægyptiacas diſperſit in omnes.
Nemoque adeſt, qui mira uelut non ebibat aure.
Accipit & noſter Rex non tantummodò mirus,

Sed ſimul auſcultat non oblectamine paruo:
Gaudet & interdum multis etiam illa referre,
In te amat, inuidiæ eſt alijs quod cauſa metuſque;
Nempe tuam egregiam virtutem diligit ille.
Ergo nactus, amicitiam, pacemq; eſflagitat abs te
Sic aptum tempus: virtus et iungat vtrumque,
Si nequit vna fides: ſed quando expellere amicum
Te promptum de ſede ſuum cognouerat ipſe;
Ante malum per nos ſua vult tibi prodere ſenſa.
Ipſius eſt ſenſus: Iudææ quando liberet,
Partibus aut alijs nullo pacto eſſe moleſtum
A' ſe protectis: ſpondet tibi reddere tutas,
Quas nec adhùc ſtabiles terras virtute paraſti:
Amboque ſi iuncti, Turcæ modò, quandoq; Perſæ
Amiſſis poterunt vnquam ſperare potiri?
Magna quidem Princeps egiſti tempore paruo,
Longa dies quæ non vnquam delere valebit.
Agmina victa, Vrbes euerſæ, incommoda victa
Tramitis ignoti fuerunt tibi: nomine ſolo
Vt circum ſtupeat Regio, metuatque repoſta.
Et quamuis etiam valeas noua quærere regna,
Non maius nomen, tua laus iam ſidera tangit.
Poſt hac deuitanda tibi certamina martis:
Quòd ſi victor ades, ditio, non gloria creſcit;
Sin contrà eueniat, cum regno amittis honorem.
Eſt equidem ludus fortunæ vanus, & audax
Pro paruo, & dubio multùm, ſpondereq; certum.
Qui forſan tolerant ægrè, quòd tempore lon go
Parta alijs durent, palmas retuliſſeque ſemper,
Atque ea, quæ multùm feruet natiua cupido
Eſt accenſa magis Magnatum in pectore ſemper,
Subiectos populos, gentes ſeruaſque tenere;
Fortè ſuadebunt, vt dulcis fœdera pacis
Tu magè declines, alij quàm triſtia bella:
Vt ſectere viam hortabuntur, quam tibi latam
Recluſit fatum, hunc celebrem ne ſcilicet enſem
Ponas; virtuti cuius victoria quæuis
Certa eſt; lex donec non corruat ipſa Maconis,
Per te Aſiæ donec non ſit deſertus & orbis.

Dul-

Dulcia ſunt verè iſta, doli ſunt denique dulces:
Ex his ſæpe tamen naſcuntur damna ſuprema.
At ſi ſtrenuitas modò non tibi lumina velet,
Nec mentis pariter ſanæ ſubnubilet vſum,
Quòd tibi cauſa metus (bellum ſi quando capeſſas)
Nulla ſpei, noris, variat fortuna viciſſim:
Nunc læuas ſortes, nunc offert atq; ſecundas:
Icarus alta volans nimis, eſt ſubmerſus in vndis.
Armis,conſilio, numinis ſi bella moueret
Præpotis Ægyptus contra te: rurſus inirent
Cum Turcis Perſę, Caſſani Natus & ipſe
Bellum; quas ipſis poteris prætendere vires?
Ad quem confugies tutus, tantoque periclo?
Te dabit an tutum prauus Rex ille Pelaſgûm,
Qui ſacro ſe ſe coniūxit fœdere tecum?
Græca fides ignota cui? omnes diſcito ab vna
Proditione: vna autem? diſce ex millibus immò;
Mille quòd inſidias vobis gens perfida ſtruxit.
Ergo ne quæ contendit iter, pro te arma capeſſet?
Ergo ne quæ renuit cunctis commune viarum
Cedere, nunc proprium fusè dabit illa cruorem?
An quibus es cinctus modò ſpes tua tota locatur
Agminibus? quos & potuiſti vincere ſparſos,
Nunc quoque collectos certo deuincere credis,
Si paruo tua ſint, bellum, atque incomoda propter
Agmina nunc numero, ſicut tu conſpicis ipſe?
Te licet aduerſus nouus adiungatur & hoſtis:
Cum Perſis, Turcis, nilotica miſceat arma?
Quando ſed à nullo vinci fatum ipſe putares
Eſſe tibi: demus Cœlo, Superiſque ſtatutum
Vt fingis: vincere fame: tu incommoda in iſta
Num quò confugies? quì te defenderis ipſum?
Hanc contra iacias haſtam, nudatoque ferrum:
Atque ſimul certam tibimet confingito palmam.
Incola iam prudens quàm multis ante diebus,
Quippè tui aduentus circum igni tradidit arua,
Intulit & fructus Vrbi, & magè turribus altis.
Tu modò, qui veniſti oras ſic prōptus ad iſtas?
Quì pedites ſperas, & quì nutrirę caballos?

Quicquid opus, dices, præſtabit claſſis abunde?
Ergo tuus pendet venti à fundamine victus?
Imperat an tua ventorum fortuna cateruæ?
An tibi deuincire datum, diſſoluereque Euros?
Et mare,quod precibus ſemper ſurdũ,atq; querelis,
Te ſolum exaudit? ſolùm tua iuſſa faceſſit?
Noſtræ etiam gentes coniunctæ fœdere Perſis,
Et Turcis, adeo validam componere claſſem
Non poterunt, queat hiſce tuis obſiſtere lignis?
Palma ferenda tibi duplex, ſi quærere honorem
Incœpti cupias: at ſi vice vinceris vna;
Dedecus, & damnum maius tibi ferre valebit.
Quando tuam noſtræ contingat fundere claſſi;
Inde perire fame totum agmen cogitur iſtic.
Te victo, victrix quid prodeſt poſtea claſſis?
Si modò nec curas pacem ſic Regis habere
Ægypti (veniam concedas) vera fatebor:
Conſilium hoc non ſe conformat ad vlla tuarum
Virtutum. ætherea o mutent tibi Numina mentem!
Luctibus vt tandem tantis Aſiatica tellus
Reſpiret, palmæ & tu fructibus ipſe fruaris!
Vos neque qui laudis, diſcriminis,atque laboris
Participes adeo fallat fortuna ſecunda,
Suadeat vt fortè, & ſtimulet noua bella mouere:
Nauita ſed qualis, qui ad portum ligna reduxit
Fraudibus æquoreis, veſtrum conuoluere lina
Tandem eſſet; minus infido vltra fidere Ponto.
Conticuit: ſermonem heroes voce ſecuti
Submiſſa ſæui, innuerũnt atque actibus iræ
Quam malè ſuſtineant ipſi quæ dixit Aletes.
Ter Dux, atq; quater tulit ambo lumina circũ
Inſpexitque ſuos vultu, reſpexit & inde
Illum,qui cupidus reſponſi, & reddidit iſta.
Humanum, dulce inuitamen Nuntie nobis,
Atque etiam minitans te nunc exponere iuuit.
Si me veſter amat Rex, geſtaque noſtra celebrat,
Humanè facit, atque ſua eſt dilectio grata
Multà mihi: at quod ais bello in nos æthnicus oĩs
Quod fuerit iunctus; purã ipſe meã accipe mentẽ,
Hacte-

Hactenus oceano, & terris, noctuque diuque
Perpeſſi, vt pateat nobis ad mœnia ſacra
Semita iam tandem, meritum ſit, gratia, ſummum
Numen apud, cùm ſeruitio hæc ſoluamus ab acri.
Nec graue erit nobis adeo pro fine decoro
Humanum decus, & regnum, ipſam effundere vitã.
Ambitio nos non egit, nec auara libido
Hoc ad opus [Superus Genitor de pectore noſtro
Extrahat oro luem hanc] ſi cuius corde moretur:
Nec ferat, vt ſpargat, dulci inficiatque veneno,
Dulcè quod oblectans duram det poſtea mortem.
Dextra ſed illius, quæ ferrea corda penetrat,
Dulciter & mollit, frangitque, has duxit ad oras.
Omnibus hæc curis ſoluit, cunctiſque periclis:
Hæc montes æquat: maiora hæc flumina ſiccat:
Eripit æſtati ardorem, ſua frigora brumæ:
Æquoris indomitas vndarum mitigat iras:
Hæc cohibet ventos, ipſiſque relaxat habenas:
Hinc fracti muri, captæ vrbes, tecta cremata:
Hinc plures armatæ acies fuſæ, atque peremptæ:
Hinc animus noſter, ſpes hinc certiſſima palmæ.
Non noſtra vi, claſſe minus, non gente Pelaſga,
Non armis Francum. modò non linquamur ab illa,
Deſtitui reliquis quid? qui ferit, atque tuetur
Gnarus, opem alterius non diſcupit ille periclis.
At noſtris quando culpis, vel ob abdita cœli
Eius opis deſit, poſt noſtrum vbi tecta fuere
Membra Dei, quiſnam condi tellure recuſet?
Inuideant viui ſi corpora noſtra iacebunt.
Si moriemur; non equidem moriemur inulti:
Nec tellus Aſiæ ſortem ridebit iniquam:
Funera non vlli præbebunt noſtra dolorem.
Quòd mihi vitetur pax, ceu mortalia bella
Declinant, fugiuntque alij, tu credere noli.
Regis amicitiæ valdè mihi collibet vſus.
Namque tui, & valdè gratum me iungere ſecum:
Imperio at Iudæa ſuo an ſubiecta, pateſcit.
Cur igitur curare velit nunc extera regna?
Noſtros ne impediat progreſſus; imperet ille:

Pace ſuis læta. ſic denique dixit Aleti.
Argantis rabie reſponſum corda repleuit:
Nec finxit, tumidus labijs ſe prætulit, inquitq;
Aſpera bella paret, renuit qui fœdera pacis:
Non fuit in terris vnquam penuria rixæ.
Signa quidem præbes modò tu depellere pacem,
Noſtra niſi iuſtè concedas ipſe petita.
Inde oram ſaguli prendit, curuauit & illud,
Compoſuitq; ſinum exporrectũ, rurſus & ardens
Protulit. o tu, qui dubia, & magis ardua temnis,
Et bellum, pacemque fero tibi pectore in iſto:
Conſilium abſque mora capias; tu delige quod vis.
Talibus & dictis commoti, barbaro & actu
Illico clamarunt omnes, bella, aſpera bella:
Magnanimo Gofredo quòd reſponſa darentur
Nec præſtolati: explicuit ſagulum, illud & acer
Excuſſit: dehinc: ego vos ad bella laceſſo.
Tam diro, pariterque fero illud dixit in actu,
Viſus vt occluſum Iani recludere templum.
Dumque ſinum pandit (dixiſſes) exijt inde
Et Furor inſanus, nec non Diſcordia præceps:
Faxq; oculo horribili Alectus; flagrat atq; Megerę.
Sic & eum vidit celebris Babilonica tellus
Tollere prætumidã frontẽ, Ardua & Aſtra minari.
Tunc illis veſtro (Gofredus) dicite Regi,
Quòd veniat propere huc, feruentius illo
Nil cupitur nobis: bellum quod voce minanti
Offertis, nos accipimus: niſi promptus & ipſe
Adueniat, mox noſtra ſuum intra agmina Nilum
Expectet, dulcique modo dimiſit vtrumque.
Poſtea ſelectis donis ornauit & amplis.
Caſſida non modici pretij donauit Aleti:
Inter Niceæ exuuias hæc obtigit ipſi.
Arganti gladium: gemmis fabricarat & auro
Cum capulo milum inſignis faber, arteque tali,
Materiem qua vincat opus. miratus vt Argas
Rectè aciem, quicquid pretioſi, omnemq; laborẽ,
Poſtea Gofredo: Ipſe tuum qui munus in vſu
Mox ponam, aſpicies, & ſe dimiſit ab illo.
Tum

Tum comiti dixit: properè nunc ibimus ipſi:
Ægypti tu oras; ego verſus adibo Sionis:
Tu primis Phœbi radijs, ego lumine Phœbes,
Non opus eſt illic me; tu reſponſa referto;
Arma loco tractantur vbi diſcedere nolo.
Illico ſic hoſtis factus, ſi nuncius antè.
Apta ſit, an potius properatio talis inepta
Nil curat: tendit per amica ſilentia Lunæ
Reſponſo haud habito Solymorum mœnia ad alta.
Ille moræ impatiens: ingrata manētibus ęquè eſt.
Nox erat, & quando fluctus, ventique quieſcunt,
Cuncta ſilent animantia feſſa per orbem;
Quæ liquidis habitant lacubus, quæ gurgite vaſto,
Quæ ſimul in grege, quæ luſtris, pictæque volucres
Sopibant curas, mulcebant cordaque ſomno.
Chriſtiadū aſt turmā,atq;Ducē nō ſomnus habebat;
Ne ue ipſis capitur requies: eſt tanta cupido,
Æthere mox roſea vt rutilet Tithonia coniux,
Monſtret iter clarè Solymorum ad tecta cupita,
Ducat eoſque viæ longæ metam, atque laboris.
Sæpè ne ſic quiſquam radius videatur olympo
Suſpiciunt, noctis depellat an illa nigrorem.

HIEROSOLYMÆ VINDICATAE
Liber Tertius.
ARGVMENTVM.

CHriſtiadum Solymā generoſum peruenit agmen:
Acribus hic Clorinda modis mox excipit illud.
Carpitur inſano Tancredi Erminnia amore;
Viua magis fiunt detecto incendia vultu.
Orbantur proprio fortes Ductore Volones:
Sublatus namque illis ictu Argantis ab vno.
Funera perſoluunt functo pia. Bullio ſyluam
Antiquam cædi nonnullis imperat inde.

NVncia iam auroræ lenis ſurrexerat aura:
Illa caput roſeis auratum floribus ornat

Interea: quando miles iam promptus ad arma
Alta voce canit clangoremque ante tubarum:
Quæ mage clara dein, iucundaque ſigna dedere,
Prouidus, & dulci fræno dux temperat illos.
Mirandum! poſſetque volubilis vnda charybdis
Reflecti meliùs, vel dorſum cùm excutit alpum,
Frenari boreæ vis, lignaque mergit in alto.
Inſtruit ergo agmen, præmittit, voceque torquet,
Prærapidè certò, veruntamen ordine belli.
Pectore quiſque alas; in plantis geſtat & alas:
Attamen alipedem greſſum non præuidet vllus.
Atqui quando ferit radijs ſol feruidus arua,
Panditur en Vrbs: en monſtrari tecta Sionis:
Vocibus en Solymam coniunctim mille ſalutant.
Nautarum veluti cœtus, qui quærere littus
Externum petat; oceanique incertus in vndis,
Subque polo ignoto fraudes expertus & Euros
Infidos; ſi optata aperit ſe denique tellus;
Extemplo penitus lætanti voce ſalutant:
Illi hic, ille oſtendit huic, obliuia ſicque
Curarum abſorbent, & quos paſſi ante labores.
Corde voluptati primus, quam ingeſſerat ille
Viſus, ſuccedit contritio mixta timori,
Affectuique pio: nam uix attollere in urbem,
Quæ fuit hoſpitium Chriſti, audent lumina ſanctã,
Paſſus ubi mortem, tenuereque membra ſepulchrũ,
Tertia & ipſa die poſt immortalia ſumpſit.
Sermones taciti, gemitus, ſuſpiria gentis,
Quæ dolet, & gaudet, complebant àëra circum:
Quale ſolet bibula ſyluis hauririer aure,
Frondibus in medijs murmur cum flamina perflant,
Vel duros inter ſcopulos, vel littora iuxta
Quale ſono rauca concuſſum ſibilat æquor.
Exemplo Procerum cuncti neſtigia ſignant
Nudati tellure pedes: & ſerica membris
Atque aurum remouent, criſtas ceruice ſuperbas:
Inſimul & ponunt habitum de corde tumentem,
Lacryma cum pietate fluit: ſed ſemita luctui
Clauſa ferè ſit, ſans ita ſe ſe quiſque reprendit.

Ergo ubi tu multo ſparſiſti ſanguine terram,
Non ego Chriſte duos lacrymarum fundere riuos
Poſſum? proh gelidum cor! quid non ſoluere totũ
In lacrymas? cor quid non perfringere durum?
Flere meres iugiter, quamuis modò flere recuſes.
Qui vigil interea ſupra turrim excubat altam,
Proſpicit & montes, & agros ſe tollere multum
Pulueris aſpectat, qui formar in æthere nubem
Immodicam: dicis quòd nubes fulguret illa;
Sit veluti flammis, multo fulgoreque fœta:
Æra deinde coruſca videt, peditesque equiteſq;
Diſtinguit: clamat tunc: o qui ſurgit in æthram
Puluis! ſplendorem o quantum depromere cerno!
Eia agite o Ciues: cuncti ad tutamina Ciues;
Carpite tela citi, induite arma, aſcendite muros;
Hoſtis adeſt: repetit mox: omnes arma capeſſant,
Hoſtis adeſt: ecce hic puluis, qui nube ſub atra
Inuoluit cœlum. Subitò puerique, ſeneſque
Cum turba matrum pauidi, nec vulnera ferre
Ne ue tueri apti ſuſpiria mœſta trahebant
Ad fanum Mahometis ſed qui corpore forti
Audentique animo fuerunt properanter in armis,
Accurrunt illi portis; hi mœnibus altis:
Rex obit hùc, illùc, cuncta inſpicit, omnia curat,
Iuſſa dedit: deinde duas ſe detulit inter
Portas, ſurgit vbi turris, quò poſſit adeſſe
Quãdo opus expoſcat; ſiquidem hic demiſſior ora;
Montium & apparent iuga: ſecum Erminnia vt iret
Præſtanti forma voluit: quam excepit in aulam
Poſtea quàm Antiochia fuit iam milite capta
Chriſtigeno, illiuſque Parens Rex cæſus in ipſa.
Interea occurrit Francis Clorinda' ſequuntur
Quam plures, cunctos præcedit, parte nec ipſa;
Namq; alia tacitè exinit: ſtat promptus & Argas.
Intrepido vultu, dictis & ſtrenua adurget
Sectantes. Hac luce Aſiæ fundamina (dixit)
Principio meliore ſpei nos ponere oportet.
Fanſque ſuos turmam Francorum ducere prædas
Haud procul agreſtes, ſua qui iam caſtra petebant.

 Cum

Cum grege, & armẽtis, videt ; audax currit in illos
Obuius aſt iſti ductor ſit nomine Gardus
Corpore ſat valido , non æquiparandus at ipſi :
Impete namque fero iſtius eſt in puluere ſtratus .
Francorum ante oculos , pagana genteque coram :
Illicò quę lætos clamores miſit ad aſtra
Omnia tunc belli (at fruſtra) felicia captans .
Vrget equum in reliquos : tractat ſic illa lacertum
Tanquam mille forent; comites in calle ſequuntur,
Quem facit impulſu , duro ſibi pandit & enſe.
Mox rapit hæc prædam prædoni, turbaque tractim
Francorum cedunt : quare ad faſtigia collis
Se referunt ; multũq ; loco auxilij arma reportant.
Tunc quaſi turbo furens , diſſoluitur ignis & atra
Decidit è nube àèreus , proprium impulit agmen
Gofredi nictu ; haſtam direxitque trabalem
Tancredus : ſolidè ingentem ſic geſtitat haſtam ;
Sicque ferox iuuenis percurrit ; ſicque venuſtus ,
Vt Rex ex alto aſpiciens , hunc autumat eſſe
Delectum electos inter , qui exerceat arma :
Illi propterea ſecum quæ confidet , inquit .
Chriſticolum ſanè quemuis cognoſcere debes
Vſibus ex longis, quamquam ſit clauſus in armis:
Ille quis eſt igitur (cedo) tam dexter in haſta ,
Sic ferus & vultu ? ad labium ſuſpiria currunt ;
Adque oculos lacrymæ pro reſponſo . attamen illa
Frænat eas , non ſic , ſignum vt non prodeat vllum:
Namque oculus fœtus roſeum formauerat orbem .
Vix gemituſque imo egreſſus de pectore raucus .
Poſt dicit ſimulans , odij ſub nomine condens
Votum aliud.cognoſco quidẽ [heu] & debeo noſſe
Mille viros inter : campos , foſſaſque profundas
Sæpe ego conſpexi replentem ſanguine gentis
Noſtrę ah quam durè icit! plagam,quã inferat ipſe,
Non herbæ medicat virtus;ars nulla magiæ.
Ille eſt Tancredus Princeps ! o denique captus
Ille mihi ! viuum vellem , non lumine caſſum,
Viuentem vellem , vt dulcis vindicta referret
Effræni deſiderio quædam ſolamina ſaltem .

Sic

Sic ea dicebat: dictorum at vera putantur
Senſu alio: inque ſuis ſupremis vocibus exit
Admixtè gemitus, fruſtrà quem comprimit ipſa.
Interea occurrit Tancredo, & dirigit haſtam
Clorinda immanem: ſolida ictus buccula cepit:
Fragmina ad aſtra volant; frons denudata remãſit:
Nam ruptis galeæ vinclis (mirabilis ictus!)
E capite exilijt: crines ſparguntur ad auras
Aurati; iuuenis medijs in fœmina caſtris
Apparet. rutilant oculi eius, fulgurat atque
Obtutus; ridens quid? ſi modò dulcis in ira?
Mente quid euoluis Tancredus? luce quid hauris?
An noua ſe facies offert tibi? pulcher at ille eſt
Vultus, quo totus flagras: tua pectora dicant
Eſt vbi ſignata effigies. quam fonte gelato
Vidiſti, niueam dum frontem ſpargeret, illa eſt.
Qui galeam & clypeum non obſeruauerat antè?
Nunc illam ſpectans lapis eſt. ceruiceque operta
Qui potuit ſæua aggreditur: ſe retrahit ipſe.
Inuaditque alios, rotat atque hìc ſtrenuus enſem;
Virgo viro pacem negat, inſequiturque minanter,
Verteque clamat: eũ & duplici cũ morte laceſſit,
Si percuſſus eques, non ictus ipſe remittit;
Nec gladio tantùm ſe ſe defendere curat,
Quantũ oculos ſpectare, genas, quibus arcus amore
Tenditur ægrè euitando, ſecumque profatur.
Qui dextra veniunt armata, haud vulnera figunt
Sæpe ictus; iacit at quos pulcher vultus inermis,
Nunquã non feriunt, ſemper mea corda penetrant.
Denique ſi nullam pietatem ſperet ab ipſa,
Non miſer, & celatus àmans vult perdere vitam:
Captiuo ſe dira ſuo vult vulnera ferre
Noſcat; qui tremit, exorat, ſupplex, & inermis.
Quare ait. o tu quæ ſolùm me oſtendis habere
Hoſtem inter turbas tot; concedamus ab iſto
Conflictu modò: ſinglari certamine noris,
Virtutí ne meæ tua ſe ſe conferat æquè
Sic melius. pugnam iſta probat. non vllaq; cura eſt,
Caſſide ſi careat, confidens illa petebat;

Hic pauidus : leuis ad certamen ſtrenua iam ſtat
Bellatrix, ferijt iam ; ſiſtas fœdera (dixit)
Præcedant pugnam. ſtetit ; omninòq; amor exſpes
Reddidit ex pauido fidentem tempore in illo.
Quando fugis pacem (dicebat) fœdera ſint hæc,
Cor mihi tolle : meum non eſt, te iudico Domnam:
Ante dedi tibi multo : vltrà non viuere ſuffers ?
Sponte perit : vellas igitur · non ipſe recuſo.
Brachia demitto : en ſine defenſa offero pectus.
Quin findis ? iubeas : iam iam thoraca leuabo ;
Aptiùs vt ferias : longis magè fortè querelis
Exprimeret proprias Tancredus voceq; pœnas,
Ethnica Chriſticolas iuxta niſi turba veniret.
Turma Palæſtinum arteue, ſiue timore recedunt
Chriſtigenis acti : at vir de inſectantibus vnus
Aſpiciens illi ſparſos ſe tollere crines,
Tranſijt à tergo ; dextram mox ſuſtulit acrem,
Parte minus tecta infligat quò vulnera certus :
Voce ſed accurrit Tancredus ; vitat & enſe
Ictum ; at non cecidit fruſtra, quod candida ceruix
Vulnere tacta leui eſt, paruis rubuereque ſtillis,
Quale aurum, crines, rubeis iunctum arte pyropis.
Irruit aſt in eum Princeps, atque impulit enſem:
Ille fugæ dat ſe , inſequitur ſuccenſus hic ira :
Alipedes currunt ; magnum vt per inane ſagitta.
Quàm ſuſpēſa manet ; longinquos ſpectat & ambos:
Haud ſequitur ; turmæ ſe iungit at ipſa fugaci.
Obuiat interdum Francis ; inuadit & illos.
Nunc vertit, nunc ſe auertit, fugit, atq; fugans eſt:
Non fuga, non impulſus : dicitur iſte receptus.
Sic amplo interdum indomitus ſi taurus agone
Queis agitur contra latrantes cornua vertat ;
Illico ſe referunt ; vertat ſi denuò terga,
Quiſque ſequi renouat fidens crudeliter illum.
Dum fugit à tergo clypeo Clorinda leuato
Ceruicem tegit : in Maurorum luſibus ipſis
A'glebulis fugiens iactis ſic vadit opertus.
Iamque fuga tandem illi, multùm iſtiq; ſeqnētes
Temporis in modico aduentarant mœnibus altis,

Horrificum quando clamorem turba Maconis
Attollunt: faciem vertunt ſubitò ; orbis & inſtar
Compoſiti à latere, à tergo , noua vulnera iactant,
Interea proprias acies de monte mouebat
Argas , à fronte illos aggrediatur vt audax :
Exijt è turma , feriens primarius eſſe
Circaſſus voluit. primum quem ſauciat ipſe
Sternit ; equũ inuertit ; prius ac in fragmina abiret
Longa abies vnà complures miſit ad orcum .
Poſtea denudat ferrum ; quò decidit ipſum ,
Aut ſemper necat , aut ſternit , vel vulnera ſaltem
Infligit . Clorinda Ardellum in tartara fortem
Detruſit , frontem iam ruga ſenilis arabat ;
Corpore ſed valido , geminata proleque forti
Fultus , at intutus : maior nam Alcander acerbo
Vulnere ſublatus patri : qui manſit & illum
Tunc Poliphemus apud , vix ſe defendere quiuit .
Poſtea quàm curſu haud æquatur ruſticus ille
Tancredo , ſonipes longè eſt velocior ipſi ;
Reſpicit , & nimium ſpectans audaciter agmen
Vltrà proceſſiſſe ſuum , idcircò , vndiq; cinctum
Vertit equum ,ſtimulat , ſuccurrit eòq; repente :
Subſidio, at non ſolus adeſt ; ſed cœtus & ille
Dudonis cunctis aſſuetus adeſſe periclis ;
Caſtrorum vigor , heroum flos , turma Volonum .
At mage magnanimus cunctis , pulcherq; Rinaldus
Præcurrit : multò fulgore eſt ocior ille .
Inſignes actus , grandem , niueamque volucrem
Cæruleo in campo confeſtim Erminia nouit :
Et Regi dicit , qui in eum tunc lumina figit .
En fortis Domitor cuiuſq; hunc nullus adæquat,
Aut pauci ferro , eſt & adhùc leuioribus annis .
Si ſenos alios ſimiles huic hoſtis haberet ,
Aſſyria & deuicta foret , ſubiectaque tota :
Iam ſubiecta forent auſtro magè regna propinqua ,
Quæque mage auroræ: neque poſſet condere Nilus
Fortè iugo caput & ſi ignotum : eſt ille Rinaldus .
Mole magis metuunt iratum mœnia quauis .
Aſpice , qui viridi thoracem , ac induit auro
Orna-

Ornatum,eſt Dudo. Aſſiduum moderatur is agmen
Belliger expertus multùm, alto ſanguine clarus
Præcedens annis, meritò nullique ſecundus.
Quem grandem ipſe vides pullatũ,eſt ille Nouergi
Germanus Regis, Gernandum nomine dicunt.
Geſta ſua obſcurat, quòd viuat in orbe ſuperbus
Plus nimio, bini qui adeo cum corpore iuncti
Ornatu vadunt niueo, & cum veſte niuali,
Altera Gildippe eſt, Odoardus & alter amantes,
Et ſponſi, celebreſque fide, celebreſq; per arma.
Sic ea dicebat: ſtrages quod gliſceret vſque
Cernere;Tancredus ſiquidẽ denſum,atq; Rinaldus
Diſſoluere armis circlum; inſuper ipſe maniplus,
Qui venit Dudonis acerbè perculit illum.
Argas, ipſe Argas impulſu ingente Rinaldi
Stratus humi ſubito, terra vix corpore ſurgit.
Surgere nec forſan poterat; ſed tempore eodem
Bertoldi ſonipes gnati quoque decidit acer
Subtus equum; preſſus pes cum permanſerit; ipſi
Eſt opus vt modicum cunctetur, vt extrahat inde.
Milite Chriſtigeno interea gens æthnica fuſa
Se tegit aufugiens altis ſub mœnibus vrbis.
Obſiſtunt Argas tantùm, & Clorinda furori,
Ripa quaſi aut agger, qui retrò multus inundat.
Vltimi eunt; veniens vis ſub frenatur in illos:
Sicque fugam poterant captam multo abſq; labore
Perſequier primi. palmam neque Dudo relinquit
Qui fugiunt, ſequitur feruens; premit ille Tigranẽ
Impete equi: caput & ferro reſecante reciſus
Voluitur in terram. haud Algazaro eſſe protectum
Præduro prodeſt thorace, minuſque Cibrano
Caſſide contectum ſolida: ſic occiput icit
Illorum & terga, vt pectus penetrarit, & ora
Vulnus. poſt & Amurathis, Mahometis & egit
Orco animas dextra, ſimul Almanzorris & acris:
Ne ve poteſt præferre gradum ſecurus ab illo
Circaſſius. fremit, interdum ſe vertit, & aſtat;
Poſt etiam cedit. ſe tandem ex tempore torquens
Sic gladio in latus ex tranſuerſo percutit illum,

Vt

Vt benè mergatur, vita ſpolietur & ictu
Dux francus. cadit, & quæ recluduntur iniquè
Lumina, dura premit requies, ſomnuſq; graueſcens.
Illa ter expandit, iucunda luceque cœli
Curauit fruier, ſe ſe ſupraque lacertum
Tollere ter nixus; totidemque eſt ipſe relapſus;
Fuſcaque cõtexit nubes oculos, qui denique feſſi
Sunt penitus clauſi. ſoluuntur languida membra,
Quæ riguere gelu mortis, ſudoreque ſparſit.
Non ſuper exanimum ſubſiſtit barbarus Argas,
Tranſcurrit, quamuis minimè procedere omittat;
Vertitur ad francos, & clamat voce boante.
Enſis hìc o equites pollutus ſanguine multo
Ille eſt, quem à Duce ſuſcepi pro munere veſtro.
Currite narratum certatim, ritè quòd vſus
Ipſe hodie; accipiet certò nec nuncium iniquè.
Quin fuerit gratus, ſolidum quòd munus ab vſu
Sit notum illius pretioſum: dicite & vltrà
Certius expectet proprio quòd corde periclum.
Quandoque ad aggreſſum minimè ſe conferat acre,
Adueniam ſubitus, properans quòcunque ſit ille.
Mirificé accenſi dictis ſic acribus ira
Gens pia contra iſtum certatim tota ruebant;
Sed citò ſub muros tutus confugit amicos
Cum reliquis. defenſores ex mœnibus altis
Tot iaciunt lapides, intorquent totque ſagittas,
Denique cogantur fortes retro cedere Franci.
Gens Saracenorum ſubiereque mœnia in vrbis.
Liber equo plantam hùc deuenerat inde Rinaldus,
Vindicet ille vicem extincti Dudonis vt aſprè:
Contra occiſorem ſocios citò clamat & inter:
Quæ mora nunc iſta eſt? quid præſtolamur & ipſi?
Dux noſter perijt, vitam cum ſanguine fudit;
Vltricem celeres cur non properamus ad iram?
Debilis in tanta murus cauſa ergo furoris,
Noſtræ virtutem dextræ cohibere valebit?
Si ferro, aut adamante forent hæc mœnia ſtructa,
Viribus à noſtris tutus non afforet Argas
Intus atrox vnquam; aſſultum nos ergo ruamus.
His

His dictis præit omnes ; non ipſi vlla timentur ;
Nec lapidum nimbus , iaculorum grando nec vlla
Ille caput quatiens , auſu ſic ora referta
Terrifico leuat , vt rigeant terrore tuentum
Pectora vel muros intra . ſed dum excitat iſtos ;
Territat atque minis illos ; Sigierius ecce
Gofredo miſſus , qui equitem tunc voce refrænat .
Ingentem auſum hic carpit,ſubitoq; recedite dixit
Nomine Gofredi iubeo . id neque tempus ad iras
Appoſitum veſtras . cohibet ſe his oppidò dictis
Qui prior vrgebat reliquos etiam ipſe Rinaldus:
Corde licet fremat, occultamque extra indicet irã.
Militis eſt regreſſa manus , turbata nec hoſte :
Nec merito caruit defunctus funere Dudo .
Brachia namque ſuper fidis effertur amicis
Corporis extincti percarum , & pondus honorum.
Interea poſitum explorat Gofredus , & artem
Vrbis de ſpecula . binos eſt conſita colles
Sancta Sion inter ; parili non culmine ſurgunt ,
Fronteque ſe vertunt ; vallis medium ocupat ima ,
Quæ ſe non tantùm , montes ſed ſegregat ambos .
Extra habet èternis cliuos ſat partibus aſpros:
Itur at ex alia , nec te conſcendere noſti .
Eſt mage protecta in plano pars mœnibus altis
Ad boream & ſe diſtendit . loca detinet intus,
In-quibus aſſeruant imbrem , fonteſque lacuſque :
Aſt herba penitus, riuis & fontibus extra
Deueſtita humus eſt circum.hìc non frondibus æſtu
Planta tegit ; ſed tantùm vltra miliaria ſurgit
Sena nemus fuſcũ , horrendũq; nocentibus vmbris.
Nobile flumen habet Iordanis ſolis ab ortu .
Parte maris noſtri occidua proſpectat arenas.
Eſt boream verſus Bethel, quę erexerat aram,
Ex auro vitulo , & Samaris : qua ducere ſueſcit
Nimboſus pluuias auſter , ſunt mœnia Bethlem
Diuinum dignata polo in ſe condere Partum .
Dum Solymæ poſitum, cunctam Gofredus & oram
Miratur : percurrit vbi tunc caſtra locentur ,
Quoque loco inuadat , facile expugnareq; murum .
Sit

Sit magè : vidit eum, oſtenditque Erminia Regi.
Qui clamide in rubea (inquit ei) tā auguſtus in ore
Gottifredus is eſt : næ natus ſceptra tenere,
Gnarus ita eſt regnare, & ſic imponere iuſſa.
Nec minor eſt dux, quā ſit eques; lectiſſimus heros;
Vir mage nec prudens, mage nec verſatus in armis
Nunc mihi tot turmas inter dignoſcitur illo.
Conſilio tantùm Raimundus adæquat eumdem,
Tancredus pugna ſolùm, iuueniſq; Rinaldus.
Noui equidem, noui; Rex reddit æthnicus inquam.
Quando fui miſſus de Ægypto Nuncius illùc:
Et uidi pugna tractantem vmbratili in haſtam.
Et licet efflorens ætas, & prima iuuentus
Non ueſtiret adhuc teneras lanugine malas,
Ore dabat, vultù, factis ſpes attamen altas.
Augurium ah verax nimis! hìc turbata reclinat
Lumina, pòſtq; leuat: rogat ecquis murice amictus.
Qui iunctus comes eſt, ipſique ſimillimus ore;
Statura quamquam inferior? Balduinus at illa,
Germanus facie, verè germanus & actis.
Qui latere ex alio (aſpice) Conſultoris ad inſtar.
Is Raimundus adeſt, quem ſic commendo ſagacem
Crinibus incanum; præ cunctis texere fraudes
Militiæ expertum: francus ſit, ſiue latinus.
Qui mage longinquus, galea contectus & auro;
Optimus eſt Regis Gulielmus filius Angli.
Iunctus huic Guelfus geſtorum iam æmulus ardens
Nobilium, ditione potens, & ſanguine clarus.
Ex humeris (addit Rex) recte noſco quadratis
Pectore & ex illo pleno, pariterque ſub alto.
Inter at haſce meum turmas non conſpicor hoſtem
Lœthiferum, quamuis hùc illùc lumina vertam
Dico Bòemundum euerſorem ſanguinis alti,
Regaliſque mei: hi verbis ſic reddere verba.
Poſtea quàm loca Ductore obſeruata fuere,
Mox redit ad turmas: quoniam molimina cuncta
Aduerſus muros, vbi pars ſublimior vrbis
Vana futura putat; ſua tunc tentoria tollit
In portæ oppoſitum boreæ vergentis ad oram

In plano, quod ei iunctum; hinc tendere mandat
Procedens reliquos turrim inter nomine priſco
Anglarem. caſtrorum illo complectitur orbe
Tertia pars Vrbis, paulò fortaſſe minuſue:
Quòd totam [ſic circumit] obcinxiſſe nequiſſet.
Vnde opis afferri poſſet ſed claudere ſaltem
Attentat calles; aditus & carpere cunctos,
Quà veniunt ab ea, & quà regrediuntur ad illam.
Dux iubet aggeribus celſis, foſſiſq; profundis
Omnia Gofredus tentoria deinde parari;
Claudat vt egreſſum Ciui, atque incurſibus obſtet
Externis: ſed vbi cuncta hæc perfectā fuere,
Exanimum viſit corpus Dudonis amici;
Mœſta quod obcinxit lacrymoſaq; turba virorum.
Nobili adornarunt pompa pręgrande feretrum
Noti, in quo ſublime iacet. ſed *Bullio* quando
Ingreſſus, querulos clamores turba leuarunt.
At pius affectum ſub męrenti ore cǫërcet
Tunc tacitus proprium. ſed poſtquā lumina in illū
Subfixit, ſecum voluens hæc edidit ore.
Non dolor & lacryma à nobis tibi debita Dudo;
Functus es in terris, Superum nunc viuis in aula;
Corpus vbi fragile hìc ponis, veſtigia laudis,
Glorię & impreſſa haud vnquā moritura relinquis,
Miles vt egiſti ſanctus, taliſque periſti;
Nunc fruere o anima, & paſcas in Numine fœlix
Lumina diuino, palmam nunc atque coronam
De geſtis benè habes; eternùm viuito fœlix,
Quippe tuo minimè caſu ſed forțe vocamur
Ad lacrymas noſtra: ſiquidem modò funere tali
Fortior à nobis pars, & magè digna recedit.
At ſi morte tua nobis vis terrea deſit,
Quòd modò te cœlum electos complectitur inter,
Impetrare vales Numen cœleſte ſecundum.
Si mortalis homo mortalia iam arma tuliſti,
Cœlicus (vt ſpes eſt) pro nobis cœlica tractes
Spiritus. addiſcas noſtra ergo capeſſere vota,
Et noſtris præſtò eſſe malis: palmā auguror hincq;
Votaque victores ſoluemus debita templo.

Sic fatus: nox & radios obſcura diurnos
Obruerat cunctos, grauibusq; obliuia curis
Inducens potuit lacrymis afferre quietem.
At Ductor nouit, quòd opus ſibi bellica moles,
Mœnia vt expugnet, quare benè cogitat vnde
Deſumat ligna, atq; ſimul qua conſtruat arte,
Sic modicum carpit ſomni. quin ſolis ad ortum
Surrexit, voluit comitari nobile funus.
Haud procul à vallo radicem collis ad imã
Dudoni mœſta tumulum extruxere cupreſſo;
Palmaque eum ſupra attollit celſiſſima ramos.
Hic poſitus fuit: interea cecinere ſacrorum
Æternam requiẽ pro animæ eius turba Miniſtrûm.
Hic illic interramos appenſa fuere
Capta ab eo in primis mage iam fœlicibus auſis
Vexilla Aſſyrio & Perſæ cum pluribus armis.
Et thorace ſuo, atque ocreis eſt maior opertus
In medio truncus; ſuper illum poſtea ſculptum.
Hic Dudo iacet: alto Heroi detis honorem.
Vt triſti atque pio ex opere iſto Bullio ceſſit;
Caſtrorum ad ſyluam multo cum milite fabros
Præmittit. Varias eſt inter conſita valles,
Iam Syrius quidam Francis monſtrauerat iſtam.
Ergo illuc petiere uiri, quò ligna ſecarent,
Quæ minus vrbs contra ſe ſe defendere poſſit.
Vt ſternant plantas mutuò ſe hortantur & omnes.
Palma reciſa cadit, ſylueſtris fraxinus atque:
Cum cerris, pinique cadunt, funeſta cupreſſus,
Alta abies, fagus frondoſa, & decidit ilex,
Æquaturque ſolo vlmus mirè vitibus apta,
Quæ pede contorto, & cœli faſtigia ſcandit.
Hi taxos, veteres quercus illique recidunt.
Ornũ alij, & cedrorũ imponunt põdera plauſtris.
Armorum ſonitu, vario clamore virorum,
Luſtra feræ, volucres nidos extemplò relinquunt.

HIE-

HIEROSOLYMÆ VINDICATAE
Liber Quartus.
ARGVMENTVM.

CVncta tenebroſi Induperator Numina auerni
Cõuocat ad ſe Erebi: vt diro crucientq; dolore
Chriſticolas, vult ingenio hæc vtantur iniquo:
Illorumque opera ad curas ſe vertit acerbas
Hidraottes quoque· vult calles Armidaque planos
Conſilio reddat proprio ſermone ſuaui,
Et vario: Moleſque eius ſint forma, dolique.

HI dum inſtant operi, quod poni debet in vſu,
Protinus humani generis diriſſimus Hoſtis
Chriſtiadas contra liuentia lumina torſit:
Iamq; videns lætos, rabie vtraq; labra momordit:
Saucius & qualis Taurus proprium ille dolorem
Mugitu, ac gemitu emiſit. ſententia menti
Stat Chriſti populo exitium deferre ſupremum:
Ilicet acciri proprias ad regia gentes
Limina (conſiliũ horrendũ) & genus omne ſuorũ
Imperat (o demens!) tanquam nihil ardua ſit res
Obniti Superis, diæque obſiſtere menti:
Vanus adeſt planè, æqualem qui ſe efficit alto,
Nec meminit Diuum validè qui dextra toneſcat.
Buccina tartarea æternæ mox aduocat vmbræ
Ingenti Ciues ſonitu. Antra per ampla tremiſcunt,
Atque àër reſonat cœcus: non æthere fulgur
Præcipitat ſtridens ita: nec ſic quaſſa tremiſcit
Magna Parens quandò premit in ſe fœta vapores.
In varijs turmis ad portas Numina Abyſſi
Illicò concurrunt: o quæ, horribileſque figuræ!
Terror & o quantus, morſque eſt in lumine eorũ!
Belluarum nonnulla ſolo veſtigia ſignant,
Humano aſpectu anguicomas geſtantque retortas,
Voluitur & retro cauda ingens, poſtea quæ inſtar

Se ſinuat ferulæ, ſoluitque; hic corpora mille
Conſpicis harpyarũ, Centauros, milleq; ſphynges,
Gorgones & multas ſcyllas latrare voraces,
Sibila Pythonum, turgentis ſibila & Hydræ;
Aſpicis hic atras flammas vomitare Chymeras,
Horribiles Polyphemos, atq; Tricorporis vmbras:
Monſtra noua, aſpectus varios, vnàque remixtos.
Ad latus aſſidunt dextrum pars, parſq; ſiniſtrum
Ante ferum Regem: medius ſed conſidet ipſe
Pluto: graue, ac rigidũ tenet eius dextera ſceptrũ:
Non vaſto ſcopulus pelago, non ardua rupes:
Non ita Calpe, ingens Atlaſue minantur in altum,
Exiguum præ illo non ducant lumina collem
Magnam adeo frontem, atq; imania cornua tollit.
Horrida maieſtas multum terroris adauget
Effero in aſpectu, mage demonſtratque ſuperbum.
Luminibus ruber eſt tetro ſparſuſque veneno:
Emicat obtutus triſtis ceu ſtella comete.
Voluit ei mentum, atque hirſutum pectus ad uſque
Hiſpida, ſpiſſaque deſcendit, promiſſaque barba:
Pandit & os atro veluti foret alta vorago
Sanguine fœdatum: veluti interdum exit ab Ætna
Sulfureus fumus, flammæ fœtor, tonitruſque;
Oris & haud aliter fœtor, nigræque fauillæ.
Cerberus interclusit eo dicente latratus,
Hydraque conticuit ſonitu, Cocytus & ater,
Orcus & intremuit, ſicque exijt ore boatus.
Numina vos Erebi, ſedes magè digna tenere
Aſtra ſuper cœli, ſurgit qua veſtra propago,
Quæ mage iam mecum detruſit ſede beata
Caſus, & in clauſtrũ hoc horrendum cõpulit atrox;
Antiqui alterius ſuſpectus; acris & ira
Nota nimis, pariter generoſus noſter & auſus.
Arbitrio ille ſuo cœlos, & ſidera torquet,
Nos inſenſæ animæ reputamur & atque rebelles.
Proque die claro, puro, valdeque ſereno,
Soleque pro aurato, & pro reſplendentibus aſtris,
Nos hoc incluſit tenebroſo carcere, & imo,
Ne ve dat in cœlis gradui aſpirare priori.

Inſuper (o quantũ mihi nunc meminiſſe moleſtum,
Idque meas pœnas multò mage reddit acerbas)
Vilem hominem, vili limo, tellureque cretum,
Æthereas ad eas ſedes mox ille vocauit.
Nec ſatis id viſum: maius damnum ergo ferendi
Tradidit & morti Natum. oſtia fregit Auerni
Adueniens, inferre pedem auſus noſtraque regna,
Sorte datas nobis animas abducere lætus
Ad cœlum exuuiaſque *inſignes* poſtea ferre
Victor, ouans: erebi hic vexilla attollere victi,
Quò ſit ludibrium, & maior contemptio noſtra.
Sed cur ipſe meos renouo nunc fando dolores?
Et quibus ignota eſt ingens iniuria noſtra?
Quoque loco & quando geſtis deſiſtere ſuetis
Collibuit? non antiquas memorare neceſſe
Offenſas; nos debemus prohibere propinquas.
Qui cunctos reuocare viros ah nonne videtis
Ad proprium ſtudeat cultum? ſegneſque trahemus
Nos ſoles, atque horas? nos Populumque fidelem
Maiores Aſia iugiter deſumere vires.
Vnoquoque die patiemur? colla domare
Iudeæ? cultum extendi mage? Nomen & ipſum
Per linguas reſonare nouas, & carmine miro
Inſcribi ære nouo, ſolidoque in marmore ſculpi?
Quòd ſpargantur humi vel noſtra Idola feremus?
Quòd noſtras aras mundus conuertat ad illum?
Quòd vota appendantur ei, thus ardeat illi
Vni, cumque auro primo illi mirrha feratur?
Templum vbi conſueuit nobis non claudier vllum
Semita nunc arti noſtræ nedum extet aperta?
Innumera vi animæ careat ſolitoque tributo,
Et vacuum Pluto regnum tandem incolat ingens?
Haud equidem fiet, nec adhuc primarius ardor
Perditus in vobis, quando ferro, igneque cincti
Cælicolum in Regnum pugnam ſuſcepimus acrem,
Deuicti fuimus [fateor] certamine in illo,
Non virtute tamen viduata eſt alta cupido.
Tunc magè felices palmam, & tenuere triumphũ,
Infracti nobis animi quoque gloria manſit.

Sed

Sed quid vos remoror? fidi o noſtri ite ſodales,
Ite inquam alipedes vos noſtra potentia, vires,
Conculcate reos, maiores ante reſumant
Vires, Hæbraicum imperium quã conflagret omne,
Hęc penitus flamma extinguatur denique creſcens,
Inter eos vos immiſcete, & in vltima damna
Robore nuncque ſuo, nunc quiſque vtatur & arte.
Quod volo ſit fatum. plures ſine fine pererrent:
Enſe cadant alij: cæci mergantur amoris
In curis alij; conuertat turba rebellis
In propriũ arma Ducem, atque in ſe diuiſa cateruæ:
Caſtra ruant cum illo, & pereant ueſtigia quæque
Vltima dictorum penitus quòd prompta fuiſſent,
Empireo nequaquam expectauere rebelles
Cœlo animæ: uolitantes extra viſere ſtellas
Exibant cæca, atque illa de nocte profunda,
Non aliter quàm ſtridentes, fuſcæque procellæ,
Quæ propria erumpunt, emanant unde, cauerna,
Vt cœlum tenebris inuoluant, bellaque ducant
Vaſta in regna maris, magnæ telluris & vnà:
Tendentes alas, uarias ſunt illico in orbis
Diſperſi partes, cœperunt nectere fraudes,
Multipliceſque, nouaſque, ſuis ac artibus uti.
Muſa refer ſodes quo pacto prima tulere
Chriſtigenis damna, & qua parte (hæc omnia noſti)
De factis ſiquidem tot, famæ, tamque remotis
Debilis ad noſtras aures uix peruenit aura.
Iura damaſcenæ terrę, terriſque propinquis
Tunc dabat inſignis Magus, illi nomen Hydraottes
A' teneris qui annis prædicendi arte futura
Inſtituit mentem, ſemper quem poſtea iuuit.
Sed quid? ſi dubij martis prædicere finem
Haud potuit? ſi fixo, errante ue ſidere nullo
Nec reſponſo Erebi potuit prædicere uerum?
Hic ratus [o mens cæca uirum! o quã uana uidẽtur
Senſa tua!] occiduæ manui ſtruxiſſe ruinas,
Et clades cœlum inſignes: proindeque ducens
Milite ab Ægypti palmam tum denique ferri,
In laude, in prædaque ſuam gentem eſſe ſodalem
Gli-

Gliſcit: ſed quoniam magni fit gallica virtus;
Sanguineæ palmæ non paulùm damna paueſcit;
Chriſtiadum partim qua vires arte reuoluit
Diminuat prius, vt modico deinde labore
Gentibus à proprijs, ægyptiaciſque premantur.
Hac dum verſatur cura Aliger ecce malignus,
Qui magis inſtigat, compellit, adurget & illum.
Conſilium dat, datque modos quoq; quatenus illi
Sit minus arduum opus: mulier, cui mundus eous
Præſtanti forma primos cedebat honores,
Ipſius eſt Neptis, fraudes, queis fœmina pellax,
Saga vel vtatur ſecretæ ritè patent huic.
Aduocat hanc, ſua ſenſa aperit, vult illaq; curet.
O dilecta mihi (dicit) quæ crine ſub aurato
Et canam retines mentem, pectuſque virile,
Artubus & teneris me iam præcedis & ipſum
Arte mea; ingentem curam nunc pectore voluo,
Cui modò ſi faueas, ſpes ſanè effecta ſequentur:
Quam tibi demonſtro percurras pectine telam
Exorſam cauti ſenioris prompta miniſtra.
Hoſtica caſtra petas: vtaris qualibet arte
Fœminea hìc, dulcem ſubitò quæ captet amorem.
Irrora lacrymis, mellitas redde preceſque:
Obtrunca, fuſo gemitu,confundeque verba:
Forma dolens, infelix, vel magè pectora dura
Ad tua vota trahat: nimiũ auſum obnube pudore,
Contegito veri pulchro mendacia amictu.
Allice ſi fieri poterit prædulcis ad eſcam
Gofredum obtutus, roſei & ſermonis ad hamum;
Denique belli hominem correptum tædeat orſi,
Abducatque niſi poteris; blandire Dynaſtis
Poſt reliquis: ducas & eò, nemo vnde reuertat.
Conſilia hic diſtinguit; ei tum denique dicit.
Pro patria, atque fide cognoſcas cuncta licere.
Fœmineis donis, forma, atque ætate ſuperba
Hoc ſuſcepit onus confeſtim Armida virago:
Veſpera ſub primum abſcedit, carpitq; viarum
Abdita: & ornatis tricis, & veſte muliebri
Inuictos populos, armatas vincere turmas
Spe-

Sperat. at inde ſui abſceſſus ſunt arte ſagaci
Nuncia diuerſa in vulgi diffuſa cateruam.
Caſtra petit Francùm paucis poſt Virgo diebus:
Forma recens illic vt primum apparuit iſta
Exoritur murmur, quicunque & figit in illam
Lumina: ut æthereo cum ſiue cometa, vel aſtrum
Amplius inuiſum per lucem fulget in Orbe:
Seque ferunt cuncti externę ſpeciem ergo videndi,
Et cui mittatur noſcendi. haud nobilis Argos,
Non Cyprus eſt habitus, formas, vel Delia tellus
Sic caras mirata oculis vnquam. aurea crines
Nunc niueo in velo tranſlucet, nuncque retecta
Apparet. veluti purus cum redditur æther
Nunc magnus niuea pellucet nube planeta,
Nunc caput exportans nitidum de nube refracta
Lucentes circùm radios magis explicat ille,
Ingeminatque diem. ſparſi criſpantur ad auras
Iam nouiter crines, vndæ quos criſpat ad inſtar
Naturæ donum. intuitus non ſpargit auara,
Cumque ſuis proprijs theſauros condit amoris.
Formoſo roſeus color illo dulcis in ore
Spargitur inter ebur, nec non confunditur æquè:
In labijs verò, quibus aura exhalat amoris,
Sola rubet tantùm, & ſimplex roſa. pectus apertũ
Candorem oſtentat niueum, benè quo ignis amoris
Paſcitur, & ſurgit. Pars mammæ apparet acerbæ,
Partem alijs verò reliquam tegit inuida veſtis.
Inuida; ſed ſi auidis vltrà penetrare negatur
Luminibus; tamen haud animam refrænat amantẽ.
Quæ minimè externo penitus contenta venuſto
Peruenit ad celata mage, & ſecreta penetrat.
Ac veluti per aquam, vel per tranſlucida vitra
Ingreditur radius, tranſit, nec diuidit illa:
Haud ſecus occluſum per peplum attingere tendit
Mens uetitam partem, lætè ſpatiatur & iſtic;
Atque ibi per partes verum, & mirabile pulchrum
Perpendit; deſiderio deſcribit, & inde
Ardentes proprias flammas mage reddit in illo.
Per turbas auidas laudata, inſpectaque amantes.

Præterit Armida, & ſentit. non vllaque ſigna
Oſtendit, quamuis hilarum cor rideat intus,
Et palmas celebres, prædas decernat & altas.
Subſuſpenſa ſtetit, poſt adducatur vt ipſa
Ductorem petit. Euſthatius procurrit ad illam;
Frater erat ſupremi acierum Principis iſte.
Qualis papilio candelæ ad lumen amatum
Vertitur ad iubar admirabilis illicò formæ:
Atque ipſum propè mirari ſuá lumina iuuit,
Actu quæ inclinat prædulciter ipſa modeſto:
Traxit & ingentem flammam, ceu proxima ab igne
Stuppa ſolet: dixitque illi [nam euaſerat audax
Et fidens annis, multoque cupidinis æſtu]
Fœmina ſi tali modò ſis tu nomine digna,
Namque refers Diuam: non certè eſt Filia Adami,
Cui propriæ lucis tantùm diſpenſet Olympus;
Quid petis? vnde venis? quę ſors tua, fortèue noſtra
Huc modò te ducit? quæſo tu dicito quæ ſis:
Da ne cultu errem, & ſi fas te pronus adorem.
Sic reddit. tua plus nimio pręconia ſcandunt:
Nec meritum ſic eſt ſublime meum. aſpicis heros
Non mortale quid, extinctum oblectamini at omni,
Et modò tormentis viuum. infortunia me nunc
Innuptam, profugam hùc impellunt, atq; vagantē.
Ipſa pium venio ad Gofredum, ſperoque in illo,
Fama ſuę probitatis ſic eſt vndique circùm.
Nunc mihi per te aditus ſit, ſi pius, atque benignus,
Ad Procerum ſummum. fas eſt, reſpondit & ille,
Ad fratrem frater quòd te perducat, & vltrò
Intercedat item; benè peruenis aurea virgo:
Ponderis eſt illo coram mea gratia magni.
Arbitrio ipſa tuo poteris ſceptro illius vti,
Arbitrioque tuo ipſa meo vtier enſe valebis.
Conticet: Heroes magnos adducit & inter,
Quò tunc ſe vulgo ſecernit Bullio vili.
Se reuerens inclinat ei, dicitque ſalutem:
Poſtea promebat verbum pudibunda nec vllum;
Ille pudor verò, ille timor pugnace leuatur,
Et ſolatur eam, vt meditatas denique fraudes
Pan-

Pandat, voceque ea vt ſenſus dulcedine nectat.
Inuicte o Princeps (ait) hoc dignatus honore
Quòd tibi deuinci laudē oppida, Regnaq; ducant,
Nota vbique eſt tua nunc virtus, & ſicut amatur
Hoſtibus ipſa tuis, ſecuros reddit & illos,
Auxilium quoque de te inuitat quærere dulcè.
Ipſa fidem, quæ aliam noſtro de ſanguine traxi,
Quam tu calcaſti, penitus delereque tendis,
Per te, per uireſque tuas acquirere ſedem
Maiorum ſpero, & Sceptrum Regale meorum.
Sique ſuis alij depoſcunt ſanguine iunctis
Auxilium contra vim, barbaricumque furorem;
Quòd pietas omnis prorſus defecit in illis,
In mihi cognatos nunc hoſtile inuoco ferrum.
Te voco, ſpemque meam pono in te: ſolus in *illa*,
De qua truſa fui potis es me ponere ſede.
Nec tua nunc magne, atq; pie Heros dextera debet
Erexiſſe minus, quàm ſtrauiſſe eſſe ſueta:
Orbeque terrarum ſic laus pietatis habetur,
Hoſtibus ex proprijs celebres vt ferre triumphos;
Regnaque ſi ferro potuiſti demere multis,
Parque meo tibi laus fuerit me ponere regno.
Si diuerſa fides faciat mea vota recuſes,
Certa fides nunc quam ipſa tua pietate repono
Sit mihi opi ſaltem, neq; fas ludenda videtur.
Teſtor ego Numen, quod terris adiuuat omnes,
Æquius auxilium quòd nulli vnquam ipſe tuliſti.
Sed mea quò conſtet planè infortunia cuncta
Atque viri fraudes, intentis auribus audi.
Arbillani ego ſum proles, qui pulchra Damaſcī
Obtinuit regna, enatuſque eſt ſorte minori,
Connubio iuncta eſt illi Carrinclia pulchra,
Imperijque ſui hæredem decernere ſedit.
Iſta meum quaſi morte ſua præuenerat ortum,
E uiuis ceſſit, quando ingrediebar in Orbem;
Quæ lux illi obitum, vitam mihi detulit ipſa.
Primū vix abijt luſtrum, ex quo mēbra ſepulchro,
Ceſſit: quādo meus Genitor quoq; lumina claudēs
Ætherea ſe iunxit ei fortaſſis in Arce;

Germano, tanto quem conſectatus amorẽ;
Ille mei curam, regni commiſit & omnis;
Pectore quòd pietas mortali ſiqua moretur,
Quippe ſuæ fidei debebat certus adeſſe.
Suſcepit curam ergo mei, & ſe præbuit ipſe
Tam cupidum vſq; mei progreſſus, nomina prima
Intactaque fide, pietate, & amore paterno
Cordatos inter, primas laudeſque teneret.
Conderet aut alia mentem ſub veſte malignam;
Siue foret ſimplex, Nato me iungere Sponſam.
Grandior euado, Genitus grandeſcit & annis,
Non Equitis mores, nullam percepit & artem
Ingenuam, neque quid rari, neque nobilis vnquam
Ipſi collibuit, mentem nec ad alta leuauit:
Vilem animum valdè turpi ſub fronte gerebat,
Fouit auaritiem cupidam ſub corde ſuperbo:
Actibus aſperior, prauis & moribus eſt is,
Vt ſibi ſit vitijs compar tantummodò ſoli.
Nunc bonus iſte meus Cuſtos me iungere tali
Digno homini ſtatuit thalami, Regnique ſodalem;
Sæpe ſuamque mihi mentem recluſit; & illud
Quò fieret, lingua, ingenio fuit artibus vſus.
Aſt ego pollicita haud vnquã; ſẽperq;repugnans
Vel nullum moui verbum, penituſue negaui.
Denique ceſſit, multùm ſed turbidus ore,
Corde ſuo in prauo eſt virus mortale retectum.
Viſa mihi hiſtoriam certam legiſſe futuri
Eius in ore mei damni. vſque meæ indè quietes
Turbatæ inſolitis viſis, fatalis & horror
Corde mihi impreſſus mala non incerta canebat.
Sæpè Genitricis mihi, ſe ſe pallida imago
Obtulit actu apprimà dolens: mutata ſed o quàm
Effigie, quam alibi ſpectaram lumine ab illo.
Heu fuge, nata fuge heù (dicebat) funus acerbum,
Quod tibi nunc inſtat, velociter Vrbe recede:
Aſpicio virus contra te, cernoque ferrum,
Quod parat ah nimis infidus, triſtiſque Tyrannus.
Proderat at quid? quod mens (heu) vicina pericla
Præcineret, mea ſi ingenti formidine mollis

Ætas, conſilium nec erat captare parata?
Sponte meapte fuga exilium legiſſe moleſtum,
Auxilio nudam patrio concedere regno
Ah mihi ſic durum, potiùs concludere vellem
Lumina decumbens, vbi primò nata recluſi.
Horrebam interitum [quis credat] & ipſa timebā
Declinare, meumque timorem pandere nulli
Audebam, mea ne mors maturata fuiſſet.
Sicque dies atros ducebam nulla quiete,
Martyrioque iugi, ſicut qui expectat in horam
Quòd cadat in nudam ceruicem dura bipennis.
Dum tali premerer cura, aut ſors eſſet amica,
Siue magis fatum me ad deteriora reſeruans,
Mox famulus quidam primis nutritus ab annis
A' genitore meo, inſtarent quòd tempora mortis
Certa meæ mihi narrauit præſcripta Tyranno:
Præterea mihi, eoque die lethale venenum
Crudeli certò præbere ſpoponderat ipſi.
Addidit atque fuga modò, quòd productior eſſet
Vita mea: & quoniam à nullo ſperare valebam
Auxilium, pius, & promptus promiſit adeſſe:
Atque ſimul ſolans adeò me reddidit ipſe
Audacem, vt frenum non me formidinis vllum
Frænarit, quin conſilium caperem aère cæco
Linquere mox Patriam, Patruumq; & pergere ſecū.
Nox ſurxit præter morem tenebroſa ſuetum,
Quæ tenebris ipſos penitùs contexit amicis:
Cum famulabus ego lectisduin egreſſa duabus.
Caſibus aduerſis ſocijs: ſed lumina retrò
Planctibus aſperſa ad mea patria tecta ferebam;
Et viſum in natale ſolum ſatiare nequibam.
Mens, oculuſque viam peragebat eamdem.
Semper & inuitus valdè pes antè petebat:
Nauis vt è ripa, ſubitus quam turbo reſoluat.
Iuimus & noctem, tota venienteque luce:
Per loca, vbi poterant veſtigia nulla videri:
Conſtitimus intra greſſus nos mœnia Caſtri.
Denique, quod noſtri reſidet ſub limite regni,
Oppidum Arontis erat; certo fuit iſte pericla

Qui ſic me eripuit, duxitque fideliter vſque.
Proditor at ſtructas quoniam euaſiſſe videbat
Me necis inſidias; ira ſuccenſus in ambos
Tunc ſua nos contra prauè delicta retorſit:
Atque reos ſceleris, quod perpetrare volebat,
Me contra fecit. magno mihi munere Arontem
Compulſum [inquit] ei pateris miſceret & auro
Vipereum virus; ſiquidem ipſo funera poto,
Poſtea nemo foret, qui me ſub lege teneret:
Immo ſequens veneris genium me dedere amaſcis
Optabam [antè ſuper me ignis deſcendat Olympo
Sancte pudor, tua quã caſta unquam iura reſoluã]
Sacrã auri ille famem, atq; ſitim quòd haberet auarã
Sanguinis vſque mei puri, mihi quippe moleſtum;
Sed magè corde, meũ, crucior, quòd tingere honorẽ
Optaret niueum; popularem vim impius horret;
Sic ideò texit ſua, ſic mendacia inaurat;
Anceps vt populus, ſuſpenſus multàque veri
Seditione mihi facta non arma capeſſat.
Neue meo ſolio iniuſtè quòd ſidat in alto,
Nec ſibi quòd rutilet regalis fronte corona;
Et damnis, probriſque meis vult ponere finem;
Sic magna feritate ſua compellitur ipſe.
In proprio caſtro torrere minatur Arontem,
Sponte ſua ipſius niſi ſe ſe carcere claudat;
Et mihi [proh miſera!] atq; meis conſortibus vnà
Non modò bella ferus tormenta, neceſq; minatur.
Id facit ille (inquit) labem quò tergat ab ore:
Regius & reuocetur honor me ſanguinis exul.
Cauſa ſed eſt formido, ne pellatur ab illo,
Cuius ego ſum hæres ſolio; valet ipſe ruina
Se fulcire mea tantùm, regnoque manere.
Compos erit voti tandem impius ille Tyrannus;
Sanguine quippè meo accenſas reſtinguet & iras,
Quas mea non lacrymis extinguent lumina tantis;
Ni prohibes: orba, innocua, ad te Virgo miſella
Confugio Princeps: tanti ſit ponderis iſte
Ploratus, cuius madefeci aſpergine plantas
Ipſa tuas, vt non fundant poſt membra cruorem.

Ipſa per hoſce pedes te oro, queis colla ſuperba,
Impiaquè iam calcas: palmas exoro per iſtas,
Queis rectum defendis: per tua te oro trophea:
Per ſacra templa, quibus quæris ferre, atq; tuliſti
Auxilium: tu qui polles mea perfice vota:
Cumque meo regno ſaluam mihi reddito vitam
Tu pietate tua, pietas nil proderit autem,
Ius niſi te ſtimulet, pariter ni te vrgeat æquum.
Tu, cui conceſſit cœlum, fato conceſſit & alto
Velle quod eſt rectum, vnà quæuis omnia poſſe;
Nunc ſeruare mihi vitam, tibi quærere regnum
(Namque tuum fuerit) polles, ſi conſequar illud.
Ex tanto numero liceat mihi ducere fortes
Heroas de gente tua tantummodò denos:
Cùm populus mihi ſit fidus, patres,& amici,
Sufficiunt iſti rapta mihi ponere in vrbe.
Quin vnus Procerum fidei cuſtodia cuius
Credita ſecretæ eſt portæ illam pandere ſpondet;
Nocteque ſomnifera nos ipſam ducere in aulam:
Abs te dumtaxat mihi quæſiuiſſe ſuadet
Non nihil auxilij; certus mage redditur ipſe
Quàm ſi alio magnam impetraret Principe turmã:
Signa facit tanti, ſolum ſic nobile nomen.
Os premit hæc. tali reſponſum expectat & actu,
Vt vociſque precumque ſilentia pondus haberent.
Gõfredus dubium cor hùc, & diuidit illùc,
Diuerſas illud curas ſuſpendit & inter,
Neſcit vbi flectat. fraudes formidat, & artes
Barbaricas, homini nouit quòd nulla fides eſt,
Qui negat in verum, cœleſteque credere Numen.
Aſt contrà miſerans affectus ſurgit in illo,
Qui nullum capit in generoſo pectore ſomnum.
Nec ſtudio pietate ſua dignarier illam
Vult proprio; at ſtimulant etiã quæ cõmoda ſperat;
Scilicet imperij teneat quòd ſceptra Damaſci
A' ſe dependens, aditum ut ſibi pandere poſſit,
Decreta & facilem curſum ad ſua reddere cœpta
Ægyptum in, ſocioſq; aurũ, gentẽ, arma miniſtret.
Lumina humi dubius dum figit, verſat, obitque

Mentē, oculos quoq; defixa hæret fœmina in illū;
Actus obſeruat, dependet ab ore ſuoque:
Et quoniam ſibi reſponſum tardare videtur,
Et timet, atque gemit. tandemque petita negauit;
Præſtitit aſt illi humanam, comemq; repulſam.
Pro Chriſti obſequio, qui nos elegit ad illud,
Arma niſi nobis modò noſtra parata fuiſſent;
Quippè tuas in eis ſpes tu fundare valeres,
Magnam & opem, ne dum pietatis ſigna tenere.
Seruitio hunc ſi verò gregē, atq; hæc mœnia preſſa
Non prius eripimus; noſtræ non poſtulat æquum,
Vt curſum palmæ gentes minuendo remittam.
Polliceor, capiaſque fidem pro pignore noſtram,
Certa in ea degas, quòd ſi iſthæc mœnia ſacra,
Et dilecta Polo noſtris victricibus armis
Excutiant iuga; curabo te ad regna reducam
Amiſſa, vt pietas ſuadet. pietate foremque
Ipſe minus pius, antè Deo ni redderet æquum
Dextra mea. his dictis deiecit lumina terræ
Virgo, immota ſtetitque parùm; poſt rore referta
Suſtulit, atque actus comitans cum fletibus inquit.
Me miſerā! & cui (me exceptà) preſcripſit Olym-
Vitā adeò duxiſſe grauem, mutetur vt antè (pus
Mens alijs cum Natura, quàm ſors ita iniqua
Me procul abſiſtat! remanet non amplius vlla
Spes: doleo fruſtra: humano nec pectore vires
Vota tenent. pœnam ne meam ſperare licebit,
Quæ te non mouit flexuram deinde Tyrannum?
Nunc ego te tanquam inclementem carpere nolo,
Exiguam quòd opem mihi tu conferre recuſes,
Aſtra queror, quæ ſunt damnorū cauſa meorum;
Hæc faciunt, pietas ſit in exorabilis in te.
Tu nec es o Princeps, non eſt probitas tua talis,
Culpo meū fatum quòd opē negat, impedit ipſam;
Fatum atrox, rigidum fatum, fataleque fatum
Exoſam hanc tandem tragicè diuellito vitam.
Patribus (ehu) caris me orbaſſe ætate vigenti
Exiguum damnum me percepiſſe putaui,
Ni quoque me regno videas omnino carere,

Pergere ceu vinctam crudeles victimam ad aras.
Quod ſanctæ neque iura pudicitiæ,neque zelus
Hic traxiſſe moras permittunt amplius vllas;
Ad quem confugio interea? qua condor in ora?
Aut quis aſilus erit mihi contra tela Tyranni?
Nullus adeſt locus excelſa ſub fornice cœli,
Quin ipſi pateat; ſed nunc quid demoror vltra?
Aſpicio mortem; ſi declinareque vanum
Cor mihi,& eſt animus dextra hac occurrere mor-
Hic ſiluit:viſa eſt ira ſe accendere vultu [ti.
Regali; torquenſque pedem monſtrauit abire
Actibus ingrata, & triſtis: lacrymæque cadebant
Largiter, ira velut ſueſcit commixta timori
Gignere: naſcentes lacrymæ,quas lumine ſpectant,
Margarides ſunt, & chriſtalla in lumine ſolis.
Maxillæ viuis conſperſæ humoribus illis,
Oram fœmineæ qui veſtis ad vſque fluebant,
Purpurei flores, niuei pariterque videri:
Si modò eos madidet ſatis aptè roſcidus imber
Mane nouo gremium concluſum quando recludit;
Et quos pulchra aurora videns lætatur, & vnà
Mirificè exardet proprios ornare capillos.
Lucidus aſt humor, qui malas, pectus & ornat
Tam crebris guttis, verax opus efficit ignis;
Cordibus occultus ſerpit, ſuccenditur hìcque:
Mirus amor! lacrymis educit nempe fauillas,
Cordaque vel liquidis mille accenduntur *in vndis*;
Robora naturam ſupra retinere ſueuit;
Redditur aſt huius virtute potentior idem.
Confictus veras lacrymas dolor elicit iſte,
Ex multis immo magè pectora dura refringit.
Angitur & quiuis cum illa; pòſt talia ſecum.
Gofredo pietatem ſi non impetrat illa,
Tigride næ rabida lactis nutrimina cepit,
Montibus alpinis produxitque horrida cautes,
Vnda vel in pelago ſpumans, ſe ſeque refringens:
Qui turbat ſpeciẽ hanc,& perdit, barbarus ille eſt.
Euſthatius verò iuuenili pectore cuius
Flamma magis feruet pietatis, flammaque amoris;

Dum reliqui tantùm muſſant, vel nulla loquuntur;
Se præfert audax, atque hæc de gutture prompſit.
Frater (ait) nimis, ah nimis obfirmata videtur
Mens tua, conſilio perſiſtat quando priori,
Et niſi reddatur facilis, flectatur & ipſis
Vnanimi ſenſu, qui optamus, teque precamur.
Non ego qui præſunt populis nunc dico Dynaſtas;
Quod flectant greſſum oppugnatis mœnibus iſtis,
Munera nec curent ſua. nos legiſſe ſed inter
Aſſiduos denos proprio ſine pondere, nullis
Legibus obſtrictos aliorum, ritè licebit
Qui comitentur eam, fortes tueantur & æquum.
Non Chriſti obſequio eripitur, cui Virgo tegatur
Inſons: exuuiæ gratæ ducuntur olympo,
Quas appendit ei quiſquam de cæde Tyranni.
Quando ad opus certa vtilitas non vrgeat ipſa
Pòſt ab ea quæ expectatur, compellor ab æquo;
Ordo tenetur enim noſter deferre puellis
Auxilium. haud equidem fiet, quòd fama vagetur
Per francos, vel vbi tanti eſt feciſſe benignè,
Nos adeo iuſta cauſa vitaſſe pericla.
Hìc ego nunc thoraca meum cum caſſide pono:
Hìc enſem diſcingo, vtar non ampliùs armis
Indignè, vel equo, aut equitis me nomine dicam.
Sic loquitur: ſecum totus ſimul infremit ordo:
Vtile conciliumque vocans, cingitque, rogatque
Ductorem: precibus cedo tunc reddidit ille,
Totque ſimul iunctis vincor; nunc munera veſtro
Conſilio obtineat, non verò meo iſta rogata.
At ſi quid fidei Gofredo pectora veſtra
Nunc præſtent, quiſq; affectus attemperet omnes;
Innuit hoc vnum; ſatis eſt vt quiſque receptet
Quod dat. quam potis in ſpecioſo lacryma vultu
Fœminæ, & in lingua peramãti dulcia dicta!
Purpureis exit labijs aurata catena
Arbitrio capiens animas proprio, atque refrænans;
Aduocat Euſthatius poſt illam & talia dicit.
Denique parce tuo mœrori Virgo venuſta;
Auxilium ſiquidem, atque breui tibi tale feretur
A' no-

A nobis, tua quòd melius formido requirit.
Callida tunc nubes oculis Armida remouit,
Pulchroque abſtergens lacrymas è lumine velo;
Sic ridens eſt viſa, polum repleret amore.
Poſtea pro meritis altis, quæ acceperat iſta
Ore refert roſeo grates humaniter illis;
Oſtendens, quòd nota forent, dum manſerit Orbis,
Fixaque corde ſuo: & rectè quod promere lingua
Non valuit, proprijs expreſſit geſtibus ipſa
Eloquio veluti muto: & ſua condita mens ſic
Sub falſa ſpecie, vt data ſit ſuſpectio nulli.
Principio cernens, quòd iam fortuna faueret
Fraudibus alta ſuis, ſceleratum abſoluere cęptum
Conſtituit; pulchra facie, geſtuque ſuaui
Vincere Dardanias artes, Circeſq; Medeęque,
Atque ſuis dictis Syrenum voce ſuaui
Vel mage cordatas ſomno ſubmergere mentes:
Vtitur arte omni, nouus vt capiatur amaſcus
Fœmina caſſe ſuo quiſquam, non vultus & idem
Illi eſt erga omnes; ſedenim actus mutat, & ora,
Poſtulat vt tempus. viſum nunc illa pudicum
In ſe ſe premit, huc modò fert, illucque vagantem
Contra iſtos ſtimulo, fræno contra vtitur illos,
Vt reſides nouit, celeres vel cernit amore.
Si quem cognoſcit, curas qui frænet amantes,
Atque animam paulò fidentem: torquet in illum
Lumina cum dulci riſu, ſic corda moroſa
Incitat, & pauida, ambiguas confirmat & vnà
Spes: ita ſuccedens feruenti pectus amore,
Frigus id ablegat, quod iam formido còegit.
Aſt alijs, cæco qui audacter Numine ducti
Tranſiliunt ſignum, veſci dat lumine pulchro,
Et dictis parcè, inducitque metum, atque pudorem
Aſt iras inter, quibus ora repleta tumeſcunt,
Et pietatis adhuc radius reſplendet in illis,
Vnde aliquis metuit, ſpem non deponit at omnem:
Et magis ardeſcit quò apparet fronte ſuperba.
Sub ſecreta alijs interdum cum actibus ora
Componit, fingitque dolens quaſi: lumina ad uſq;
Sæ-

Sæpeq; fert lacrymam intus pòſt agit. artibus iſtis
Mille animas ſecum incautas ſic edere fletum,
Compellit, pietatis & igni ſpicula amoris
Temperat, vt pereat cor ſub tam fortibus armis.
Poſtea ceu tales angores illa relinquat,
Et noua ſpes ſurgat, greſſus aduertit Amaſcos,
Verbaque, lætitia frontem conueſtit, & ornat:
Efficit & tanquam geminus cœleſtis Apollo
Obtutus, riſuſque doloris nubila ſupra
Emicet atra, quibus pectus ſepiuerat antè.
Dulcia ſed dum verba facit, prædulcèque ridet,
Atque virùm duplici complet dulcedine ſenſus;
Pectore vix horum non ſuetam diſparat auram
Talibus oblectamentis (proh dire cupido!)
Interimunt æquè tua mella, abſynthiaque ipſa,
Diſtribuis quoties inter nos; tempore & omni
Vulnera proueniunt abs te, medicamina & apta.
Oppoſitiſque modis nunc ardens, nuncq; gelaſcens,
Nunc riſu, lacrymis nunc inter ſpemque, metumq;
Dat proprio ſtatui vires, illudit & illis
Fœmina quàm fallax; & ſi quis voce trementi,
Et rauca proprias audet depromere pœnas,
Non experta quaſi, planeque ſit inſcia amoris
His ſtimulat dictis minimè cor cernere apertum,
Aut oculos pronos demittens illa pudore
Se fucat: ſic ſubque roſis, quibus ora venuſta
Condecorat, niueas obnubit cauta pruinas;
Non ſecus ac matutinis palantias Eos
Natale ante ſuum gelidis ſpectatur & horis:
Cumque pudore ſimul rubor irę prodit acerbæ
Se bene confundit, miſcetque. aſt actibus illa
Si videt accenſum, quòd cor oſtendere tentet,
Nunc fugit, atq; modũ præbet nunc vnde loquatur,
Et ſub idem tempus verſutè ſurripit ipſa.
Errantemque die toto ſic protrahit illum.
Denique deluſo, ac laſſo ſpem poſtea demit,
Et qualis latro remanet ſub veſpere ſero,
Actę qui beluę tandem veſtigia perdat.
Hę fuerunt artes furtim, queis pectora mille
Alli-

Allicere hæc potuit; quin prævalida arma fuere,
Queis rapuit per vim, captiuaque fecit amoris.
Quid mirum ſi Alcides, ſique imittis Achilles
Theſeus & fortis cæco iam captus amore?
Si quoque pro Chriſto, forti qui cingitur enſe
Illius interdum non cautus caſſe tenetur?

HIEROSOLYMÆ VINDICATAE
Liber Quintus.
ARGVMENTVM.

Non benè Gernando fertur Riñaldus honori
Quòd merito aſpiret, quò exornari ipſe poptat.
Id ſibi cauſa necis violenta eſt, atque miniſter.
Tendit in exilium occiſor; nec vincla ſubire
Vult. contenta Armida recedit: Claſſis amica
Triſtia perquemdam Gofredo nuncia mittit.

Armida, ad propriũ dũ Equites illectat amorẽ:
Nec modò promiſſos expectat ſubdola denos;
Ducere ſed clam alios confidit: mente volutat
Bullio, cui dubium facinus committere poſſit,
Illa vbi dux fuerit: merito, numeroque Volonum,
Et deſiderio cuiuſquam redditur anceps.
Conſilio verùm cauto ſucceſſor ab ipſis,
Quòd celebri fiat Dudoni denique cernit.
Eligat hic tùm equites · aberit ſic cauſa querelæ:
Oſtendetque ſimul magni ſe ducere cœtum
[Vt fas]egregium. Hos igitur vocat, atq; profatur.
Iam mea percepta eſt aliàs ſententia vobis:
Quæ nec erat poſcenti omnino negare Puellæ
Auxilium; ſed opem maturo tempore ferre.
Rurſus idem repeto, illique aſſentire poteſtis:
Hoc etenim qui inconſtans, & mutabilis Orbe,
Mentem mutare eſt ſtabilis conſtantia ſæpe.
Sique gradu veſtro indignum vitare pericla
Duci-

Ducitis: & ſi audens animus modò cautius odit
Conſilium; neque vos inuitos demoror ipſe;
Nec vero conceſſum; vobiſcum frenaque noſtri
Imperij (vt fas eſt) fuerint perlenia ſemper.
Pendeat ergo manu veſtra ſubſiſtere, & ire;
Eligite antè tamen Ductori morte perempto
Qui ſuccedat, & ille regat vos: deligat inter
Voſque decem, numerum talem non augeat ullus;
Noſtrum id erit tantùm Gofredus talia fatur.
Conſenſu vnanimi Germanus reddidit iſta.
Vt te lenta decet virtus, quæ proſpicit o dux
Iſta; ita vis ingens contrà cordiſque manuſq;
Poſcitur à nobis; meritò quàm debita nobis:
Et mora præmatura, alijs quæ prouida virtus
Afforet; in nobis vilis timor Orbis in ore:
Quodque leuis damni extat præ vtilitate periclum,
Selecti deni, te permittente, Puellæ
Conſortes modò præclarum iungentur ad auſum.
Finit ita, & mentem ſuccenſam fraude venuſta
Sic operit: reliqui quoque ſub velamine honoris
Prætexunt, ardens quod amoris ſola cupido eſt.
Bullio ſed iunior, zeli qui lumine natum
Inſpectat Sophiæ: & cuius liuore tuetur
Virtutem, quæ tam pulchro mage grata venibat
Corpore: conſortem nollet; ſic pectore cauſas
In proprio curas inſpirat zelus amoris,
Propterea blanda riualem hac arte ſeorſum.
Compellat. Magno o maior ter Nate Parente,
Qui ſummo decorare armis primæuus honore:
Quis noſtrum fuerit Ductor nunc agminis acris?
Vix ego Dudoni egregio, atque ætatis honore
Me iam ſubieci: Gofredi frater & ipſe;
Nunc cui cedendum mihi ſit? te neſcio præter.
Nobilitas, meritum geſtorum, gloriaque ingens
Te mihi proponunt; forſan nec terret iniquè
Si pugna inferior dicatur Bullio Maior.
Te volo, te cupio Ductorem, dummodò nolis
Principis externæ iſtius Protector adeſſe:
Nec decus affectes [credo] quod pēdet ab auſis
No-

oꝺurnis, fuſciſque tibi neque tempora deerunt
rtutem exercere tuam hic, melioreque fama.
renuas; ſummum reliqui curabo vt honorem
unc tibi concedant: verùm quòd mens mea tã an-
ſe flectat vbi ignoro; nunc deprecor abs te, (ceps
ſter ego Arnidam, tecum potiuſue moretur.
ſthatius ſiluit. Vultus non abſque rubore
otulit hoc verbum: celatas vidit at alter
ras, ſubriſitque ſimul. Quòd vulnus amoris
ꝺore non ſenſit; riualem haud ſuſtinet ægrè:
tari curat multò minus ipſe Puellam:
l tenet interitum Dudonis mente repoſtum:
decori & vertit, ſupereſt quòd longiùs Argas:
unc iuuat audire ad meritum quę inuitet honorẽ:
cem etiam partim, capit & cor gaudia laude
vera Iuuenis: quare ſic voce ſecutus.
pſe merere magis primos, quã quærere honores,
n cupidus: modò me virtus mea tollat in Orbe,
r altum inuideam ſceptrum? ſi verò ſupremum
decus humanè tãquam meritũ aduocor abs te,
n veniam inuitus: mihi quin gratiſſima ſunt hæc
na voluntatis veſtræ in me: poſco nec ergo,
ue recuſo minus: legerer cum poſtea Ductor,
us eris de ſelectis. Tunc cedit ab ipſo
thatius; Sociosque ſuos inflectere votum
itur ad proprium. Princeps Gernandus honorẽ
nc petit, & quamuis Armida ſagittet in illum,
minæ amor pollens minus eſt in corde ſuperbo,
àm ſit honoris amor. Gernãdus ſtirpe Nouergiũ
rtus Regum multa ditione potentum;
à ſceptro patris, quà Atauorũ turgidus iſte eſt.
roprijs tumidum meritis magè præbet at alter:
àm geſtis Ataurum, fuerint ſi marte togaque
s centum luſtris celebres. Sed barbarus heros
tantùm pendit, quantùm ditionis & auri
ditur: obſcuram virtutem iudicat omnem,
gali titulo, quæ non præclara niteſcat;
e nequit quęſito equitem contendere ſecum
titulo; & ſic excruciatur, vt ipſe furore

Tran-

Tranſiliat metam rationis quamlibet alto.
Qui ſibi recludi callem improbus Ales Auerni
Conſpicit: illius tacitè ſub pectore ſerpit;
Atque ſuas ſemper curas moderatur adulans;
Internumque odium, nec non exaſperat iras
Aſſiduè magis, & findit cor, vrget & illud.
Efficit, vt medio ſemper vocem audiat illam.
Confertur Iuuenis tecum o Gernande Rinaldus?
Heroum numeruſque ſuorum pollet inanis
Tantopere? enarret gentes, populoſque ferentes
Iſte tributa, tibi qui non vult eſſe ſecundus.
Oſtentet ſceptra: atque ſuos in regio honore
Defunctos Patribus, cœli qui luce fruuntur
Conferat ille tuis. Princeps ah quàm audeat iſte,
Cui ditio indigna, & ſeruæ prognatus in ora
Italiæ: vincat, vel perdat iam extitit idem
Victor, vbi ſolùm voluit tuus Æmulus eſſe:
Quæ vox Orbis erit? ſummo id tribuetur honori,
Hic cum Gernando contendit, dicere ſolùm.
Magnum ferre tibi poterat nomenque, decuſque
Nobilis ille gradus, tenuit quem Dudo celebris;
Nec minus abs te [crede mihi] expectauerat idē.
Iſte ſuum decus imminuit, cùm quæſijt illud.
Amplius & quoniam nulli dat verba, nec halat,
Si quid de nobis capiat, quì de æthere credas
Dudonem iraſci in tumidū hunc dum lumina figit,
Dumque ſuos adeo ſtultos conſiderat auſus,
Qui quoque deſpiciens annos, meritumq; Puellus
Sic ſe affectat ei conferre, nihilque peritus?
Et tamen is audet, tentat; laudemque decuſque
Pro pœna recipit: ſimul eſt qui hortatur ad illud:
(Proh pudor attigens cūctos, qui applaudit & illi.
At ſi Gofredus videat, patiatur & æquè;
Quòd tibi conueniat iuſtè, fraudarier illo;
Ne patiare: etenim nulla ratione ferendum,
Fac quantùm valeas, pateat, quàm robore poſſis.
Vocibus his ardet, mirèque accreſcit in ipſo
Ira velut fax exardens, agitataque uento.
Cumque minus claudi poſſit ſub corde tumenti,
Exit

Exit & ex oculis, audaciaque ora per exit
Quicquid is indigni putat, & turpe eſſe Rinaldo,
Expuit in maculam illius; vanum, atque ſuperbum
Fingit, virtutem ipſius vocitatque furorem.
Magnanimi & quantum, clarique heroe refulget
(Arte mala obnubens verum) arguit, omneq; carpit
Ceu vitium: & loquitur ſic, vt vocem Æmulus illā
Audiat. Haud iram ſaturat, cæcumue furorem
In ſe nec cohibet, qui incautè ad funera ducit.
Qui monet ipſius nam Dæmon ora malignus,
Verbaque ſuppeditat, probra vt renouentur eidem
Efficit aſſiduè, accenſo cordi addat & ignem.
Eſt locus in campo vacuus, quò conuenit ingens,
Et ſelecta cohors. haſtis hìc, atque paleſtra
Fortia membra magis reddunt, inſtructaq; quando
Denſior hìc aderat turba; vt ſua fata ferebant,
Arguit: & tanquam pungentia tela Rinaldum
Euibrat aduerſus pollutam toxico Auerni
Mox linguam: vicinus adeſt, auditque Rinaldus;
Celatam preſſit rabidam non amplius iram:
Sed clamat: tu mentire, atque ſtatim impetit illū;
Exerit & dextra ferrum. Vox viſa tonitrus,
Fulguris & gladius prænuncia flamma cadentis;
Is tremuit, fugiens inſtantem euadere mortem
Nec ſciuit: tamen aſpectante benè agmine toto,
Impauidum ſe demonſtrans expectat & hoſtem
Exerto promptus ſe ſe defendere ferro,
Illicò nudati gladij tunc mille fuere,
Flammanteſq; ſimul viſi; cùm improuida turba
Vndique concurrunt, ſe vrgent, preſſantq; viciſſim.
Confuſus vocum ſonitus circumſonat æthram,
Et fremit: ad ripam qualis ſentitur ab aure,
Ventus quando ſuum miſcet cum murmure fluctus.
Vocibus aſt tantis heros non comprimit iram,
Et vim: iam læſus voces, obſtacula ſpernit;
Ardet at vlciſci tantùm: per & arma, viroſque
Erumpit violens, & fulmineum rotat enſem:
Euacuatque vias, conatus reddit inanes
Tot defenſorum, & Gernandum currit in vnum.
Diri-

Dirigit iratus varios, palmaque magiſtra
Ictus. Nunc caput aduerſus, nunc pectora contra;
A' dextra inferre, à læua modò vulnera tentat;
Dextera ſic rapida eſt, violenſq; vt lumina, & artē
Decipiat: quare improuiſo peruenit ictu,
Quò minus horretur, dirè pungitque, feritq;
Deſtitit & nunquam, gladium dum pectore merſit
Et ſemel, atque iterum. cadit hic in vulnus acerbū,
Per duplicemque viam mox ſpiritus exit in auras.
Victor adhuc tepido pollutum ſanguine condit
Ferrum: vltrà neque ſpectat eum iam lumine caſsū:
Dirigit aſt aliò greſſus, planèque ferino
Deueſtit ſe animo. Interea ex ingente tumultu
Gofredus venit, ex improuiſoque iacentem
Gernandum, crines, veſtitum ſanguine ſparſum
Conſpicit: exaudit gemitus, planctū, atq; querelas,
Quas ſuper exanimum profundunt plurima turba.
Quis fuit attonitus quærit. quis tale patrauit
Audacter facinus minus iſta in parte decenti?
Arnaldus defuncto equiti cariſſimus vnus
Explicat & caſum, referendoque aggrauat auſum;
Nempè leui cauſa, inſanoque furore Rinaldus
Lethauit quem pro Chriſto iam cinxerat enſem,
Belligeros Chriſti contra conuerterat illum,
Spreuerat edictumque ſuum, cunctiſque pateſcens.
Propterea legem plectendus morte ſecundum:
Tum quia delictum fuerat graue; contigit vltrà
In vetitoque loco: Vir ſi impunitus abiret,
Iſtius exemplo, reliqui quoque nulla timerent
Audaces: læſi vltricem exequerentur & iram
Iudicis [vt fas eſt] propriā. Diſcordia, rixę
Multæ ideo parte hac manarent, parteque in illa:
Promerita extincti memorauit, dixit & omne,
Quod ſubitò ad pietatem, iramq; mouere valebat.
Obſtitit his, cauſam & pinxit Tācredus honeſtā
Fando Rei. Auſcultat Gofredus, ſed tetricus ore,
Illi datq; ſpei modicum, multumque timoris.
Tunc meminiſſe iuuet Tācredus, (prouide Prīceps
Quinam [ait] & quali ſit dignus honore Rinaldus
Per

Per ſe ipſum; clara regali ſtirpe ſuaque
Et Guelfo ipſius Patruo. Qui regnat in orbe
In pœnis minimè debet par cum omnibus eſſe.
Eſt varius gradibus diuerſis error & idem:
Ac æquabilitas tantùm eſt cum æqualibus æqua.
Ductor ad hæc. A' maiori non temnere iuſſa
Infimus addiſcat. certò non conſulis aptè,
Si ſine lege velis Magnates ipſe relinquam,
Nec ducis benè. ſi vili mandata Popello
Ipſe darem ſolùm, Tancredus (dicito) noſtrum
Quod foret imperiũ? benè debile, turpeq; ſceptrũ:
Si verò iſta lege datum, nunc ipſe recuſo.
At mihi lege datum nulla; non vllus & vnquam
Imperium minuet. præſcribere quomodo, quando
Debeo nunc pœnas varias, nunc præmia noui;
Quandoque ſeruanda eſt paritas, diſtinctio non ſit
Infimi & à ſummo. Hæc dicebat; talibus ille
Deuictus dictis, etiamque pudore tacebat.
Dicta Raimundus rigidorum imitator Auorum
Laudat. Ritè Regens venerabilis artibus iſtis
Redditur [aiebat] ſubiectis: integra namque eſt
Diſciplina minùs, veniam tunc quando vir omnis
Expectat, minimè pœnas Regnum occidit omne;
Quælibet exitij cauſa eſt clementia prorſùs,
Quando metus careat baſe. Talia voce ferebat:
Tancredus cunctos ſermones aure recepit;
Nec ſtetit hìc vltrà; verùm ipſe Rinaldum
Verſus equum alipedem reflexit: caſtra Rinaldus
Iam petijt, poſtquã faſtum, ac animã abſtulit hoſtĩ:
Hocque loco reperit Tancredus; cunctaque dicta,
Atque etiam reſponſa illi narrauit abundè.
Poſtea ſubiunxit. Facies extrinſeca quamuis
Vera minus referat cordis ſecreta plerumque
Parte etenim nimis occulta, nimiũmq; profunda
Terrigenũm curas ſedem nos ſcimus habere;
Attamen vt noui (penitus nec celat id ipſum)
Te vult more Rei communis carcere clauſum
Dux. tunc ſubriſit Iuuenis, verùm ore Rinaldus
In quo cum riſu multum reſplenduit iræ.

Qui captiuus (ait) ſeruus ſeu eſſe meretur;
Deuinctus propriam defendat compede cauſam.
Liber ego natus, vixi, moriarque ſolutus,
Antè manū, aut plantā indigna inter vincula ponā.
Dextra hæc aſſueta eſt ferro: eſt aſſuetaq; palmis:
Vincula non recipit: viles nexuſque recuſat.
Præmia ſi iſta meis meritis nunc Bullio reddat,
Imperet, obſcuriſque velit me includere vinclis
Tanquam vnum de plebe; modò ſe conferat ille,
Aut mittat: minimè abſcedo: ſors, armaq; iudex
Sint inter nos: oppoſitæ oblectamine gentis
A' nobis tragicum peragi næ diſcupit actum.
Hæc fatus; petit arma, caput cū pectore adornat
Præduro chalybe: ingenti clypeoque lacertum
Aggrauat, inuictum lateri ſuſpendit & enſem:
Oreque magnanimo vt fulgur ſolet emicat armis
Bellipotens reddit tecum circumdatus armis.
Cinctus & horrore è quinto delaberis orbe.
Interea diros animos, & turgida corda
Tancredus ſtudet emollire. Inuictus & inquit
O iuuenis, cuius virtuti nulla profectò
Ardua ſunt: cuius virtus eſt tutior inter
Arma. Sed Altitonans auertat, promere te illam
Iſta luce adeo crudelem, in damnaque noſtra.
Quid perages? ergo ciuili ſanguine palmas
Inceſtare voles? Chriſtum transfigere plagis
Chriſticolùm indignis, cuius clariſſima membra
Sunt, & pars? ergo fugientis punctus honoris
In te plus poterit, qui deuenit, atque recedit
Æquorea vnda velut, fidei quám gloriæ & ardor
Illius, ætherea quæ nos in ſede perennat?
Non equidem: te ipſum vincas, acrem exue mentē
Et tumidā. Cede: haud timor, imò eſt sācta volūtas;
Palma tibi ſiquidem cedenti plurima reſtat.
Siq; exemplum alijs mea iam valet eſſe Iuuētus
Ipſe laceſſitus pariter iuuenilibus annis,
Nec cum Chriſtigenis pugnaui, meque repreſſi,
Cœperam ego Cilicum regnum, vexillaq; Chriſti
Extuleram: venit Balduinus, & arte potitus
Indi-

Indigna, & vili: quòd ſe præbebat Amicum,
Mens huius celata fuit mihi ſemper auara;
Nec mihi tentatum rurſus comprendere ferro;
Fortè nec impos eram. Si verò carcerem abhorres,
Vinclaque nunc renuis tibi tāquam ignobile pōdus;
Viſque ſequi mores cōſuetos Orbis honoros;
Promptus adito Bòëmundum, Antiochenaq; rura:
Te Duce ſupremo hìc coram purgabo ſeuero:
Subdere iudicio illius, non cenſeo tutum
Impete te primo valdè. Nam tempore fiet,
Et modico, ſi hìc aduerſus nos arma mouebit
Niliacus Rex, aut Paganorum altera turma,
Quòd tua ſplendeſcet, dum abſis, clariſſima virtus.
Caſtra etenim ſine te, corpus ceu membra reciſum
Cernētur. Guelfus veniens hùc approbat antè
Dicta, nihilq; morans vltrà hinc vult ipſe recedat.
Conſilijs horum fidis mens flectitur ardens
Audacis Iuuenis: ſubitò nec abire repugnat.
Interea gens non pauca hùc conuenit amica:
Quiſque cupit fidum comitem ſe iungere ſecum;
Atque rogat. Peragit ſed grates omnibus altas.
Scandit equum, Armigeros ducit tantūmodò binos.
Cedit; ſuccenſus laudiſque cupidine cedit,
Gloriæ, & æternæ, quæ eſt cordis nobile calcar,
Alta petit ſua mens. Molitur grandia. facta
Conſtituitque noua, & ferro miranda patrare.
Ob zelum fidei medios incurrere in hoſtes:
Magnanimus vel ibi palmam, vel ferre cupreſſum.
Rura per Ægypti diſcurrere cuncta, vel vſque
Fonte vbi non noto Nilus cunabula ducit.
Poſtea quàm Guelfus Iuuenem dimiſit acerbum;
Abſque mora rapidus Gofredum quærit; ab illo
Hic ſimul ac viſus, clamauit voce ſat alta
Guelfe voco te: Curſorum modò teq; requirunt
Partibus in varijs nonnulli ex ordine noſtro.
Inde iubet reliquos ſeiungi, voceque ſubmiſſa
Incipit, ore graui grauiora ita verba mouere.
Guelfe Nepos tuus ah nimiùm prolabitur vltrà,
Quò trahit iratum pectus; modò cauſa, nec vlla

Facti iuſta poteſt adduci [credimus ipſi]
Sed carum fuerit, talem me adducere coram;
Omnibus eſt Ductor Gofredus, Ductor & æquus.
Legis erit Cuſtos, recti Defenſor in omni
Caſu, corda malo affectu vſque inuicta reſeruans
Iudicio. Nunc ſi violare edicta coactus
(Vt referunt) diſciplinæque Rinaldus honorem,
Iudicium ſubeat noſtrum, demonſtret & illud.
Adueniat liber: propria ſit ſponte retentus:
Iſta ſuis meritis quæ poſſum, cedo libenter.
Si verò conſtans renuat, contemnat & audens
(Namq; ego cognoſco ſatis indomitũ illius auſũ)
Ducere tu ſtudeas, hominem ne cogat ad iram
Tardum, ſit legum [vt fas] imperijq; ſeuerus
Vltor. ait: Guelfus mox talia reddidit illi.
Dedecus effugiens animus, cõuicia līguæ
Abſque refellendo haud poterat captare per aures,
Si proſtrauit humi opprobrantis corpora ferro;
Quis queat irato iuſtè præſcribere metam?
Ictus quis numerat, iuſti vel ſpicula læſus
Pŏnderat, ac benè metitur, cum pugna referuet?
Quòd petis, vt veniat ſubiturus iuſſibus altis;
Indoleo in primis equitem non poſſe, quòd abſit:
Namque pedes caſtris extemplò torſerat ipſe.
Hac equidem dextra defendere me offero prõptè,
Immeritò Iuuenem quòd falſis ille querelis
Inſectatus erat, contra vel quemq; malignum:
Iniuſtam, atque grauem læſuram punijt æquè.
Iurè inquam tumidi Gernando cornua faſtus
Fregit. Et error in edicto eſt, re ſi error in vlla
Illius oblitus: doleo id, laudare nec illum
Suſcipio. Tacuit: dicit Gofredus & iſti.
Nunc peragret, rixas alias aſportet in oras;
Hic ego ſpargantur litis noua ſemina nolo.
Quæſoque per ſuperos cunctæ ponantur & iræ.
Deſtitit interea nunquam perquirere fallax
Auxilium Mulier. quocircà luce diurna
Enixè orabat iugiter, quantùmque valebat
Ars, atq; ingenium, & ſpecies ponebat in vſu.
Cum

Cum piceum nox extẽdebat in æthere velum,
Velabatque diem; Matronas inter & ipſa
Binas, atque Equites totidem ſemota redibat
Ad proprium tegumen. Sed quamuis gnara dolorũ,
Ingenuos teneat mores, actuſque ſagaces;
Sit tali forma, vt ſimilem non ceſſerit vlli
Antè Polus, neque pòſt; hocque oblectamine forti
Ceperit Heroas caſtrorum multá celebres;
Nulla uoluptatis Gofredum pellicit eſca.
Veſano ſtudet incaſſum comprendere amore,
Melleque mundano vitam illi ſuadet amantis:
Vt volucris ſatura haud curat, quæ oſtẽditur eſcã;
Ille voluptates ita, & oblectamina ſpernit
Terrea, per calleſque pios ad ſidera tendit:
Quotque ſuo pulchro inſidias amor inſtruit ori
Infidus, cunctas generosè reddit inanes.
Nullus obex vnquam potuit deflectere recto
Calle, quòd Omnipotens curas huic ſufficit almas.
Actibus illa ſuis mille vſa eſt, milleque formis
Se tulit ante uiri uultum ceu Protheus alter:
Corpore uel gelido flammam accendiſſet amoris
Actibus illa ſuis caris, formaque ſuaui;
Hic autem (aſpirante Deo) vanum omne periclum
Redditur, & tentare iterum nil proficit unquam.
Fœmina ſed formoſa, ſibi caſtiſſima corda
Quæ flammare ſuadebat uel lumine uerſo,
Abijcit o quantum faſtus! qua accenditur ira?
O quantoque ſtupore tenetur! denique cunctas,
Pugna ubi ſit facilis uires conuertere cernit:
Dux ueluti prudens, qui feſſus deſerat arcem
Difficilem captu, atque aliò ſua bella reportet.
Non minus infractum pectus contra iſtius arma
Tancredi fuit; alter enim cor occupat ignis;
Et nouus hic nullam ſedem ualet ardor habere.
Aſſolet ut primum uirus prohibere ſecundum;
Sic & amor primus ſummum depellit amorem.
Hos binos ea non uicit: pulchro ipſius igni;
Sed reliqui aut multùm accenſi, paulùmue fuere.
Virgo licet doleat ſibi non ſuccedere prorſus

Artem, conſiliumque ſuum: quòd ceperit ipſa
Heroas tot, ſe recreat partim. fraudeſq; priuſquam
Præuideant alij in tutas mage ducere partes,
Verſat: vbi hos diuerſa deinceps vincula nectant
A' quibus ipſorum retinet modò corda ligata.
Auxilij decreta dies cùm venerit, iſta
Ductorem reuerens conuenit, ſicque locuta.
Certa dies [Princeps] fluxit. Si fortè Tyranni
Me tua ſubſidio arma rogaſſe veniret adaures,
Cogeret is vires citò pro tutamine: & auſum
Poſtea non eſſet facile. Ergo fama priuſquam
Ambigua, aut certus ſcrutor denunciet illi,
Ah tua nunc pietas fortes mage deligat inter
Nonnullos paucos: iubeas & pergere mecum:
Si mortalis opus non prauo lumine cœlum
Aſpiciat; teneat minus aut obliuia recti;
Quippe meo in regno ipſa reponar, & illud habe-
Quòd tibi perſoluet pace,in belloq; tributũ. (bis,
Sic ea: concedit Ductor tantummodò dictis
Quæ renui haud poterant quamuis feſtinet abire
Callida, quòd ſibi non integra electio talis
Ritè videt; denos verò inter quilibet inſtat
Electos vehemens numerari: redduntur & ipſi
Quærere certatim inuidia magis importuni.
Cordibus inſpectis alia mox vtitur arte:
Torquet eos tanquam ferula formidine Zeli:
Scit quòd amor canus, lentus piger artibus iſtis
Dum careat, fit, ceu ſonipes, qui currit habenis
Non laxis, pede ni celeri terga vrgeat alter:
Aut quoque præcurrat. Tali & communicat arte
Dicta ſua, obtutus blandos, riſumque ſuauem,
Quilibet vt magno ſpectet liuore ſodalem:
Sollicituſque timor ſpe non diuiſus in illis.
Currit inops animi effrenatè turba Procorum
Acta dolo pulchri vultus, nulloque pudore,
Maximus & Ductor nequicquam corripit illos.
Cũctorum votis æquè aſſentire peroptans,
Nuncque pudore licèt, nunc ſubflammetur & ira
Igni equitum vano; & quòd mente tuetur in illa
Quàm

Quàm firmi, ne ſint diſcordes; Nomina veſtra
Nunc ſcribantur (ait) nec non in vaſe locentur,
Iudicet & ſors. extemplò ſignata fuere
Nomina cuiuſquam: exiguam immittuntur in vrnā.
Hæc priùs excuſſa, extrà per ſortē inde trahuntur:
Primus & illorum eductus fuit Artemidorus
Pembroſiæ Comes: auditum nomenque Gherardi
Pòſt: Venciſlaus ſequitur cordatus & olim,
Nunc pueraſcit amans, canus, maturus & annis.
Gaudia quæ vultu, ac oculis queis pectus abundat
Hi tres demonſtrant primi, quos ſors in amore
Dextera fortunat. Reliquis præbetur apertum
Indicium zeli, quorum conduntur in vrna
Nomina: dependent à voce legentis & illa.
Guaſco fuit quartus: ſucceſſit deinde Ridulphus:
Huic Oldericus: legitur poſt hos Gulielmus
Ruſcino: ſubſequiturque Eberardus: Gallicus atq;
Henricus: legitur Rambaldi denique nomen:
Iſte fidem linquens Chriſti fuit illius hoſtis.
Cæcus amor tantum potuit. concluſus in iſto
Denorum eſt numerus, reliqui excluſique fuere.
Ira verò alij, zelo, inuidiaque flagrantes,
Iniuſtam vocitant fortunam; teque reprendunt,
Scilicet aſſentiris amor, quòd iudicet aula
Ipſa tua quoniam magis interdicta petuntur,
Sorte reluctante obſcura ſub nocte Puellæ
Se promptè ſocios accingunt iungere multi.
Eſſe volunt comites illi ſub ſole, ſub vmbra,
Proque ipſa ſtatuunt pugnantes fundere vitam.
Submonet, & mutilis dictis, predulcèque ad iſtud
Suſpirans inuitat eos: nunc poſtea cum iſto
Nunc queritur cum illo ſe modò cedere ficto.
Induerant equites ſe armis, veniamque abeundi
Sumere Gofredo deni; ſeorſum admonet illos:
Quòd paganùm incerta fides, nec pignora tuta:
Qua docet arte vir inſidias euadere debet
Caſibus aduerſis. ſed verba feruntur ad auras:
Conſilium ſapientis amor non accipit vnquam.
Denique mittit eos lucem nec Virgo moratur

Venturam pro habitu. Victrix hæc ergo recedit
Læta Procoſque ſuum veluti ante triumphum
Captiuos ſecum perducit: damna ſed inter
Plurima quam plures alios quoque linquit amãtes.
Nox vbi ſurrexit, ſecumque ſilentia fuſco
Somnia ſub velo, leuia, atque errantia duxit:
Inſtruit hos vt amor tacitè veſtigia multi
Preſſere Armidæ. Sequitur primarius ergo
Euſthatius, fuſcam potuit vix noctis hìc vmbram
Expectare. celer cæcas, Ductoreque cæco
Peruadit tenebras. Errauit nocte ſerena;
Aſt oriente die Armidam, totamque cateruam
Vidit, vicus vbi hoſpitium de nocte parauit.
Illam verſus equum ſtimulat, Rambaldus apertè
Nouit eum ad ſignum, clamat, ſcitatur ab illo
Quid quærat? quorſum veniat, reſpondet & ipſe
Proſequor Armidã: auxilij à me [ni ipſa grauetur]
Obſequijque minus non expectare valebit.
Hoc [alter repetit] quis te dignatur honore?
Is ſubiungit amor. ſum ipſo delectus amore,
Sed tu forte tua: tibi quis nunc ergo fuiſſe
Electus magis à iuſto electore videtur?
Nil valet hic titulus (dixit Rambaldus & artes)
Virginis Heroes inter neque iure reponi
Legitimos poteris regalis. Feruidus ira
Seruus adeſt non legitimus, qui talia carpit,
Et mihi contendit. Iuuenis ſic: ipſe tuebor
Rambaldus retulit, dicenſque ita ſe obtulit illi
Pectoreque irato pariter defertur in iſtum
Alter. At hìc animorum palmam dira Tyranna
Extendens, iras ſedauit: dixit & vni:
Ne malè ſuſtineas tibi conſortem ſuperaddi:
Et mihi ductorem, ſaluam me quando peroptes;
Indigam opis quare me vis orbare recenti
Subſidio? alteri ait. Maturè, gratus & adſis
Vitæ defenſorque meæ, & defenſor honoris.
Neue ego deuitem poſcit fas, nec petet vnquam
Clarum adeò comitem, & tam gratum. Talia fanti
Compita per ductor nouus addebatur in horas.
Hinc

Hinc vnus venit, illinc adueniebat & alter,
Neſcius alterius quiſque, is miratur iniquè.
Illa tamen læto venientes excipit ore,
Magna cuique ſuo aduentu ſolamina prodit.
Senſerat illorum Gofredus iam exu'e nocte
Abſceſſum: & mens damnorum prçſaga ſuorum,
Ob mala ventura excruciari multà videtur.
Hoc animo voluebat adhùc: cum Nuncius ecce
Puluere conſperſus ſat anhelans, triſtis & ore,
Nuncia ſicut homo cuidam non læta reportans,
Atque ſua monſtrans inſcriptum fronte dolorem,
Mox ægyptiaca o Princeps (ait) æquore claſſis
Magna aderit vaſto. Ligurum Gulielmus & ipſe
Nuncia lignorum Præfectus dirigit iſta.
Noſtra minor portum ſe ſe intra claudit Edeſſæ,
Et prodire timet, durum ſufferreque bellum,
Quin ibi concluſam malè tutam iudicat eſſe.
Fortèque ſubducent cunctas iam denique naues:
Atque etiam cogent totam intra mœnia turbam:
Vrbs ea quandoquidem natura eſt, arteque fortis,
Cönſita terram intra, paulòque à littore diſtans.
Addidit: à ratibus dum victum ad caſtra ferebant,
Quadrupedes, medium per iter, cœtuſq; camelùm
A' Prædone Arabo aggreſſi ſunt valle profunda;
Tutantes capti fuerunt, aut enſe necati,
Soſpes vt illorum neque ferro euaſerit vllus.
Auſus & inſanus, pariterque licentia tanta eſt
Barbaro in errante, inſtar Deucalionis vt vndæ
Vndique ſpargantur circùm obſiſtente nec vllo:
Quò metus incutiatur ei, nunc mittere oportet
Turmam aliquam, & poſſit ſecurum reddere callē,
Littore qui pelagi Iudçæ ducit ad agmen.
Continuò talis vox cuncta per ora vagatur:
Vulgaris miles quòd ſit iam proxima credit:
Damna famis metuit. Sed prudens Ductor & ore
Lætifico, & verbis quoniam nec cernit in illis
Iam ſolitos auſus dat ſpes, animumque peraddit.
O paſſi vos mille pericla, & mille labores
Belligeri Ieſu mecum iſta, parteque in illa

Illius ad fidei redimenda ingentia damna
Enati: vos qui ſuperaſtis Perfidis arma,
Argolicoſq; dolos, montes, maria, atq; procellas,
Ergo famis vos, atque ſitis modò damna pauetis?
Ergo ne ſupremus Rector, qui dirigit, atque
Caſibus aduerſis mage vobis ritè probatus
Non reddit tutos? quaſi tam pia lumina vertat
Atque manus alias in partes ille benignus?
Vos mala lapſa citò [certum] meminiſſe iuuabit,
Æthereoq; Patri (vt fas) debita ſoluere vota.
Nunc durate o magnanimi, & ſeruate ſecundis
Obſecro vos rebus. Solatur vocibus iſtis
Territa fronte hilari, atque ſerena pectora Ductor.
Aſt æger curis: premit altum corde dolorem.
Quomodo tot gentes poſſit non multa paratus
Paſcere; quìque maris valeat ſe opponere claſſi,
Quomodo prædantes Arabos reprimat, domitetq;

HIEROSOLYMÆ VINDICATAE

Liber Sextus.

ARGVMENTVM.

Chriſticolùm quēq; ad certamē prouocat Argas.
Ottho nimis fidens, neq; lectus dimicat illum
Contra: at equo deiectus, vadit captus in vrbem.
Tancredus cum ipſo in diro ſuccedit Agone;
Vmbra ſed inducias imponit fuſcula noctis.
Vulnera quòd proprij Domni iam Erminnia credit
Curare, illa mouet cæca veſtigia nocte.

Parte ſed ex alia obſeſſam ſolatur in Vrbe
Spes melior gentem: multum collegerat ante
Victus, nec modicum per noctem infertur ad ipſos:
Muniuere armis Aquilonem mœnia verſus:
Quæ modò celſa magè, & craſſa haud terrētur ab i-
Nolis, & impulſu, Rexq; iſta, parteq; in illa (ctu.

Muniri latera illorum, ſemperque leuari
Imperat; aut rutilet Phœbus, ſiue Aſtra coruſcent;
Candidet aut Phœbe tenebroſum argentea cęlum;
Inſudant iugiter Fabri, aſſiduèque laborant,
Arma noua vt cudant. Solers Rex dũ iſta parabat,
Ecce ad eum impatiens Argas; hæcque edidit ore.
Carcere in hoc lenti quoad vſq; tenebimur ipſi,
Et vili obſidio? incudes ego multà ſonantes
Audio, ſcutorum ſonitus, galeæ, chalybiſque:
Sed quo vſu minus aſpicio: illi namque latrones
Arua per excurrunt, per vicos ſponte ſuapte:
Nullus & eſt noſtrum, qui frænet, buccina nullà
Excitet aut ſaltem ſomno. Sua prandia, cœnæ
Non interrumpuntur eis vnquam: immo dieſque
Securi, & noctes peragunt, ſummaque quiete.
Plurima vos mala perpeſſi, eſurieque coacti,
Denique vel victos dedetis ſegniter, aut hìc
Corpora deficient, Ægypti quando moretur
Subſidium. Ipſe quidem ſupremas turpiter horas
Claudere nolo. Die venturo, lampade phœbi
Ædepol has portas non me ſpectabitis intra.
Eueniatque meæ vitæ, quod ſorte ſtatutum eſt.
Vtar ego ferro, nec inultus, laudeque nulla
Emoriar. quando virtutis ſemina veſtræ
(O vtinam haud reſtincta forent omnino ſuetę)
Spes mihi magna foret non tantũ occũbere honeſtè
Pugnãdo; aſt vitæ & palmæ. ergo ruamus in hoſtes,
Noſtra ſimul certi fata accerſamus & armis:
Sæpius in grauibus contingit namque periclis
Conſilium magis audax fit magis vtile dein.
Auſibus at nimijs niſi ſperas, ipſe nec audes.
Agmine cum toto prodire; inquirito ſaltem
Per binos equites finem hæc tua bella tenere.
Noſtraque Dux Francũm quo inuitaméta recepteri,
Efficito partem meliorem deligat, arma,
Arbitrioque ſuo, leges ac ille tenendas
Præſcribat. Si palma duplex, & ſpiritus vnus,
Si ferus, atque audax hoſti; non ſorte ſiniſtra
Crede paueſcendum, mihi quòd ius corruat vnquã

Defenſum. Mea pro fato tibi dextera palmam
Sufficit afferre: ecce tibi pro pignore ſe ipſam;
Quod ſi fidis ei, tua ſunt iam libera Regna.
Conticuit: Iuuenis feruens tum voce ſecutus
Rex. Licet vt ſpectas ego ſim conſumptus ab añis,
Non ideo ſic his manibus ſum lentus ad arma,
Spiritus hic neque tam vilis, qui occumbere vellē
Morte minus forti, & clara, mala quando timerē,
Atq; famem, quam tu prædicis: dedecus iſtud
Auertant ſuperi;Reliquis quod conditur arte,
Te lateat nolo. Niceæ (ſcito) Tyrannus
Offenſas quondam acceptas vlciſcier optans,
Errantes Arabum turmas collegit ab oris
Extremis Lybiæ: aggrediens & nocte ſub atra
Hoſtes, cum annona ſperat deferre iuuamen.
Hûc citò perueniet. Verùm modò ſi oppida noſtra
Hoſte premantur, ego non multùm quippè laboro,
Integra quando mihi ſeruetur regia ſedes.
Nunc animum interea, hunc nimiũ frænato calorē:
Per ſuperos [precor] expectato tempus & aptum
Atque tuæ laudi, noſtræ quoque vindici & iræ.
Ethnicus indomita tunc audax ferbuit ira
Æmulus antiquus Solmani; diſplicet ipſi,
Rex ſibi quòd tantùm & certò promittat amicus.
Vt velis o Princeps [reſpondet] bella gereſque;
Et pacem; expecta Solmanum, tempora differ,
Regna ſua amiſit, fuerit tutela tuorum?
Æthere deſcendat gentis quaſi Nuncius alto
Pagardæ ſeruator: ego à me protegar ipſo:
Hac tantùm volo libertatem quærere dextra,
Deſideant alij; mihi nunc deſcendere detur
Certatum: priuatus eques pugnabo duello,
Non tuus vt ductor quouis cum milite franco.
Eſſet opus quamuis vti [Rex replicat] vſu
Et ferro, ac ira meliore, nec ipſe recuſo
Quando velis equitem nonnullum poſcere in arma.
Sic illi: at mihi auſcultat. Mox (dicit) abito
Deorſum feciali: atque hæc mea dicta referto
Ductori Francùm, ſimul vt quiſque audiat hoſtis.

Eſt Eques indignans intra ſe condere fortes
Hos muros; vſuque armorum prodere vellet,
Quàm ſua nunc valeat virtus, planoque duellum,
Quod murum inter adeſt vrbis, tentoriaque alta
Indigredi,& francum qui plus confidit in armis
Vnumquemq; vocat. Certamen inire paratus
Non modò cõtra vnum,aut binos;ſed prouocat idẽ
Poſt ternos quartum, & quintum, ſit nobilis ille,
Vel quoque plebeius. Det ſi vult tuta periclis
Dux loca: victori & deuictus ſeruiat vt mos
Militiæ eſt. Ita mandauit: ſe veſtijt armis,
Veſteque purpurea, ac aurata. Principe verò
Venit vbi coram Gottifredo, atque Dynaſtis,
Ipſe facultatem o Princeps veniſſe petiui.
Copia nuncque datur cum libertate loquendi?
Dux retulit: datur. Fortaſsè videbitur illud,
Quod tibi proponam ingratum, vel fortè timendũ.
Poſtea ſubſequitur, verbiſque tumentibus ille.
Inuitamentum ad pugnam proponit acerbum.
Illæ acies fremuere ſtatim, plenæque furore,
Vultibus ignitis viſæ ſermonibus iſtis:
Abſque vllaque mora Gofredus reddit eidem.
Durum opus aggredietur eques: mox ſeq; pigebit;
Ad pugnam nec opus fuerit deſcendere quintum.
Prodeat in campum, ſemper talem offero tutum.
Noſtrorumq; Ducum paruis tantummodò quiſqam
Suſcipiet certamen: ego ſic iuro. Siletque;
Mox per iter preſſum Fecialis, & alite greſſu
Regrediens miſſus, Circaſſo accepta feroci
Hæc reſponſa dedit. Te armes o magne Dynaſta.
Quæ mora? Chriſticolæ oblatum accepere duellũ:
Quiſque minus fortis vult, nedum quiſq; ſupremus
Bella mouere tibi. Minitantia lumina vidi
Mille, manus ferro conſpexi milleque promptas.
Duxque locum tutum tibi dat. Sic Nuncius illi:
Arma petit ſua. Se ſe circum veſtit & ipſis,
Nec non impatiens properat deſcendere arenam.
Rex qui aderat dixit Clorindæ. Pergat is illùc
Quòd ſocio ſine, tu maneas; non cenſeo rectum.

Argas? pugnandi hùc traxit me ſola cupido (ma)
Exclamat; quis adeſt modò, qui in me exerceat ar-
Alter at attonitus ſemper quaſi lumina fixus
Illuc, inſimulat proprijs admittére nulla
Auribus: vrſit equum tunc Ottho, priorq; in arenã
Ingreſſus vacuam ex illis, cui magna cupido
Paganum contra ſolus certamen inire
Iſte fuit: tandem Tancredo ceſſerat ille,
Atq; aſcendit equum cum alijs, comitatus & ipſũ.
Ipſius at mentem quòd conſpicit eſſe vagantem,
Ad pugnamque quaſi reſidem, tunc corripit aptũ
Impatiens Iuuenis tempus. moxque ocior ipſa
Tygride, vel pardo latos currente per agros
Marcia delatum ſaraceno vulnera currit,
Roboream qui parte aduerſa dirigit haſtam.
Excutitur tunc Tancredus, qui denique tardus
E propria cura, ſomno quaſi ſurgit & altè
Pugna mea eſt [clamat] deſiſtas: ſed antè
Progreſſus nimiùm ſiſtit rabie, atque furore
Partibus internis éxardet, flammaque tanquam
Purpureus vultu eſt: nam dedecus autumat ingens,
Pugnam alium ſe delecto cepiſſe priorem.
Interea curſu in medio percellitur acri
Ethnicus in galea Iuueni. ſed frangit acuto
Contra illi ferri clypeum, & thoraca deinde.
Ictus ita eſt ingens, vt equo diuellat, & ipſum
Sternat humi. verùm ſaracenus robore, neruo
Non cadit, exuperans hoſtem, neque flectitur idẽ
Poſt equitem ſupra tumidus, valdèque ſuperbus
Alloquitur mihi te victum dato, laude tua nunc
Dicere ſufficiat, mecum certamen iniſſe.
Non equidẽ faciã (Iuuenis tunc reddidit Ottho)
Iam citò non nobis mos auſus, ponere & arma.
Cauſa mei dabitur caſus; aut ſumere pœnas,
Aut hic oppetijſſe volo. Alecto ceu, atque Meduſa
Circaſſus fremuit, viſus ſpirareque flammas.
Nunc agnoſce meam virtutem [dixit] abuſu
Turbide, me quandò humanum contemnere mauis.
Vrget equũ hunc contra, & uirtutẽ ponit equeſtrẽ,

Effugit incurſum francus, declinat, & enſe
In latus infligit dextrum cum ſanguine vulnus
Dum tranſit. Sed quid, ſi iras tunc plaga, furorêq;
Addit, non vires minuit? mox retrahit Argas
Quadrupedem curſu, properè ſic retròque vertit
Vt ſuus id videat vix hoſtis, tamque repentè
Icitur impulſu, vt conſpecta trementia crura
Effractæ vires, pallens os, territa corda;
Et latere vt quateret tellurem denique laſſo
Fecerit. Ingenti furit ira, calcat & Argas
Pectus equo victi proclamans; quiſq; ſuperbus
Sic eat vt noſtris pedibus nunc ſubiacet iſte.
Inuictum tunc Tancredum res nulla moratur:
Nempè ferox actus cum primis diſplicet ipſi:
Vult ſuaque illuſtri virtus obnubat vt auſo
Errorem, & veluti clarus ſplendeſcat Apollo.
Anteit exclamans vilis, qui victor honorem
Nec retinere potes; quemnam titulum actibus iſtis
Turpibus excelſum laudis deſumere poſſis?
Latrones Arabos inter tu degere ſueſcis;
Aut ſimiles turbas inter feritate repletas.
Effugito lucem: reliquis te iungito beluis:
Montibus, in ſyluis ſæui: non plura locutus:
Sed probra Paganus nunquam ſufferre ſuetus,
Tunc labium mordet, rabido premiturque furore:
Reddere vult dictum, ſonitus ſed prodit ab ore
Confuſus, beluæ grauiter rugientis ad inſtar.
Aut veluti rapidum fulmen cum nubila ſcindit
Eſt vbi concluſum, liquidum perque àëra currit;
Pectore flammato haud aliter ſua dicta ruebant.
Poſtquàm verò minæ mutuò accendere feroces
Pectoribus proprijs iras: tunc ales vterque
Corripiens ſpatium curſu gyrauit habenis
Cornipedem. Nunc Muſa mihi tu pectore vocem
Addito, tuque furori illi inſpirato furorem
Omnino parilem: moduler quò carmina digna,
Armorum ſonitumque meo depromere cantu,
Sat valeam. Antennas heros direxit vterque
Longas: non curſus, non ſaltus, non penña volucris
Exu-

Extitit vnquam adeò velox, furor æquus & illi,
Quo mutuò concurrerunt Tancredus, & Argas.
Infregere ſuper galeam haſtas, mille volarunt
Fragmina & ipſarum trunci, nitideq; fauillæ.
Contremuit Tellus, ictuum ſonuereque montes
Atonitru; nihil aſt horum flexere ſuperbas
Impetus, atque furor frontes. Ita ſeq; viciſſim
Quadrupedes bini vrſerunt, vt ſurgere caſu
Non prompti fuerint. Martis ſtricto enſe Magiſtrī
Stapede dimiſſa in tellure pedem illico figunt.
Dextram quiſq; ſuam tractat precautus ad ictus,
Ad viſus oculos, ad paſſus ritè pedeſque.
Actibus in varijs ſe defenſaque recenti
Monſtrat. Nunc circum gyrat, nunc ante recreſcit,
Cedit & interdū: hìc modò plagā infligere ſignat,
Poſtea quà nedum minitatus, vulnus adegit:
Nunc nonnulla ſui pars hìc detecta videtur,
Tenditur hiſque modis artem luſiſſe per artem.
Tancredus malè protectum latus exhibet enſis
Pagano, & clypei. Procurrit vuulnera latum;
Declinans, læuum & latus exutum iſte relinquit;
Ictu vno remouet ferrum hoſtis, ſauciat atq;
Tancredus. Tum nil ſe ſeque referre moratur,
Colligit at ſubitò ſe, atque ad tutamina ponit.
Efferus aſt Argas proprio ſe ſanguine cernens
Humectum, inſolito horrore infremit, atq;dolore
Suſpirat rabido, mirè turbatus, & amens:
Impete delatus magno, delatus & ira
Eleuat & vocem, & ferrum: quò vuulnera iactet,
Regreditur; ſed vbi noſter coniungitur armus
Brachio, is ecce capit vulnus per cuſpidis ictum.
Qualis in alpina ſylua, quæ ſentiat intus
Venablum Vrſa latus, rabida ſuccenditur ira:
Fertur in arma ferox, declinat nulla pericla,
Occurritque neci; talis Circaſſus & idem
Cernitur accepto vario cum vulnere probro:
Sic auet vlciſci, vt contemnat cuncta pericla,
Negligat & planè proprium defendere corpus.
Robur & adiungens ſumum temerarius auſui

Atque indeficiens uiolenter ſic rotat enſem;
Contremat vt Tellus, fulgores mittat & Æther!
Non hoſti tempus datur, vnum iactet vt ictum,
Se pariterque tegat, vix vt reſpiret & idem:
Nec tutamen adeſt, poſſit quod reddere tutum
A' celeri Argantis dextra, eiuſque impete magno;
Ceſſet vt incaſſum crebra ictum grando moratur
In se collectus Tancredus & obijcit enſem,
Ægida nunc durum, gyrat nunc alitè greſſu.
Ethnicus at quoniam minimè ſe temperat acer,
Ille furit tandem, rabidus vi verſat & enſem
Extrema Ratio ſimul, atque ars vincitur ira:
Suppeditatque furor vires, augetque nec ictus
Vanus abit; forat aut lamnas, aut diuidit anſas,
Tractatur quoties ferrum. Conſpergitur armis
Tellus, arma cruore, ſimul cum ſanguine ſudor
Miſcetur. Flammis fulgor, ſtrepituque tonitrus,
Fulmina dum feriunt enſes, ipſi eſſe videntur.
Spectacloq; nouo, atque fero hic incertus & ille
Dependet Populus: cum ſpe, dubioque timore
Expectat finem, mirans benè quicquid & obſit,
Quid ſimul & proſit: neque tot diſcernitur inter,
Vel minimus capitur nutus ſubmiſſaue lingua;
Sed mirè tacitus quiſque eſt, immotus & hæret:
In motu tantùm ſunt cuique trementia corda.
Iam laſſati aderant ambo: certamine in acri
Fortèque veniſſent ad finem mortis acerbæ:
Atra ſed aduenit ſic nox ut proxima quæque:
Conderet: hinc ſubitò accurrit fecialis & unus,
Alter & hinc, quibus ambo deinde fuere dirempti.
Hic Aridenus erat francus, Pindorus & alter,
Prudens, atque ſagax delectus ferre duellum.
Pacifera hi fuerùnt ſoliti interponere ſceptra
Certantum gladios inter iam lege vetuſta
Gentium; eaque fide quam lex promitteret ipſa.
Callidus o bellatores (ſic ipſe locutus
Pindorus) vos laude pares, vos viribus ambo;
Ergo relinquatis pugnam, ne rumpite iura,
Et noctis requiem. Phœbi dum lumina ſplendent
Mar-

Martis adeſt tempus; verùm caligine in atra
Pacem habet omne animal; magni nec pectore forti
Nocturnus fit honos, qui conditur, atque ſiletur.
Tunc Argas; fuſcâ (reddit) mihi noctis ob umbrã
Non ſedet incœptam modò prætermittere pugnã;
Lux mihi cara foret ſplendens tamen ipſa diei
Vt teſtis. Redeat, iuret volo. Subdit & Alter.
Tu quoque promittas rediens tibi ducere captum:
Quòd nec ego permittam pro certamine noſtro
Tardiùs vt detur tempus. Sic firmiter ambo
Iurarunt: pòſt delecti pro tempore pugnæ
Paciferi vt ſpatium plagis non deſſet honeſtum
Amborum, ſexti ſtatuerunt mane diei.
Horribilis pugna in Saracenùm corde reliquit,
Chriſtiadumq; ſimul magnũ cum horrore ſtuporẽ,
Tempore qui longo non ceſſat. Sermo fit vnus
De virtute, animo, quem demonſtrauit vterque
Miles; at ex iſtis quemnam præponere debet,
Eſt varius vulgi ſermo, & ſe diſſidet inter.
Eſtque animi pendens expectans, qualis acerbæ
Finis erit litis: magna vtrum Audacia cedat
Virtuti, an virtus ſit cedens ipſa Furori.
Præ reliquis verò formoſa Erminnia cunctis
Triſtibus afficitur curis, premiturque dolore:
Marte quòd incerto partem conſiſtere caram
Ipſa ſui ſpectat. Caſſani Filia Regis
Antiochiæ, qui ſceptrum iam rexerat olim
Hæc fuit. At capto regno ſpolia inter opima,
Regia victoris magni quoque præda remanſit.
Se ſe adeò humanum oſtendit Tancredus in iſtam,
Offenſam vt fuerit nullam perpeſſa, ruinis
Et propriæ Patriæ vt Reginam ornarit honore,
Seruijt, & coluit, caram donauit & illi
Libertatem eques egregius: conceſſit & vltrò
Cum gemmis aurum totum, pretioſaque cuncta.
Illa animum florenti æuo, atque per ore venuſto
Regalem aſpiciens, capta eſt ita vinculo amoris,
Arctiùs vt nodis nullum conſtrinxerit vnquam
Propterea corpus ſi libertate potitum eſt,

At

At ſua pars melior ſemper captiua remanſit;
Mirificè carum tulit egrè linquere Domnum
Carcere cum dulci. Verùm Regalis honeſtas,
Virgine magnanima quæ ſperni haud conuenit vn-
Cōpulit ire loco ex tali,cum matreq; cana [quā
Oppida poſt rapidè infelix perquirere amica.
Peruenit Solymam, Iudeæ excepta Tyranno,
Veſte ſed in pulla paruo poſt tempore Matris
Ingemuit fatum. Luctus ſed funere tali,
Exilium miſerum curas de pectore amoris
Vellere nec potuit, neue vnam ſtinguere tanti
Scintillam ardoris. Tali pacto ardet, amatque
Infelix, vt ſpes modica ipſi reſtet eidem;
Nutrit enim curis quàm ſpebus pectore flammam
In proprio occultā, quæ quò mage clauditur intus
Robur eò maius ſua tunc incendia præbent.
Accedens Solymam Tancredus ſuſcitat ipſi
Spes aliquas tandem, Reliquos inuaſit at horror
Tot turmas gentis variæ,indomitæque videntes;
Hæc hilarem oſtendit vultum, frontemq; ſerenam,
Mirificèque acies ſpectauit læta ſuperbas;
Luminibuſque auidis carum quærebat Amantem,
Sæpeque nequicquam quæſiuit, ſæpeque dixit
En illum, clarè diſtinctè heroaque nouit.
Regia in æde vetus Turris propè mœnia ſurgit
Ardua: ſupremo cuius de vertice cuncta
Hoſtica gens, montes, ac æquor lumine totum
Cernitur; hìc ex quo præbet ſua lumina Titan,
Tempus ad uſque illud, quo nox caligine terras
Occupat, aſſidit, luces conuertit ad agmen,
Atque ſuas loquitur curas, ſuſpiria & edit.
Hinc pugnam mirata, ſuo & cor pectore ſenſit
Sic per idem tempus tremere, vt ſibi dicere verba
Iſta videretur. Tuus eſt dilectus Amator
Ille, necis qui verſatur diſcrimine tanto,
Sic dubiæ caſus angore, timoreque plena
Proſpexit fortis Quoties Paganus & enſem
Tractauit; ferrum toties in corde recepit.
Aſt vbi cognouit renouandam denuò pugnam;
Angi-

Angitur inſolita formidine, ſanguis in ipſa
Vt glacies fiat. lacrymas abſcondita fundit,
Occulta interdum ſuſpiria prodit acerba.
Pallidam,& exanimem & tremebundã pinxerat illã
Iam dolor, & terror. Iugiter ſua imagine cura
Turbat eam horribili,ac deterret: morteq; ſomnus
Dirior eſt; ingrata adeò Phantaſmata monſtrat.
Nempe cruentum Equitẽ, lacerũq; videre videtur:
Poſcere & auxilium præſens: aſt illa reſurgens
E ſomno madida eſt oculis, & pectore fletu.
Nec damni formido, quatit cor ſola futuri
Sollicito motu; verùm quas ceperat angor
Plagarum, facit vt nequeat reperire quietem.
Falſi & rumores, varia qui voce feruntur.
Ignotas valdè amplificant res, atque remotas:
Morti Ideò fortis Bellator creditur ipſi
Proximus. Et quoniam ſecretas docta Parente
Herbarum didicit vires, & carmina cuncta,
Vulnera quæ curant, læſis tollantque dolorem
Artubus: ars eius regni, quæ more ſueto
Fœminea Regum ſeruari in prole videtur:
Vulneribus vellet proprijs afferre ſalutem
Palmis. Ferre cupit Domno medicamen amato;
Et ſibi opus curare quoque hoſtem: cogitat herbæ
Lethiferos ſuccos nonnunquam ſpargere in illo;
At pia poſt horrens artes tractare malignas
Dextera ſe cohibet: ſaltem ſed quamlibet artem,
Carmen & omne ſua virtute carere peroptat
Ad tales vſus: Pauitans nihil inter & hoſtes
Se ferret: ſiquidem Peregrina errauerat antè,
Bellaque non ra ò, & ſtrages conſpexerat acres,
Egerat & dubiam vitam, multoque labore:
Vſibus idcircò eſt audax mens facta Puellæ:
N.c facilis ſe ſe turbat, terrore nec omni
Formidat. Verùm quod agit de pectore molli
Fortius horrorem totum, eſt audacia amoris:
Vel lybicas inter beluas, interque venena
Crederet ire quoq; inpauidam: ſed quãdo pericla
Nulla forent vitæ, deberet multà pauere

Ob propriam famam, ac illam curare. Duellant
Corde ſuo bini hoſtes, nempè Honor, atq; Cupido.
Talibus Alter eam compellat. Virgo Puella
Vſque meas leges coluiſti tempus ad iſtud:
Ipſe tibi mentem ſeruaui, membraque caſta
Hoſtis adhuc captiua: & tu vis perdere florem
Virgineum, ſemper dum libertate carebas
Seruatum? ah tenero tales quis pectore curas
Excitat? ehu quid mente reuoluis? quæ tibi ſpes eſt,
Sic igitur caſtæ titulum, ſic nomen Honeſtæ
Tu minimi pendis? cæcas ut noctis in umbras
Hoſtibus in medijs ieris temeraria Amaſca,
Quæ ſitura probrum? hoc uictor tibi iurè ſuperbus,
Cum regno regalem animum te perdere iuuit;
Te puto me indignam, dicat, ſubitoque repellens,
Vilem alij prædam concedat, nilque placentem.
Subdolus at contra ſic Conſiliarius illam
Allicit. Ah tu non Vrſa es generata uoraci,
Turneque iam duro, ac gelido o Virguncula ſaxo:
Quòd tibi cum faculis arcus ſpernendus amoris:
Quælibet & iugiter tibi ſit uitanda uoluptas.
Ferrea tu nec habes, tu non adamantina corda,
Vnde tibi ſit opus ſuffundere propter amorem
Ora rubore. Petas igitur quò accenſa cupido
Te trahit: ah quid Victorem in te fingis acerbum?
Nonne tuo ictis quo pacto delet ille dolore?
Quìque tuo luctu luget, queriturque querelis?
Tu Fera, quòd tardam dilecto ferre ſalutem
Te moueas. Ingrata tuus Tancredus in horas
Elanguens eſt: tuque alienæ intenta ſaluti?
Cura Arganta quidem; tuus ut poſt funeri acerbo
Seruator mittatur ei; ſic amplius ipſi
Debebis nihil. Et talem fructum ipſe meretur?
Et fierine poteſt, quòd munus tale moleſtum
Non tibi ſit? Quòd ſola moleſtia, ſolus & horror
Sufficiat minus, hinc ut tu feſtina recedas?
Ne foret humanum officiũ, & tibi gaudia ferret,
Atquè uoluptatem, pia ſi tua palma medendo,
Acre tui pectus Tancredi tangeret; idem

Ar

Arte tua ſanus factus pulchrum ore colorem
Contraheret: quandoque liberet, lumina in ipſum
Lætarui tanquam donum tunc figere poſſes,
Tuque fores laudum conſors, operumque ſuorum
Nobilium: amplexu te dignaretur honeſto,
Et læto thalamo. Tibi adire liceret honora
In pulchram Italiam ſponſas, Matreſque *latinas*
Inter; vbi floret Virtus, ſincera fideſque.
Talibus ah demens apprime illecta figuris
Vanida ſe fingit felicem. Semper at anceps
Qua ratione queat tutò hinc ſecedere, reſtat:
Excubiæ vigilant, regalem ſemper & aulam,
Et muros obeunt: hoc & diſcrimine belli,
Ni *cauſa* vrgenti neque porta recluditur vlla.
Sueuerat haud rarò longas cum milite magna
Produxiſſe moras Erminnia. Phœbus in ortu,
Occiduus Titan ſecum conſpexit & illam:
Quandòq; reſtinxit noctis lucem vmbra diurnam,
Nonnunquam ambabus thalamo decumbere in vno
Collibuit: cunctas mutuò ſibi præter amoris
Pandere ſueuerunt curas. Erminnia ſolam
Occulit hanc: ſi fortaſsè exaudita queratur;
In res mox alias transfert cauſam illa querelę,
Fortunaque ſuam plorare videtur iniquam.
Rus ob amicitiæ hunc nexum deſcendere ſemper
Arbitrio potuit proprio, nullique retenta:
In redituque Gynæceum non clauditur vllum
Concilio, vel ibi, bello Clorinda vel adſit.
Se tulit hùc hora quadam, cùm ceſſerat illa:
Mox ſuſpenſa ſtetit, fraudeſque incerta reuoluit
Cedere celatim. Huc dum, nec non diuidit illuc
In varias animum curas nil pacis habentem:
Clorindę clamydem, ſuſpenſaque conſpicit arma:
Tunc gemitus mittens. ſecum. Fortiſſima Virgo
Quàm felix: o quàm inuideo; verùm nec honorem
Fœminei inuideo vultus: quòd nulla moratur
Veſtis ei prolixa pedes, non inuida claudit
Cella ſuam virtutem. Sed quòd ſe induit armis,
Sicque pedes efferre cupit, formidine nulla,

Nę

Ne ve pudore exit. Sed cur mihi fortia membra
Pectore cum valido pariter Natura, Poluſque
Non dederunt, vt cum galea, thoraceque duro
Ipſa quoque & pallam,& velum mutare valerem?
Haud equidē calor,aut glacies, nō turbo,vel imber
Sic retinere meum flammatum poſſet amorem;
Titani radijs, ipſo & cum lumine noctis,
Quin armata forem, aut ſola, aſſociata ve multis
In campo, neque tu pugnaſſes barbarus Argas
Quippè meo Domino primus: prior ipſa ruiſſem
Contra illum, hicque meus captiuus forſitan eſſet:
Seruitijque iugum aduerſa perferret amante
Dulce ſuiſque ſimul nodis apprimà ſuaues
Sentirem ipſa meos. Vel ſi mihi corda ſcidiſſet
Percuſſæ,gladij ſaltem ictus, vulnus amoris
Sanaſſet. Menti pax, laſſo corpori & eſſet
Certa quies: victor lacrymarum,& fortè ſepulchri
Oſſa foret mea nonnullo dignatus honore.
Stulta ſed o quàm nonnunquā facienda peropto;
Inter & incaſſum curas ego verſor ineptas.
Hic Pauida atque dolens conſiſtam fœminà ſicut
Vulgaris? non ſiſtam equidem; confide meum cor,
Atque aude. Quid ego tandem non arma capeſſo?
Cur ego ſi inualida, & mollis deferre nequibo
Tēpore vel paruo? ah potero, me quippè potentē
Reddet amor. Qui nec robuſtis ſæpe miniſtrat
Præualidas vires; pauidi quoque prælia cerui
Fortiter hoc acti committunt: nolo mouere
His armis bellum; ingenioſam texere fraudem
Eſt animus. Volo Clorindam confingere me ipſam;
Sub ſpecieque ſua benè ſum decedere certa.
Portarum vigiles illi ſe opponere nunquam
Auderēt (reputo) modus haud mihi ſuppetit alter:
Ergo recluſa via eſt: hanc eſſeque iudico ſolam.
Innocuæ fraudi adſit amor, quam ſuggerit,& ſors,
Abſceſſuique meo tempus video eſſe peraptum,
Dum Rex, Bellatrixque ſimul Clorinda morantur
Sic ſtatuit, furijs mirè ſtimulataque amoris
Amplius haud tardat: veſtire arrepta ſed arma
Appro-

Approperat ; valet ac aptè , cedentibus inde
Namque ſuo cunctis aduentu , ſola remanſit :
Caraque latroni ſurgens , & amantibus vmbra
Furta ſua urgebat . Nonnullo ſidere ſparſum
Ipſa magis circùm aſpiciens nigreſcere cœlum :
Abſque mora tacitè armigerum , famulamq; fidelē
Conuocat ; atque ſuæ mentis mox detegit artem ,
Conſiliumque fugæ , aſt alia concedere cauſa
Quod compellatur , ſimulat . Sic cuncta repente
Quæ putat opportuna ſibi parat armiger idem .
Interea longam , nitidamque Erminnia ueſtem
Deponit , puroque habitu leuis , atque venuſta
Mirificè apparet . Solùm famulatur & illi
Quam ſibi in abſceſſu ſociam delegerat antè .
Molle premit collum , auratos læditque capillos
Præduro chalybe : ac læuæ aptat dextera ſcutum
Plus nimio pondus . Ferro ſic tota coruſcat
Circùm , ſic domitat ſe ipſam pugnacis in actu .
Gaudet Amor præſens, ac ridet, quomodò ueſte
Fœminea, Alcidem cùm quondam inuoluerat acrē
Suſtinet o quanto diſpar onus ipſa labore ,
Quàm lentoſque mouet greſſus : præcedere fidam
Conſortem iubet , inniti quò poſſit eidem .
Sed recreant animum , laſſis membriſque vigorem
Spes , & amor præbent : ueſtigia denique ponunt
Eſt ubi prętolans à ſcuto , nilque morantes
Inſiliunt in equum . Mentita ueſte ſub ipſa
Contendunt, iter occultum magis, atq; remotum
Mirifica arte petunt . quamuis & ſæpius antè
Multorum ſe dent oculos , atque aera fuſcum;
Conſpiciant nitido circùm ſplendeſcere ferro
Attamen ullus iter non intercludere tentat ;
Immò uiam cedens defert ſe quiſque ſeorſum :
Veſtis enim niuea , illiuſque inſigne tremendum
Noſcitur & tenebris . Licet hinc Erminnia paulùm
Imminuat dubij , tamen haud tutò ambulat ipſa:
Denique cognoſci , nimio formidat & auſu .
Sed peruenit ubi ad portam , magis occupat illam
Formido , uigilem tamen ementita fefellit.

Clorinda (inquit) ego ſũ, mox mihi pãdito portã;
Rege meo mittor, quò nunc res poſtulat alta,
Fœminea quoque bellatricem voce ſonante
Fit mage fraus facilis. Voci citò ianitor audit:
His cum, qui pergunt ſecum, properata duobus
Egreditur. Verum quò tutò, obliqua viarum
Corripiunt valles intra. Vt ſe Erminnia parte
Deſerta videt, atque ima curſum multà remittit:
Iam ſibi perſuadet prima euaſiſſe pericla:
Amplius haud timet, aut paulùm remorarier vlli.
Mente ſed euoluit modò, quod non voluerat antè:
Obijciturque ſibi ingreſſus magis arduus ipſi,
Quàm ſua monſtrauit mens. Sit dementia cenſet
Militis in ſpecie medios ſe ferre per hoſtes:
Parte ſed ex alia nulli ſe reddere notam
Ipſa priùs vellet, domno quàm ſiſtat amato
Secreta, improuiſaque amans, certoque pudore
Optat adeſſe. Ideo ſubſiſtit; cauta magiſque
Armigerum ſic compellat. Præcedere debes;
Eſto ſed in primis promptus, ſermone ſagaxque,
Caſtra petas, cures aliquo ducaris vt illùc
Eſt vbi decumbens Tancredus, cuique referto:
Fœmina nunc quòd eum viſit, defertque ſalutem,
Atque petit pacem, pacem, quòd bella cupido
Fert mihi, quò is vitam, inueniam ſolamen & ipſa.
Atque adeo confidit ei, vt nil turpe paueſcat
Ipſius in manibus. Tu hoc illi dixeris vni:
Si rebus de alijs perquirat: ſcire negato,
Et reditũ propera. Ipſa loco hoc (quẽ cẽſeo tutũ)
Interea præſtolabor, ſic Fœmina dixit.
Fidus & is rapidè tendebat, vt aliger eſſet.
Seque adeo geſſit rectè, vt complexus amicè
Intra ſepta, equitemque adductus deinde iacentẽ,
Sermonem expoſitum qui audibat fronte ſerena.
Tancredum ambiguis curis in mille relinquens.
Implicitum reditu reſponſum dulce ferebat,
Quò mage nempe licet ſuccedere condita quibit.
Ipſa ſed impatiens, cui quæuis longa videtur,
Atq; grauis mora, vel greſſus benè cõputat omnes.
Alte-

Alterius ſecum, & uoluit, nunc peruenit illuc,
Nunc habet ingreſſum, nunc retrocedere debet.
Ille minus ſolito uelox ſibi ineſſe uidetur,
Et dolet, & queritur. Tandem procedit & antè,
Aſcenditque locum, ex quo cœpit caſtra tueri.
Nox erat atque ſuum depictum ſidere uelum
Tendebat clarum, maculatum nube nec ulla:
Lunaque conſurgens radios apprima nitentes
Fundebat, proprios cum ardores fœmina cœlo
Inter eos campos dabat, atque ſilentia amica,
Indeque conſpiciens caſtra iſthæc uoce ferebat;
Luminibus tam grata meis o caſtra latina,
Aura mihi à uobis ſpirat ſolamina uectans,
Et mirè recreans, modò nunc accedere digner;
Sic & honeſta quies afflictæ detur Olympo;
Quæro ut ego tantùm in uobis neque iudico poſſe
Eſſe mihi pacem, medijs niſi lucrer in armis.
Ergo me excipite; in uobis reſplendeat illa,
Quam promiſit amor, pietas: captiuaque vidi
Dulci corde mei Domni. Iam nulla cupido
Eſt mihi regalem per uos aſſumere honorem.
Cùm minùs id fiat; cum primis eſſe beatam
Si mihi fas fuerit uobis ſeruire putabo.
Fœmina ſic loquitur; nec quæ fortuna paretur;
Mœſta videt. Siſtebat vbi præfulgida lumen
Sidereum ipſius recta diuerberat arma:
Sic procul ipſorum fulgor, candorque videtur
Qui circundat ea: argento ſignataque Tygris
Sic ingens rutilat, quiuis vt diceret ipſa eſt.
Pluribus inſidiæ fuerant, multùmque propinquę
Militibus ſtructæ quorum Germanus vterque
Alcandre, & Polyphemus erat dux; hique latini
Claudere iam miſſi, quiſquam ne adduceret intus
Paganos pecudes: ſi non oſtendit & iſtos
Seruus, iter flexit multo longe, iuit & ales.
Proſpecta niuea Polyphemus ueſte uenuſtæ,
Clorindam eſſe ratus; qua patrē occumbere morti
Ante oculos vidit: celatas mouit in illam
Mox acies ſubitum cordis minimeq; refrænans,

Motum (ut erat ſubito, inſanoque furore) periſti,
Clamauit, fruſtràque haſtam iaculatus in ipſam.
Cerua ſiti ſicut quando compulſa moleſta,
Approperans claras tendit, perquirat ut undas:
Si fontem propè, uel flumen, cum corpus anhelum
Hic recreare putat. ſubito uidet illa latrantes,
Retrò fugit; pellit languorem, pellit & æſtum
Formido: ſic iſta putans expellere amoris
Corde ſitim, qua cor infirmum ſemper inardet.
Officijs ualde lætis, complexaque honeſtè,
Denique defeſſæ menti conferre quietem;
Nunc quoniam offendit prohibentes, arma, minaſq;
Aure capit, ſe ipſam linquit, curaſque priores,
Et pauida urget Equum. Infelix Erminnia raptim
Effugit, & ſonipes rapidus terram ungue flagellat,
Effugit & mulier conſors; cum milite multo.
Ductor adhuc illas ſequitur. Verùm Armiger ecce
Cum tardo remeans reſponſo incurrit in iſtam:
Alteriuſque fugam dubius comitatur anhelans.
Ruris eoſque timor magnus per iugera ſpargit.
Prouidus, atque magis ſapiens germanus at alter
Clorindam minimè ueram qui nouit apertè,
Nempe erat is propior ſectari noluit illam,
Sed miſit remanens in primis ipſe paratis
Inſidijs, hominem certum, qui ferret ad agmen,
Quod pauidam Clorindam, nō armenta premebat
Frater; at id minimè credit, neq; poſtulat æquum
Quæ Dux Turmarum eſt minimè priuataque miles
Exeat, & leuibus cauſis, & tempore tali.
Iudicet, ac iubeat Gofredus; iuſſa ſequetur.
Peruenit ad caſtra is rumor, capiuntque Latini
Ante alios uocem. Tancredus pectora cuius
Suſpendit multùm ſibi Nuncius ante receptus,
Hoc capiens; ſecum ad me humanè fortè ueniebat,
Verſaturque mea cauſa in magno illa periclo;
Nil aliud uoluit. Deſumit cuncta nec arma:
Scandit equum, egreditur, qua parte uidentur
Signa fugæ ſubitò admiſſis illum urget habenis.

Finis Libri Sexti D. Hieronymi de Placentinis.

Hie-

HIEROSOLIMÆ VINDICATÆ
Liber Septimus
ARGVMENTVM.

TErga fuga vertit ſecretò Erminnia: cano
Paſtore excipitur. Tancredus quaritat illam
Incaſſum. Plantas Armida in vincula ponit.
Argantis fidit Raimundus verba ſuperba
Comprimere: Aligero Cuſtode protectus arenam
Contra illum ingreditur: Dæmon ſuccedere cernens
Non animos fauſtè Pagano, ſeruet vt illum
Prælia commiſcet, diras mittitque procellas.

INterea annoſæ umbroſas Erminnia plantas
Inter equo Syluæ fertur: nec temperat ultrà
Fræna manus trepidans, vt ſemianimiſque uidetur.
Totque uias luſtrat ſonipes, qui quòlibet illam
Transfert; cunctorum ſe oculis ut deniq; tollat:
Sítque labos ultrà ſectari prorſus inanis.
Vt triſtes, & anheli de uenando latrantes
Tum redeunt, beluam cum ſylua recepit opaca
Amiſſam; haud aliter ſucenſi ira, atque pudore
Chriſticolæ redeunt feſſi. Attamen effugit ipſa
Formidans, an adhuc linquant, neq; lumina torquet
Vt uideat. fugiens noctemque diemque peregit,
Conſilio nullo errauit, Ductoreque nullo,
Ni proprium accipiens clamorem, ni lacrymaſque
Aſpiciens proprias. At qua hora ſoluere ſueſcit
Phœbus equos curru aurato, ſeque æquore mergit;
Ad claras peruenit aquas Iordanis, & illic
Deſcendit fluuij ad ripam, defeſſaque ſidit.
Nil capit illa cibi; ſe paſcit namque dolore:
Et niſi flere ſitit: tandem ſopor occupat artus
Cum curis: tamen acer Amor turbare quietem
Multiplici forma ſomno non parcit in ipſo.
Non reſoluta ſopore fuit, niſi cum aera cantu
Mulcere audiuit Volucres, lætaſque ſalutem

Auro

Sic dego Capros agiles, ſaltareque Ceruos,
Nareque Piſciculos lætanter fluminis huius
Aſpectans, Volucres per & àëra pandere plumas.
Quando Viro minus eſt mentis iuuenilibus an̄is,
Mens alia & mihi, lanigeras quàm paſcere turmas;
Deſerui natale ſolum: Babiloneque vixi
Adſcriptus numero Famulorum Regis & ipſe:
Atque aulas (licet hortorum curator) iniquas
Cognoui. Tamen audaci ſpe temporis amens
Suſtinui multùm, illectus, quæ pectora cauta
Oderunt magis. Aſt vbi ſpes cum ætate vigenti
Defuerunt, huius tenuis tunc otia vitæ
Cum pace amiſſa ingemui: & dixi. Aula valeto.
Indè nemus gratum repetens feliciter horas
Degi. Intenta Erminnia pendet ab ore loquentis:
Illius & ſapiens ſermo, qui corda penetrat,
Sedatas reddit ſenſus ex parte procellas.
Mens ſua voluit vbi multùm, tandem ipſa receſſu
In tali, donec melior fortuna regreſſum
Concedat, facilem vitam producere cernit.
Vnde ſeni. o Fortunate haud ignare malorum;
Si tibi tam dulcem vitam non inuidet altum,
Si qua tibi pietas, caſùm miſerere meorum.
Inque tuam nunc oro (iuuat me uiuere tecum)
Excipias caſulam. Partim iſtæ forſitan vmbræ
Corde meo grauius poterunt depellere pondus.
Quòd ſi gem̄arum, atq; auri, quod vulgus adorat
Vt cordis ſimulacra, tibi foret vlla cupido;
Copia tanta mihi eſt mecum, vt ſedare valeres.
Cum lacrymis partem retulit deinde malorum:
Virgine flente, pius Paſtor defleuit & ipſe.
Pòſt ſolatur eam, zelo velutique paterno
Excipit exardens, proprij ſociamque cubilis
Ducit ad antiquam, ſibi quam coniunxit Olympus
Aſſimilem. Agreſtem conueſtit Regia veſtem,
Et rigido crines obcingit Fœmina velo;
Aſt oculi, nec non membrorum motibus ipſis,
Ruſtica nequaquam Cultrix nemorum eſſe videtur.
Egregiam lucem vilis non condit amictus,

Neue quid excelſi, ingenuiue quod extet in illa;
Acta per abiecti ſtudij tranſlucet & extrà
Regia Maieſtas. Pecudes ad paſcua ducit,
Ad clauſum tenui virgaque reducit ouile:
Vbere de hirſuto niueum exprimit illa liquorem;
Exceptum orbiculo totum pòſt inſimul vnit.
Sole ſub ardenti Grex dum recubaret in vmbra,
Cortice vel Fagi, vel Lauri nomen amatum
Mille modis crebrò ſignauit: milleque truncis
Crudeles malè fauſtorum celauit amorum
Euentus: propriaſque notas relegendo reuiſit:
Pulchris inde genas guttis lacrymanſque rigauit.
Dicebat. Triſtem Hiſtoriam hanc ſeruetis amicæ
In vobis Plantæ: recubet nam ſiquis ad vmbras
Fidus Amans veſtras aliquando, & perlegat illam
Corde pio ille meos caſus miſeretur iniquos:
Et dicat fidei tantæ ah nimis impia iniqua
Sorte tributa fuit merces, præſcriptaque Amore.
Forſitan eueniet, ſi feruida vota benignè
Auſcultet cœlum, ad nemus vt ſe conferat iſtud
Ille, meam faciem qui nunc fortaſſis abhorret:
Inſpectans & vbi mea frigida membra iacebunt,
Lacrymulæ, gemituſque mei [ſi tardus] honorem
Concedat pœnis; quoniam ſi lumine gaudens
Iam miſerum cor, priuatum ſit denique felix:
Atque ſuas habeat flammas tunc frigida Tellus,
Queis mihi nunc fruier crudeli ſorte negatur.
Talia cum truncis effatur, riuus & exit
Ex oculis fletus pulchris. Tancredus vt illam
Interea inueniat, velox hùc errat, & illùc.
Iam ſignata ſequens veſtigia vertit ad vmbras
Attigui curſum nemoris. Sed germina propter
Plantarum denſa, inclinat ſic vmbra nigreſcens;
Amplius interea vt nequeat veſtigia noſſe;
Quare pergit iter dubius; verùm arrigit aures
Intentas, an ſiue pedum, ſiue audiat vllum
Armorum ſtrepitum; & ſi frondes vra fatigat,
Vel Fera, vel Volucris ramum fortè excutit alis;
Vrget equum abſq; mora ſonitũ properãter ad illũ.

Egreditur tandem ſyluis, & lampade Phœbes:
Per calles petit ignotos, quò carperet aure
A' longè ſtrepitum, loca dum peruenit ad illa,
E' quibus exibat. Venit quò copia clari
De ſaxo laticis manabat: riuuli & inſtar
Vnà collectus ſtrepitu multo ille deorſum
Et rapidus viridem ripam inter utramque fluebat:
Siſtit ibi triſtis, clamat, reſpondet at Echo:
Clamori ſolùm: interea cum fronte ſerena
Purpureis induta roſis Aurora reſurgit.
Ingemit hic querulus, duro ſuccenſet Olympo,
Quòd ſibi nunc ſortem ſperatam deneget altam.
Vltorem iurat, ſua ſi lædatur Amaſca.
Ille viæ ignarus quamuis ad caſtra reuerti
Deniq; conſtituit: ſiquidem lux certa propinquat,
Denuo qua duram debet committere pugnam
Contra Equitẽ de Ægypto. Dum tẽdebat & Heros
Ambiguum per iter, currentem percipit aure,
Denique luce virum egredientem valle tuetur;
Diſpoſiti ſpeciem Nunci præbere videtur.
Dextra manus ferulam excutiebat, moreq; noſtro,
Ad latus ex humeris pendebat flexile cornu.
Tancredus ſubitò rogat hunc, quà caſtra petatur:
Chriſtiadum, Italicè ſic. Illuc dirigo greſſus
Ipſe Boemundi properè quò ex ordine mittor;
Se comitem iungit Tancredus, credidit iſtum
A' patruo miſſum. Cum ſol ſe mergit in amplo
Nido, vbi nox ſolitum iuxta morem atra quieſcit:
Denique limoſam adueniunt, nocuamq; Paludem
Cingit & hæc Caſtrum; dum Nuncius aduenit illuc,
Buccinat, atque ſtatim pontem deſcendere cernit.
Hic poteris (dicit) modò ſis de Gente latina
Siſtere, dum cœlo redeat lux ſolis ab ortu:
Nam locus hic Coſentino [& lux tertia nondum
Præterijt] quòd Pagano ſublatus ab armis
Dynaſtæ. Fortis miles miratur vbique
Molem, quæ arte, ſitu inſuperabilis eſſe videtur.
Ne dolus in Caſtro latitet ſua deinde veretur.
Mortis at aſſuetus, non indicat ore, periclis:

Namque ſua ſponte, aut etiam quò ſorte feratur;
Ipſe ſua dextra ſemet vult reddere tutum.
Sed quoniam fortem pugnam renouare tenetur,
Nil audere putat. Caſtri è regione ſed eius,
Curuus vbi in prato pons tēditur, hæret,& idem
Sub recipit greſſum, neque cum Ductore doloſo,
Quamuis inuitatus, abit. Circumdatus armis
Ecce apparet Eques pontem ſuper ore feroci;
Qui nudum dextra ferrum premit, ore minaſque.
Sic ait. O tu, ſit ſortuna, vel ipſa voluntas,
Qui modò fatales Armidæ conuenis oras;
Ædepol hinc minimè euades: nunc exue te armis.
Da manicis palmas: Caſtro ſuccede protecto,
Legibus ac illis, quæ præſcribuntur ab ipſa:
Tempore lapſuro, neque cana ætate rearis
Amplius Aſtra reuiſurum, niſi bella mouere
Chriſtiadas contra ipſe ſuo cum milite iures.
His dictis oculos figit Tancredus in illum,
Cognoſcit vocem, pariter cognoſcit & arma.
Hic Rambaldus erat Guaſco, qui captus amore
Armidæ petijt ſecum, Chriſtique reliquit
Legem, eius praui factus Defenſor, & vſus.
Tunc pius accēdit vultum ira Miles, & olli.
Impie deſertor fidei: Tancredus ego ſum,
Nomine pro Ieſu iuuit quem cingere ferrum;
Quique ſua, atque ſuos vicit virtute Rebelle,
Vt volo tu diſcas vſu: delectus hic enſis
Te contra,vt Superùm irę ſitque Miniſter,& Vltor.
Impius at miles præclarum nomen vt audit,
Pectore turbatus, vultum palloreque tinxit.
Attamē ipſe metū cōdens,nunc qui aduēis(inquit)
Hùc miſer vt pereas? hìc vires, hìc tua virtus
Concidet, elata obtruncabitur hìc tua ceruix:
Et Ducibus grato mittam prò munere Francis,
Si fuero nunc qualis eram. Ethnicus iſta ferebat.
At quoniam lampas propè erat reſtincta diei:
Lumina tot circùm en apparent; fuſcus vt Æther
Lucidus euadat. Caſtrum reſplendet vbique.
Qualis in exornato ſcena ſuperba Theatro.
Noctur-

Nocturnas inter pompas. Armida ſedetque
Sublimis, quà inuiſa alijs miratur, & audit.
Orma ſed,ac animum crudelem præparat Heros.
Strenuus ad pugnã.; nec equũ vult, namq; pedeſter.
Et venit hùc hoſtis clypeo, galeaque protectus,
Nudatus gladium, & promptus iam vulnera ferre.
Irruit & princeps in eum mox lumine toruo,
Voceque terrifica. Greſſus verò ille regirat,
Collectuſque armis, confingit, & indicat ictus.
Iſte licet corpus valde defeſſus, & æger,
Certus adit contrà,accedit,premit,vndeq; Guaſco.
Cedit, eò propere ſuccedit & ille, præitque,
Atque agit, ad viſum neque rarò dirigit enſem.
Impete maiori quò plus natura recondit
Vitæ, icit ſocians percuſſus voce minanti,
Cum damno illato magnum iungenſque timorem.
Rambaldus leuis hùc,illùc ſua mẽbra retorquet,
Ictibus vt rapiat: clypeo procurat, & enſe,
Vt furor hoſtilis deſcendat prorſus inanis.
Aſt Vnus non eſt adeo ad tutamina promptus,
Quin ad læſuras multò ſit promptior Alter:
Iam diſciſſus erat clypeus, caſſiſque refracta,
Iam terebratæ ocreæ, multò ſparſæque cruore
Rambaldi: nec adhuc hoſti plagam intulit vllam,
Et valdè timet, ac grauiter ſua corda remordet
Ira, pudorque ſimul,conſcientia, flammaq; amoris.
Marte vel aduerſo deliberat vltima fata
Audere. Abiecto clypeo mox ſtringit hic enſem
Ambabus manibus, nec adhuc à ſanguine tactum:
Acceditque hoſti, talem demittit & ictum
Nulla mora vt lamnæ exiſtat, quæ obſiſtere poſſit.
Taliter, vt feriens læuum non decidat ictus
Supra angore femur multo. Percellit & ipſum
Indè ſuper frontem, vt Nolæ inſtar tinniat ictus ſic
Non galeam fringit,ſed Tancredum excutit acrem,
Corpus vt incuruet, binis pedibuſque vacillet.
Principis os ira flammatur, luminaque ardent,
Accenſi intuitus, ſtridor de buccu a & exit
Dentium. Et infidus viſum ſic ferre ferocem

Solis at aſpectum melioris perdo Miſellus.
Amplius an redeam, mea quò moerentia corda
Dilectis recreem radijs, ſum neſcius ipſe.
Poſtea ſuccurrit menti Argas; pectore creſcit
Mœror, & inquit. Ego nimiùm promiſſa fefelli:
Fas eſt (& fateor) ludi me, deſpici ab illo.
O culpa, o pudor æternos victurus in annos!
Sic animum corrodit amoris, curaque honoris
Tancredi. Interea ſtratum Argas molle recuſat.
Otia ſic odit, ſic ipſi dira cupido
Sanguinis hoſtilis, propriæ ſic laudis & ardor,
Vt nec adhuc benè confirmatus vulnere capto,
Diſcupiat ſolem quòd ſextum Aurora reducat.
Vt ſomnum capiat, frontem vix Ethnicus atrox,
Quæ prçit, inclinat nocte: exurgitque cubili
Æthere adhuc nigro ſic, vt neque culmina montis
Lux feriat. Pòſt Armigero: Des arma parata
Nunc mihi[ait] nec erant, quę iam geſtare ſolebat.
Hæc Equiti dederat Rex; eſt inſigneque donum.
Tempore ſatque breui miratus corripit ipſa:
Pondere nec premitur magno: lateri aptat & enſẽ
Iam ſolitum tempratura inſigni, atque vetuſta.
Crine cruentato, qualis fulgere Cometa
Aſſolet horrificus per combuſtam Ætheris oram,
Purpureis lux in primis infauſta Tyrannis,
Regnaque quæ immutat, diros morboſque reducit
Haud aliter reſplendet hic armis; lumina vertit
Torta, referta cruore, atque ira. Mortis & horror
Actibus ex diris ſpirat, cædem oſque minatur.
Nulla anima eſt adeò fortis, quæ lumine ſolo
Ipſius haud paueat. Nudatum ſtringit hic enſem,
Subleuat, atque vibrat clamans, ac aèra,& vmbras
Percutit incaſſum. Hoc (victus) mox enſe iacebit
Prædo colens Chriſtũ conſperſus membra cruore,
Nec non diſperſos temerans in puluere crines,
Qui ſic eſt audax, velit vt contendere mecum.
Viuus adhuc cernet ſibi dextra hac arma reuelli
Numine vel nolente ſuo: neque lumina claudens,
Quin ſua concedã canibus poſt membra voranda,

Conſilioque Senex & adhuc quā robore firmus;
Se tulit antè loquens. Nulli fas ducitur vnquam
Cauto, quòd Capite in ſolo agmina tota perire;
Diſcrimen ſubeant. Tu Dux es, Duxque ſupremus,
Non ſimplex Eques; haud priuatus: publicus eſſet
Luctus. Tu fidei, ſancti Imperijque Columen;
Iam virtute tua Babilonis regna ruenda:
Vtere conſilio tantùm, tantùm vtere ſceptro,
Auſibus & reliqui, ferroque vtantur ijdem.
Canitie curuus quamuis incedere cogar,
Effugiant alij Martis, non ipſe pericla;
Noloque me purget mea iam rugoſa Senectus.
O mihi, quæ verbis, nunc afforet illa Iuuentus,
Qui clauſi hìc ſtatis trepidi, neue ira, pudorue
Vos mouet in probris onerantem carpere ferrum.
Vel modò qualis eram, cùm Corradi ipſe ſecundi
Inſiſtens Aula tota ſpectante Vienna
Transfodi hac dextra Leopoldo pectus atroci.
Clarius & virtutis opus tunc extitit altæ
Tam fortem ſtrauiſſe Virum, exuuiaſque tuliſſe,
Quàm ſi quis ſolus, ſine telis agmen & ingens
Iſtius abiectæ gentis modò voce fugaret.
Si vigor ille mihi, ſi vires, ſanguis & ille,
Hac foret iſtius iam extincta ſuperbia dextra.
Verū quiſquis ego, nec adhuc mea pectora lāguēt,
Nec quoque longæuus paueo. Si forteque arena
Accidet vt iaceam, certè Paganus abibit
Non hilarus palma tali multùm: arma capeſſo:
Hic erit ille dies, mea quo iam lapſa recenti
Luſtra mihi fient clara, atque illuſtria honore.
Sic magnus ſenior: virtus ſopita reſurgit
Militibus verbis his. Qui taciti, atque pauentes,
Nunc lingua celeres, multùm audenteſq; loquūtur
Non modò nullus adeſt, renuat qui inſigne duellū;
Quin multis petitur certatim. Poſtulat illud
Balduinus cum Ruggerio, ſic Guidus vterque,
Guelfus cum Stephano, Gernerrius, Pirrhus & ille,
Fraude Boemundo captam qui tradidit Vrbem
Antiochi: Ebrardo petitur, pariterq; Ridulpho,

Roſmundoque Pio, contendit Scoticus vnus;
Vnus Hybernus auet; poſcitq; Britannicus vnus:
(Oræ ſunt, noſtro reſecat quas Pontus ab Orbe.)
Et Sponſi cupiunt Gyldippe, Odoardus Amantes.
Cum primis verò Grandæuus diſcupit acer.
Arma tegunt iam illum; caſſis deeſt lucida tantùm.
Cui Gofredus ita. O viuum ſpeculare vetuſtæ
Virtutis, noſtra inſpiciat Gens, diſcat & iſtam:
In te diſciplina, ars, Martis honoſque refulget.
O mihi nunc alij deni cum ætate vigenti,
Et virtute tibi ſimiles; Babilona ſuperbam
Vincere tentarem, Sanctumque extollere Lignum
Limite Bactrorum ad Thulem. Sed cedito quæſo,
Atque ad opus maius te, virtutiſque ſenilis
Seruato. Reliquorum paruo in vaſe locentur
Nomina, ſit Iudex caſus. Subiunxit & idem,
Immo Deus Iudex, cuius fortuna Miniſtra eſt,
Et Fatum. Tamen in ſenſu perſiſtit eodem,
Vult quoq; cum reliquis Raimundus & ipſe notari.
Nomina Gofredus galea ſignata reponit
In propria; ac agitat benè; primum nomen at illinc,
Quod fuit extractum, Dynaſtæ eſt iura Toloſæ
Dantis. Et exceptum lætis clamoribus illud:
Mox nomen: nec adeſt vllus, qui carpere ſortem
Audeat. Hic vultum complet viridante vigore:
Tunc magis, atq; magis iuueneſcit, dirus vt Anguis
Qui nouus indutus ſpolijs reſplendet in auro,
Tergit & aduerſus Solem ſe. Præ omnibus autem
Dux applaudit ei Supremus. Fronteque læta
De ſæuo palmam hoſte precatur, laudeq; adornat;
Enſe latus proprio & ſpolians, mox porrigit aiens;
Saxoniæ Francus bello hoc vti enſe Rebellis
Sueuerat; ipſemet eripui, & de corde reuulſi
Turpē Animā. Cape; vt hoc ego sēper Victor vbiq;
Tu quoque ſis felix, & fortunatus eodem.
Impatiens eſt verò moræ ipſorum ille ſuperbus,
Multa minans clamat. Gens o vincenda nec vlli,
Belliger o Popule ad pugnam vos prouocat vnus:
Tancredus veniat modò, qui virtute videtur
Fi-

Fidere præ cunctis propria; plumis ne recumbit
Opperiens ſibi opi ſint quæ iam tempora noctis?
Alter at accedat, pauidus quando ille recuſet:
Ite ſimul vos turmatim o Equites, Pediteſque:
Poſtea quàm priuo mecum certamine nullus
Millibus ex turmis eſt, qui contendere iactet.
Ecce ſepulchrum illuc, Prolis quod frigida membra
Excepit Mariæ; quin itis corde precatum?
Soluite nunc vota; ite citi, en iam ſemita tuta.
Ad quod opus maius veſtros ſeruate mucrones?
Irriſu tali veluti calcaribus hoſtes
Vrget; præ reliquis verò Raimundus ob illas
Efferuet voces, ea probraque ferre nequiuit.
Acrior extimulata Viri eſt in pectore Virtus.
Exacuitque aſpræ magnam ſe cotis ad iram.
Vnde moras rumpens Aquilini terga fatigat;
Alite de curſu hic ſonipes eſt nomen adeptus.
Nempe Tagi ad ripam natus, cum Mater Equorum,
Tempore quo beluis natura ſuadet amorem,
Contra auram os referans fœcundi ſemina venti
Colligit: o mirum! ex illo flatuque repente
Concipit illa auidè, fœtum progignit & inde.
Hunc genitum dices Aquilonum flamine ab illo,
Quod multò leuius ſpatioſo de Aethere ſpirat;
Vel curſum aſpicias oculis extendere arena
Tam rapidè, non vlla vt ibi veſtigia reſtent,
Siue leues ad dextram anguſtos, ſiue ſiniſtram
Sæpius ingeminare inſpectes artibus orbes.
Cornipedem inſiliens talem Dynaſta paratus
Aſſultum mouet, & breuiter ſic feruidus orat.
Cuncta Regens tu, qui directi vilia tela
In frontem Goliæ Iſraeli multa minanti;
Teque fauente fuit Puero ſub Tartara miſſus:
Iſtius atque ſeni elatum da ſternere corpus:
Sic Comes orabat: ſpe in Numen motaque Diuum
Aduolat Aethereas breuis hæc oratio ſphæras,
Se leuat ad Cœlum, vt natura flamma ſuapte.
Ingenitique Patris diuinas aduenit aures,
Auditurq; ſtatim Aligero hunc qui texit ab ortu,

Nunc quoque de ſæui Argantis defendere dextra,
Imperat, atq; ſimul Victorem, & reddere ſanum.
Penniger Aethereus diam mox aduolat Arcem,
Sunt vbi Militiæ Cœli cuncta arma repoſta.
Haſta ibi ſeruatur, ſerpens qua decidit ictus,
Telaque fulminea, & peſtem, & quæ cætera dāna
Gentibus inuiſa inijciunt habitantibus orbem:
Hic erat ingentem appenſum ſpectare Tridentem,
Qui plus terroris miſeris Mortalibus infert;
Telluris vaſtæ quando fundamina quaſſat,
Oppida cum Caſtris, Arces & percutit altas.
Arma tot aſt inter longè pulcherrima viſu
Ex adamante videt ſcutum valdeque refulgens;
Immane, & vaſtum terrarum vmbraret vt Orbem;
Dynaſtæ hocce Boni, caſtæ Vrbes vſque teguntur.
Corripit hunc clypeum, & Mortali inuiſus ab vllo
Angelus aſſiſtit Raimundo, hoc protegit illum.
Interea varijs cernuntur mœnia Turbis
Plena: Tyrannus atrox Clorindam mittit, & vnà
Milite cum multo experto, qui colle reſiſtit
In medio. Ex alia ſtant inſtructa Agmina parte
Chriſtiadum quædam: Heroi ſic reſtat vtrique
Hæc duo caſtra inter campus certaminis amplus.
Argas miratur; neque Tancredum vllibi cernit;
Cernit at ignotum. ardens tunc Dynaſta Toloſæ
Se ſe offert equiti dicens; quem tu ipſe requiris,
Sorte tua fauſta eſt alibi. Hunc ne grande loquaris
Eius ad implebo partes! tunc ille Superbus
Subridens, quid de Tancredo? nunc ubi ſiſtit?
Territat Aſtra minax ferro, & ſe poſtea condit
Alite confidens pede. Sed fugiat vel ad imum
Telluris, pelagi medias vel currat ad vndas,
Tutus erit nuſquam hac dextra. Mentire Superbe
Reppetit aſt Alter, dum audes tu dicere, talis
Quòd fugiat Vir; qui prę illo nec pendere flocci.
Intremit iratus tunc Argas: corripe arenam:
Accipio (dixit) te pro illo; moxque videbis,
Quomodò defendas fortis temeraria dicta.
Protinùs hi mutuò concurrunt, dirigit haſtam

Ad galeam quiſque, & Raimundus percutit illam;
Aſt equitem minus excuſſit. Contrà ictus inanis
Decidit Argantis (Defenſor cœlicus illum
Detorſit) rabidus labium proinde momordit,
Fregit humique haſtam verba execrantia mittẽs.
Mox enſem nudat, Comitem aggrediturq; ſecũdò,
Fortis equus rectà impellit ceu corniger Aries
Impulſu inclinans caput: impulſum effugit acrem
Ad dextram paulùm torquens Raimundus habenas,
Dũ trãſit ferit & frõtẽ, remeatq; Ægyptius Heros,
Hunc linquit tamẽ ad dextrã; & mox caſſida ſupra
Icit, at incaſſum, ſolido ex adamante videtur.
Ethnicus aſt acer ſitiens magis arcta duella,
Irruit in Comitem: metuens hic pondere molis
Ne ſonipes ſuus in terram labatur, & ipſe:
Cedit ibi, & mox aggreditur: volitare videtur
Gyrando, iugiter bellum obliquumque gerendo:
Quadrupedans ales ſequitur mandataque freni,
In que ſuo nunquam offendunt veſtigia motu.
Ductor vt oppugnare volens in monte peralto
Siue palude ſitam Arcem, luſtrat ſedulò circùm,
Mille aditus tentat, cunctas molitur & artes:
Sic Comes hic ambit: quoniã impos tollere ſquãmã
Ex armis, quæ armant pectus, frontemq; ſuperbam,
Tegmina dura minus ferit, inueſtigat & enſi
Recluſiſſe viam proprio ferrum ipſius inter
Hoſtis. Et in partes binas, ternoue foratu
Arma ſcidit, rubra, atque tepentia reddidit illi:
Et ſua adhuc intacta manent, ob id infremit Argas.
Sed fruſtra rabie, fruſtra iaculatur & ictus,
Euomit ac iras, neruos intendit & omnes.
Sed tamen haud laſſat; verùm conduplicat ictus
Et punctim, & cæſim, leuis atque errando valeſcit.
Denique ſic mittit Saracenus fortiter ictum
Cæſim. ſic & adeſt idem dynaſta propinquus,
Vt rapidus ſe Aquilinus ſubtraxiſſe nequiret,
Eſſet & oppreſſus: præſto ſed Celitus Ales
Tunc fuit inuiſus diſtendens ille lacertum
Cœleſtem ſupra clypeum ex adamante recepit.

Ictum terribilem, atq; in fruſta refringitur enſis.
Non chalybi æthereo ferrum mortale reſiſtit.
Circaſſus, qui ſpectat humi cecidiſſe minutas
In partes, credit vix: deinde ſtupeſcit inermem
Intuitus dextram, tam fortia ſcilicet hoſtem
Arma tegant; Equitem ſe confregiſſeque ferrum,
Vmbonem ſuper alterius, quo eſt ille protectus:
Sicque bono ipſa fides Raimundo eſt; neſcit ab alto
Quis miſſus. Sed conſpecta dextra hoſtis inermi
Eſt animi pendens: palmam non ducit honoram,
Nobile nec ſpolium, melior ſic quando referret.
Carpito ferrum aliud lingua proferre volebat:
Menti at cauſa ſubit quòd publica, Tutor & ipſe.
Et commune foret probrum Cultoris Ieſu,
Si victus iaceat; palmam hoc deſiderat omnem,
Nec vult in dubio communem ponere honorem.
Dum manet incertus,capulũ,& milum hoſtis in ora
Circaſſus iacit, & contundit. Concitat exin
Cornipedem, vt veniat luctatum; aſt iſte repente
Brachia firma fugit,dextram quoque ſauciat ipſam
Prendere conantem. Deinde regirat ad iſtam,
Nunc ad eam partem; ſed ſemper ſiue reuertat,
Siue quoque abſcedat, grau ter percellitur Argas.
Robore pollebat quantùm, quantùm arte valebat,
Ira vetus quicquid poterat, ſimul ira recenſque,
Efferi in exitium Circaſſi contrahit omne;
Et cum fortuna ſecum conſpirat olympus.
Is virtute ſua ſolidis munitus & armis,
Ictibus obſiſtit magnis, & nulla paueſcit:
Aſque gubernaclo, antenna, veliſque refractis
Nauis in irato Pelago præcelſa videtur:
Quæ tamen omne latus præduro robore texta
Cum rabidis vndis luctatur, deque ſalute
Non deſperat adhuc. Hoc verſabare periclo
O Argas tibi cùm Dæmon decreuit adeſſe.
Vmbram è nube caua tenuem(mirabile mõſtrum)
Corporis humani hic Pellax formauit ad inſtar:
Clorindæ confixit ei poſt ora ſuperbæ
Sermonem, motum,geſtus,vocem,armaq; pulchra,
Po-

Poſtea confictum hoc ad Oradinũ illicò Monſtrum
Tendit, Oradine & dixit: tu ſpicula gnarus
Torquendi, ſi tantus Eques defenſor Iudæ
Telluris pereat modò; Caſtra reuertat & hoſtis
Ad ſua cum ſpolio, nobis damnum afforet ingens;
Ergo artem experiare tuam, nunc ſanguine telum
Infice Prædonis Franci, quòd præter honorem
Aeternum, facto celebri volo præmia Rege
Munifico digna accipias. Sic ore locutum.
Haud mora: promiſſo iaculũ extimulãte pharetra
Eduxit grauida, neruo aptat, tendit & arcum,
Moxq; remittit. Arundo volat pennata per Aethrã
Sibila dans: icit cinctum quà fibula nectit,
Trans adigit chalybem, tantùm pellemque recidit,
Hìc hæret, penetrat non vltrà; Cœlicus Heros
Contorti magnam iaculi vim nempè repreſſit.
Extrahit extemplò Comes è thorace ſagittam;
Cuſpidem & illius pollutam ſanguine ſpectans;
Paganum fidei læſæ probriſque, miniſque
Increpat. Et ſummus Dux, qui obſeruabat amatum
Intentis oculis Raimundum, fœdera fracta
Eſſe videt: quoniam vulnus lethaleque credit,
Suſpirat. Facie tamen excitat, oreque Gentes
Vlciſci id proprias: ſubitò demittere buclas,
Frena vides laxare, trabales dirigere haſtas;
Et tempus ſub idem hinc, atq; hinc nonnulla moueri
Agmina. Non remanet campus, puluiſque minutus
Denſis Aſtra petit globulis, conuoluitur atque
Scutorum, galeæ quaſſæ, haſtiliſque refracti
Incurſu primo ſtrepitus defertur in orbem.
Vnus Equus iacet hìc, eſt errans alter & illuc
Nemine frænatus; vitali hìc lumine caſſum
Aſpicis, hìc iacet expirans, ſingultit & alter,
Et gemit, atque alter ſuſpirat. Barbara pugna eſt;
Quòque magis miſcetur, eò magis aſpera creſcit.
Interea in medium rapidè leuis aſſilit Argas,
Ferratam violens aufert à milite clauam:
Denſum agmen fundit, rotat illã, moxq; per amplũ
Cãpum aperit ſibi, tunc Raimundũ quæritat vnum,
Et-

Et ferrum, atque iram tantummodò vertit in illum:
Ceu lupus eſuriens tantùm exoptare videtur
Carne ſua ſatiare famem. Aſt obſtacula dura
Opponuntur ei; Ormannus, Rugierius atque
De Balnauilla, Guido, binique Gherardi.
Attamen haud ſiſtit, nec lentet, at acrior iſte eſt,
Quò magis opprimitur violenter fortibus illis.
Clauſa vt flamma loco erumpit, defertq; ruinam.
Enecat Ormañum: Guidoni vulnera confert:
Ruggerius cadit, atque eſt inter funera languens.
Aſt in eum turbæ creſcunt, arma vndique cingunt.
Aſpera dum par virtute eius pugna manebat
Bullio Germanum aduocat, extemplo imperat illi
Aggrediare latus læuum. Audit dicta repente,
Irruit à læua in Turmam hoſtilem impete tanto,
Vt gens viſa Aſiæ imbellis, nec viribus vllis.
Inſtructas Acies fundit, vexillaque ſternit,
Quadrupedes, equiteſque ſimul. Quin impete tali
Terga fugæ dextrum dat cornu: Argantaq; præter
Obſiſtit nemo, reliquos ſic terror agebat:
Is tantùm ſiſtit, faciem conuertit in hoſtem:
Non alter manibus centum, totidemq; lacertis,
Non centum clypeis, non centumque enſibus vnà
Fortiùs obſtaret, quàm Argas tot ſolus in hoſtes.
Quadrupedum clauæ, xiphi, haſtarumq; furorem
Suſtinet: inuadit nunc hos, nunc aſſilit illos,
Arma refracta tenet, contuſaque membra,
Emanat ſudor, ſanguiſque è corpore manat;
Neue videt; pellit tandem ſic denſa càterua,
Vt retrò vertat eum ſecum, quin deferat vnà.
Terga quidem vertit vi, delatuſque furore
Innumerę gentis. Sed non fugientis ad inſtar,
Si dextræ mireris opus, ſi cordaque ſpectes.
Lumina adhuc terrent, irę terrentque minaces:
Nititur & greſſus fugitiuę ſiſtere gentis;
Sed labor eſt uanus. Non exhortantia uerba,
Non mandata iuuant, frenum timor omne repellit,
Sed fuga tarda magis, tantū & collecta p ipſū eſt.
Bullio, quòd proprijs fortunam ſentit adeſſe
Con-

Conſilijs, palmæ ſequitur curſum, agmina mittit
Victori noua ſubſidio. Et fortaſſe laborum
Agminis inuicti lux hæc ſuprema fuiſſet;
Altera ni Rectore foret præſcripta ſupremo.
Hoc Pluto aſpiciens proſterni marte ſequaces:
Permittente Deo, confeſtim in nubila cogit
Aera, præcipitemque ciet ventum. Eripit atra
Caligo ex oculis hominum Solemque diemque;
Obſcurus crebris mirè emicat ignibus Æther;
Infremit & tonitru, tantus cum grandine & imber
Decidit, vt terat & ſyluas, & iugera ſtagnet:
Dilacerat ramos turbo, & quaſſare videtur
Annoſas Quercus, Arces fundamine, Montes.
Ventus, aqua, grando francorum tempore eodem
Lumina mirifico percellunt impete: cuncta
Vique repentina & tali terrore morantur
Agmina, pars minima vt iūctim ſe ad ſigna reducāt.
Haud procul hic Clorida capit mox tēpora nacta,
Vrget equū clamās: Socij modò pugnat Olympus
Pro nobis, æquum cauſæ modò noſque ſecundat.
Illius haud noſtræ facies tanguntur ab ira,
Noſtraque non ullo retinetur dextera pacto:
Iratus ſolùm in frontem nūnc percutit hoſtem,
Qui timet, expoliatque armis, & lumina priuat;
Ite citi mecum, fato nos ducimur ipſi.
Sic ſtimulat gentes, horrendoque impete Francos
Aggreditur; vanos ipſorum ridet & ictus.
Et ſub idem tempus vertens faciem efferus Argas
Chriſtiadum ſtragem iam victorum edit acerbam;
Prærapido curſu linquunt campum, atq; procellis,
Et ferro vertunt humeros: hos enſis & ira
Sauciat: & ſanguis fluit, hoc, riuiſque remixto
Ingentis pluuiæ calles apprimà rubeſcunt.
Corpora cæſa inter, nec non malè ſaucia plebis
Hic Pyrrhus cadit: hic bonus occūbitq; Ridulphus:
Circaſſi acris humi neruoſa hunc dextera ſternit,
Percelebrem de illo palmam Clorinda reportat.
Sic fugiunt Franci; hos ſic Aſſyrijque ſequuntur
Dæmones aut ipſi, ſolùm Goffredus in arma

Grandinis inque minas, & turbinis, atque tonitrum
Impauidus vertit faciem, carpitque Dynaſtas
Voce ſuos: magnum ſubitò portam ante Caballum
Suſtinuit; ſparſas gentes valloque legebat.
Bis quoque Cornipedē egit contra Arganta ferocē,
Et preſſit: ferrum totidem, quà denſior hoſtis
Tractauit, ſe ſe tandem intra ſepta recepit
Vnà cum reliquis, habuit ſic palmaque finem.
Pagani referunt plantas: ſed territa Francùm,
Feſſa ſimul vallo ſiſtit Gens. Prorſus & iram,
Et vim duræ hyemis nondum vitare valebant;
Stinctæ namque faces hæ, nunc ſpectantur & illæ,
Immodicumq; Agmen quòcunq; penetrat aquarū,
Dilacerat telas Turbo, ſolidas frangitque vacerras,
Integra diuellit tentoria, gyrat & illa
Longè, imber, ventus, clamor reboanſque tonitrus
Concordant ſonitu horribili, exurdetur vt Orbis.

HIEROSOLYMÆ VINDICATÆ

Liber Octauus.

ARGVMENTVM.

NVncius enarrat Danorum Principis antè
Virtutem Gofredo, ipſius deindeq; mortem.
Indicia Auſonij quadam non vana putantes,
Extinctum certò credunt fortem eſſe Rinaldum.
Alecto inſpirat rabiem: hi flammantur & ira,
Atque odijs grauibus: Gofredumque ore minantur.
Is cohibet ſola violentum voce furorem.

HOrribiles tonitrus, tempeſtateſque furentes,
Flamina iāq; Auſtri, Cori imbriferiq; quierāt:
Cœleſtique domo roſeo vultu, aurea plantis
Exurgebat Eos; quibus at duxiſſe procellas
Vis fuerat, proprijs non ceſſant artibus; immò

Inter eos, qui Aſtragorres eſt nomine dictus
Alecto ſociam ſic fatur. Proſpicito illum,
Qui venit huc, Equitem (nec nos arcere valemus)
Acribus imperij noſtri de quandò lacertis
Propugnatoris valuit ſummi ire ſuperſtes.
Iſte Ducis proprij: ſociorumque euenta renarrans
Aſpera; Francorum Genti næ maxima pandet:
Ne reuocent Natum Bertoldi hoc multa paueſco.
Referat id quanti noſtra, tibi ritè pateſcit:
Robora, ſique dolos magnis opponere oportet
Principijs: igitur tu Francos inter adito,
Quicquid & ille boni feret, in ſua damna retorque;
Helueti in venas, Angli, ſpargaſque Latini
Cum flammis virus: ſurgant iræ, atque tumultus
Efficias; demum turbentur cunctaque caſtra.
Eſt opus arte tua dignum: & iactantia verba
Deſuper hac noſtro dixiſti Principe coram.
Sic ait: eſtq; ſatis, Monſtrũ, vt ſe accingat ad auſũ.
Iam monſtratus Eques veniens peruenerat ille
Chriſtiadum ad vallum; ac ipſos ſic ore locutus.
Belligeri ſummum mihi quis det adire Dynaſtam?
Non paucis noua ſcire eſt introductus ad illum
Percupidis. Genibus veneratus, & oſcula palmæ
Figere tentabat, quam vel Babilonica tellus
Formidat. Dehinc o Princeps (ſic gutture cœpit)
Qui propriam cũ Oceano famam definis & Aſtris,
Ferre magis læta optarem. Hìc ſuſpiria corde
Maxima fundebat; ſubdebat & inde. Suenus
Regnantis Danũm vnicus, ætatique cadenti,
Et decus, & columen cupijt conſcribere ſe illis,
Qui fortes gladios cinxerunt propter Ieſum
Voce tua accenſi. Haud Rigidi formido laboris,
Non capitis diſcrimen, non Regni vlla cupido,
Nec Patris antiqui pietas in pectore forti
Tam dignum ardorem valuit feciſſe tepentem.
Te Duce ſupremo duram, celebrique Magiſtro
Diſcere militiæ artem ſumma cupido mouebat:
Seque ſua fama obſcurum ira, pudorq; premebat,
Cum celebre exaudiret nomen vbique Rinaldi,

Sed mage cœleſtis zelo fuit actus honoris,
Ergo moras rupit præceps, comitumque cateruæ
Delecta, audenti, fida, pariterque feroci.
Threijciam uerſus greſſum direxit ad Vrbem,
Quæ caput Imperij Græcorũ: hìc Cęſar in aulam
Excepit; deinde tuo hùc ſub nomine uenit
Nuncius. Hic plenè retulit, quì capta fuiſſet,
Et quì Perſarum in Regem Antiochia protecta,
Agmine cum tanto qui obſeſſum uenerat audax,
Exhauſtum vt regnum aſſeruiſſes Incola, & armis.
De te, dèque alijs quoque dixit aduſque Rinaldũ,
Hìcq; ſtetit. Deinde fugam, & quid laude patrarat
Vos inter dignum retulit. Quòd denique Francùm
Gens erat aduentãs iſtàs inuadere portas:
Quòdque velit ſumma in palma ſaltem eſſe ſodalis,
[illegible]auit eum. Iuuenis ſic corda Sueni
Hæc dicta extimulant, ut nil ſit longius ipſi,
Stringere quàm ferrũ, proprias temerareq; palmas
Sanguine pagano: ſibi ſegnitieque videtur
Alterius laude obiectari; hoc labraque mordet.
Qui rogat, aut ipſi pariter conſiſtere ſuadet,
Vel minus exaudit, uel non auſcultat eumdem.
Nil pauitat, ſolùm graue iudicat eſſe periclum
Non in parte tui eſſe pericli, in parteque laudis.
Ille ſugam properat ſortem, qua ducimur ipſi,
Sucitur ipſe ſimul: vix lucis quando nouellæ
Primos expectat radios diſcedere inardens.
Semita deligitur breuior; melior quòd habetur:
Ipſi, qui Princeps & Dux. Vitare viarum
Aſperiora minus curat, minus hoſtica Dura.
Durum iter: occurrit nunc; nunc penuria victus,
Nunc vis, nunc multæ inſidiæ; aſt incomoda cũcta
Victa fuere, hoſtes cæſi, aut fuſi, atque fugati.
Securum palmæ quemuis diſcrimine in omni,
Reddiderant fortunatos, vnàque proteruos:
Quando Palæſtini non longè à finibus Agri
Caſtra locamus; ibi ſtrepitum Præcurſor ad ipſos
Armorum ſe audiſſe refert; vidiſſeque ſigna;
Militis innumeram dubitant Aciem eſſe propinquã.

Non

Non mens, non color immutâtur principe noſtro;
Non vox, non vultus propter tam triſtia nuncia:
Multorũm pallor quamquam ocupet ora virorũ.
Aſt ait. O nobis quod ſertum, o quęque corona
Vel palmę, vel Martyrij vicina paratur!
Spero magis primã; ſed non minus opto ſecundã;
Maius vbi meritum, nec non eſt gloria compar.
Hic ager o Fratres, vbi ſunt veſtigia noſtra,
Hic ſacrum fuerit Templum, in quo ſecla futura
Noſtra uel oſſa ęternẽ, aut noſtra trophęa notabũt!
Sic loquitur: ſubitò excubias diſponit & omnes,
Munera partitur rectè, diditque laborem.
Imperat indu tos armis decumbere cunctos,
Thoraca is neque ponit. Erat nox, tempore & illo
Quò magis inuitat ſomnum, atque ſilentia ſuadet;
Barbaricus quando clamor fuit aure receptus,
Qui ſuperis ijt, atque imas penetrauit abyſſos.
Conclamatur ad arma: licetque Suenus in armis
Implicitus, ruit ante alios: & lumina, & ora
Fortiter eſt animo flammans, tingenſque rubore.
En ipſi aggredimur; departe obcingimur omnis;
Lucus & haſtarum ſepit nos, atque mucronum;
Atque ſuper nos telorum ingens decidit imber.
Non parili pugna [peragunt certamen in vnum
Bis deni] iſtorum quàm plures vulnera guſtant;
Vulneribuſque cadunt quàm multi ſub Ioue cæco!
Nullus at Ægrorũ agnoſcit numerũ, atq; cadentũ,
Damna tegit noſtra, & Virtutis fortia noſtræ
Geſta tegit noctis caligo. Sed tamen altè
Ceruicem Suenus reliquos ſic ſubleuat inter,
Vt queat à cunctis ſpectari noctis in vmbra:
Facta patent etiam miranti, immaneque robur.
Sanguine fit riuus cæſo de corpore vallum
Circa illum; & quocunque ruit, deferre videtur
Terrorem vultu, manibus Mortiſque figuram.
Eſt ita pugnatum, donec Tithonia coniux
Purpureo vultu appareret in Æthere pulchra.
Aſt vbi nocturnæ erepta eſt caliginis vmbra;
Funereum horrorem penitus quę conderet in ſe;

Præ

Præ triſti viſu terrorem lumen adauxit:
Corpora quandoquidē campū interfecta replebāt,
Et ferè deſtructam Gentem conſpeximus omnem
Noſtram. Nos ſiquidem fuimus iam millia bina,
Et modò nec centum. Tantùm cum ſanguinis ille
Totque neces oculis ſpectat (mirabile dictu)
Spectaclo atroci an turbetur, neſcio cor id;
Non tamen oſtendit vultu, aut motu, immo peraltis
Vocibus exclamat: Socij ſectemur & illos,
Sanguine qui proprio à lacubus veſtigia Auernis
Alta procul fortes calcarunt ſidera verſus.
Atq; hilaris corde, ac vultu (vt puto) morte propin-
Barbaricam contra intrepidū tulit ipſe ruinam (qua
Pectus. Non chalybum vis, non adamaſue valeret
Ferre graues ictus, totum queis ſanguine inundat
Campum: corpus & illius factum vnica plaga eſt.
Non anima; aſt Virtus pectus iam ſuſtinet illud
Indomitum, atque ferox. Perculſus percutit idem,
Nec lentat; lædit mage, quò mage læditur ipſe;
Quando Vir, immanis, furibundus, lumine, & ore
Dirus eum inuadit, bellum poſt denique conſtans,
Militeque adiutus multo, inter funera ſternit.
Occidit inuictus Iuuenis (proh triſtia fata!)
Nemoque adeſt modò, qui valeat deſumere pœnas
Nos inter. Te teſtor ego noſtri inclite Sanguis
Principis egregiè effuſus; vos oſſaque clara
Multa meæ vitæ fuerūn, quod prodigus ipſe
Non mihi vitatum ferrum, non ictus & vllus;
Et ſi complacitum ſuperis, me occumbere morti,
Commerui factis. Defunctos inter Amicos
Solus ego viuus cecidi, quāuis me viuere quiſquā,
Nec fortaſſe putet. Neſcirem de hoſtibus vltrà
Dicere: ſic fueram tunc ſenſu omninò relictus.
Poſt quàm verò meis redijt lux priſtina ocellis,
Qui multùm denſati aderant caligine nigra,
Viſa mihi nox, ac luci ægræ ſe obtulit Ignis
Paruulus, & nutans. Virtus non tanta manebat
In me, promptus vt obiectas diſcernere poſſem
Res; ſed vti qui nunc reſerat, nunc lumina claudit,

Semiſoporatus ceu, ſemiuigilque videbam:
Plagarumque dolor grauior mihi cœperat eſſe:
Quando gelu aer nocturnus, tellureque nuda
Sub dio pariter valdè reddebat acerbum:
Interea mage fiebat mihi proxima ſemper
Lux ea cum quodam leni, tacitoque ſuſurro:
Deniq; me aſſequitur; propè me aſtat, tolloq; lumen:
Tunc video Binos in longa veſte tenentes
In manibus duplicem faculam, & vocē audio; Nate
Illi fide Deo, qui non eſt lentus adeſſe
Non prauis, grates concedit & antè rogetur.
Me ſic affatus: diſtendit poſtea palmam
Me ſupra benedicens; ſubmiſſaque, piaque
Voce ſuſſurrauit verbum paulò aure receptum,
Mente minus captum: Dein mihi ſurgito (dixit.)
Ipſe leuis ſurgo, & ſanus, nec vulnera ab hoſte
Sentio (miraclum celebre!) immo vigore recenti
Omnia plena tenere mihi tunc membra videntur.
Attonitus conſpecto Virum, mēs territa certum,
Nec verum credit; quare mihi dicitur vni
Ex ipſis; Et quid dubitas? non corpora ficta
Conſpicis in nobis: Chriſto famulamur Ieſu.
Liquimus illecebras, mella & fallacia Mundi;
Seceſſu noſtros iſto traducimus annos.
Ille ſalute tua, qui regnat vbique Miniſtrum
Me Deus elegit: qui nec per vilia miros
Sæpè patrare effectus dedignatur, & altos.
Nec minus admittet, quòd clarū id corpus & almū
Neglectum iaceat, iam animæ tam nobilis arca:
Quod leue, ſubtile, & clarum immortaleque factum
Rurſus ei debet coniungi: dico Sueni
Corpus; cui tantæ dabitur conforme ſepulchrum
Virtuti; digito quod demonſtrabitur, vltrò,
Genteque ventura dignum reddetur honore.
Aſtra ſed ad tollas oculos, & proſpice tu illud
Reſplendens illic rutilantis Solis ad inſtar:
Principis idque tui viuis ad nobile Buſtum
Te ducit radijs. Stella tunc cerno micante,
Immò nocturno radium deſcendere Sole:

Aurea qui rectà Pictoris linea tanquam
Corpus vbi iacet egregium diſtenditur illùc:
Luminis & tantum, & iubaris ſuper emicat illud,
Ipſius vt rutilet vulnus, ſplendeſcat & omne.
Continuò horribilem mixturam ſanguinis inter
Agnoſco. Stabat non prono, at Sidera verſus
Erecto vultu, veluti qui adſpirat Olympo.
Dextera erat clauſa, & pugnus compreſſus eidē;
Et ſtricto gladio demonſtrat vulnera ferre.
Actu humili læuam, & deuoto pectora ſupra
Deponit, veniamque Deo petijſſe videtur.
Ipſe ſuas largis lacrymis dum proluo plagas,
Non idcircò dolore leuor, qui corda perangit;
A' Sene deuoto reſerata eſt dextera clauſa,
Et quem ſtringebat gladio educto; mihi dixit,
Sāguinis hic eſt tantū, hodiè qui dehoſte profudit;
Optimus & perfectus adeſt, tibi ritè pateſcit:
Atque ipſi non prçponendus forſitan alter.
Propterea à domino proprio ſi ſeparat illum
Interitus violens; ſuperi torpere recuſant;
Sed tradi cupiunt acri, validoque lacerto:
Robore quī vtatur parili pòſt, arte parique;
Maiori at numero añorum, melioreque ſorte:
Vindicet atque ipſo (nam verè ſpectat ad illum)
Qui Suenum ſtygias dominum demiſit ad vndas.
Solmano occubuit Suenus; Suenique per enſem
Eſt opus occumbat Solmanus. Tu accipe, & ito,
Chriſtiadum Miles muros quò aſcenderit altos.
Neue time, externa tibi præcidatur in ora
Denuò correptus trames; nam dextra fortis
Te mittentis eò, reddet plana aſpra viarum.
Voce tua uiua pietas, audacia, uirtus
Hic vult, vt pateant dilecto in Principe viſa,
Purpurea vt Cruce ſignanda accendantur ad arma
Hoc alij exemplo; & nunc, & poſt plurima luſtra
Illuſtres Animi. Reliquū eſt te diſcere certò,
Quinam Hæres talis gladij nunc debeat eſſe.
Iſte Rinaldus erit; quo non præſtantior alter
Viribus. Huic tradas: pariter dic Aethera, & orbē
Vin-

Vindictam meritam ſolùm expectare per illum.
Dum voces auſculto ſuas, ſum verſus ad ipſum
Mirè inopinatò. Quòd vbi ſine ſanguine corpus
Decumbens erat, aſpexi ingens lumine Buſtum:
In quo erat occluſũ,erectũ ſed quomodò,qua arte,
Ignoro: hìc celataque erant cum Nomine geſta
Militis extincti. Viſu diſcedere tali
Nec poterã;inſculptaſq;notas,et marmora ſpectãs.
Principis oſſa tui hìc decumbent condita (dixit)
Grandæuus iuxta caros, dum fonte bonorum
Felices animæ in Cœlo potiuntur amando.
Summa ſed impleſti lacrymis iam munera fuſis:
Artubus eſt tempus placidam donare quietem.
Tu meus Hoſpes eris, donec te præuia lucis
Excitet è ſomno, atque inuitet carpere callem.
Conticuit: modò per celſos, modò meq; per imos
Ille locos duxit; tulerim vt vix ilia feſſa;
Sylueſtri donec tandem de rupe cauerna
Pendet vbi caua, greſſum hìc collegimus ipſi:
Ipſius hoſpitium hoc eſt: hic Vrſoſque Lupoſque
Inter cum ſocio ſecurum tranſigit æuum.
Lorica, & clypeo melius tegit integra vita.
Sylueſtris victus, durumque cubile quietem
Porrexit noſtris inibi ſolatia membris.
Aſt vbi purpureos radios conſpexit èòis
Partibus; extemplo vigilans orare cucurrit
Cultor vterque eremi, cum illis ſimul ales & ipſe;
A' ſene pòſt ſancto abſceſſi; quò ſuaſit & ille,
Capta mihi via. Nec Germanus plura locutus.
Bullio ſed pius hæc illi. Tu triſtia defers
O eques ad noſtras Acies, & plena periclis,
Quare turbentur meritò: quòd perbreuis hora
Tam fortes rapuit Gentes, Gentes & amicas
Sorbuit & terræ modicum: quin fulguris inſtar
Se tuus oſtendit Princeps, diſparuit vnà.
Sed quid? Mors felicior hæc, quàm Regna tenere;
Atque auri vim: nec Capitolia tradere poſſent
Vllius exemplum tam digni priſca Triumphi.
Ætheris in templo ſertum immortale micanti

Palmæ ipſi propriæ geſtant. Hìc autumo lætè
Plagas quemque ſuas monſtrare, ſibique placere.
Ipſe Superſtes adhuc ſudoribus, atque periclis
Militia mundi; ipſorum exultare Triumphis,
Lætificam & debes quantum fas reddere frontem.
Quòd de Bertoldi nato; ſcito eſſe vagantem
Extra Acies noſtras; dubium te carpere callem
Quid certi antè ſcias de illo, non approbo certè.
Excitat hic ſermo affectum, renouatque Rinaldi
Alterius mente: & dicit quis; floridus annis
Ah errans inter fidei nunc corpora falſæ!
Nemoque adeſt inibi, ſua qui non facta renarret
Inclita certatim Dano, prolixaque tela
Geſtorum clarè tantorum panditur illi.
Prędicti quando Iuuenis meminiſſe vigentis
Cunctorum molliti animi; Turmam ecce redire
De more egreſſam ſolito ad prædam. Hoſtis ouile,
Atque bouile ſimul raptum perducere ſecum,
Et ſegetes quamquam paucas,& ſtramina quædam
Cornipedum ad victum. Tulerunt hi ſigna moleſti,
Atque grauis caſus, ſpecie quæ certa videntur:
His fertur Clamys ingenui confracta Rinaldi
Sanguine conſperſa, & quouis cũ tegmine aperto.
Spargitur extemplò rumor (quis talia celet?)
Incertus, variuſque dolens concurrit ad iſtos
Sermones vulgus forti de milite, & armis,
Illaque vult ſpectare oculis, thoracaque magnum
Aſpicit, & nouit, fulgorem cum omnibus armis,
Eſt vbi picta Iouis volucris, maioribus auſis
Quæ ſemper prima, aut quoque ſola videre ſueuit;
Nunc alta pietate, ac ira fracta iacere
Nec non ſanguinolenta humenti lumine ſpectat.
Dum manet in Caſtris murmur,cędiſque putatur
Illius ratio varians; pius aduocat ad ſe
Bullio tunc Aliprandum, horum qui rapta tulere
Ductorem ingenuum, integrum, verię colentem:
Dic (ait) atque ipſi quo pacto hæc, vndeq; defers
Arma; bonique malique ne condito quidquam.
Hinc procul is quantùm biduò quis Nuncius iret
Re-

Reſpondit Gazæ fines eſt conſita verſus
Paruula planities multò circumdata colle:
Deflectit modico tractu de tramite trito:
Ex alto huc lentè inter plantas defluit amnis
Paruulus; & quoniam arboribus multiſque rubetiŝ
Vmbrifera, & denſa, inſidijs eſt commoda cæcis.
Hic quærebamus, ſiquis grex forſitan herbas
Veniſſet tonſum: nos ecce videmus in ipſis
Sanguine purpureis equitem iam lumine caſſum
Fluminis ad ripam. Quòd nota inſignia, & arma,
Quamuis inceſtata ſatis, concurrimus omnes.
Quò viſum retegam, accedo: videoque reciſum
Eſſe caput. Deerat quoq; dextera: trūcus & ingens
A' tergo ad pectus non vulnera pauca tenebat:
A' niueaque Aquila nec erat quàm diſſita caſſis.
Quærito dū quēquā feruens ſtudio ipſe docendi,
Ruſticolus quidam ecce venibat: nos vbi vidit
Ille, fugam, vt caperet, retrò veſtigia torſit.
At ſequimur, capimuſq; ipſū, qui ad noſtra rogata
Denique reſpondit: ſe Armatos lumine multos
Præſentem ante diem ſylua vidiſſe comanti
Egredier; quare latitauit, & inter eoſdem
Per crines proprios caput vnum etiā eſſe tenentem
Abſciſſum flauos, multo madidoſque cruore:
Abſque vllaque ſibi Iuuenis lanugine viſum.
Poſtea & in velo, quod dependebat ephippio
Obuoluiſſe: ſuper noſtra de Gente fuiſſe
Belligeros, ſic ex habitu dignouerat, inquit.
Curaui corpus ſpoliandum, ſicque dolore
Captus ego, vt lacrymas præ ſuſpicione cruentas
Ex oculis dederim: mecum geſſi arma ſimulque
Frigida conſtitui exornari membra Sepulchro.
Aſt alia pompa, atque alio dignatur honore,
Si modò ſit truncus, quem credo, nobilis ille.
Hæc Aliprandus vbi fatus: decedere eidem
(Rē mage quòd certā nec haberet) copia facta eſt
Goſredus manſit grauis, & ſuſpiria fudit,
Mente tamen triſti, certus nec redditur ipſe:
Vult mutilum ſigno truncum mage noſſe parenti,

Iniuſtumque homicidam. Nox ſurgebat at iſto
Tempore, & immenſos alis velabat Olympi
Campos, & requies animi, letheque malorum
Pelliciens ſomnus curas, ſenſuſque premebat;
Pectore tu ſolus telis compunctus acutis
Argillane doloris, magna in mente volutas:
Lumina nec poſſunt tua, nec cor habere quietem.
Hic promptus manibus, natiuoq; ore peraudens,
Feruidus ingenio, furibundus venit ad auram
Vitalem multò non diſſitus amne Truenti,
Ira, odijs iugiter rixis ciuilibus altus.
Actus in exilium colles, littuſque repleuit
Sanguine, vaſtauit Regnum illud, donec ad oras
Decertatum Aſiæ venit, melioreque fama
Eſt celebris factus. Primam hic ſub denique lucem
Lumina concluſit: ſoporat, non occupat illum
Suauis; ſed tantùm quem dira infudit Erinnis,
Corde ſtupor grauis, atq; profundus, Mortis ad in-
Interni ſenſus proprij illuduntur ab illa (ſtar.
Nec reperit requiem dormiſcens. Dira Megera
Horrificis ſe offert ſpectris, at territat ipſum.
Ante ſuos oculos ponit truncum, vnde reciſa
Eſt ceruix, obtruncatus dextraque lacertus.
Et læua caput inciſum, immundumque cruore
Suſtinet. Et loquitur viſus emortui Imago.
Singultans venit, & mixtus cum ſanguine ſermo;
Effugito Argillane: diem iam nonne tueris?
Caſtra in honora fuge, atq; Ducem pietate carētē,
Gofredo atroci, atque ipſius fraude maligna,
Tartareas qui me ſceleratè miſit ad vmbras,
Quis modò vos cari tutos o reddat Amici?
Perfidus inuidia totus corroditur intus:
Quomodò vos mecū & perimat ſolumodo voluit.
Attamen hæc dextra aſpiret ſi ad nobile nomen,
Et virtute ſua tam fidit; cedere noli:
Spiritus iſte meus placetur cæde Tyranni.
Ipſa comes tecum fuero vmbra, ſimulque Miniſtra
Quà ferri, quà ire; tibi dextram, armaboq; pectus.
Sic affatur eum, & dictis inſpirat in illo

Au-

Auram aliam rabie plenam. Sed denique ſomnus
Soluitur, atq; is non modicũ horrens lumina vertit
Plena ira rabida, mortali & plena veneno:
Et ſimulac armis cinctus, non tempus omittens,
Auſonios equites furioſè congregat omnes.
Cogit, vbi integri ſunt arma appenſa Rinaldi,
Angorem captum, atque furorem voce ſuperba
Talibus euulgat dictis, atque aſperat. Ergo
Barbara Gens, violens, legem quę ſpernit & omnẽ,
Quæque fidem minimè ſeruat, quę ſanguine, & auro
Non vnquam ſaturata eſt, fręno comprimet ora
Noſtra ſimulque grauata iugo ſub colla tenebit?
Aſpera, quę tulimus ſeptem atq; indigna perannos
Imperio ſub tam rigido, ſunt talia, vt annis
Poſſit ab hinc mille Italia, & Mauortia Tellus
Exardere probro, atque ira. Dimitto, quòd vrbe
Iam Cilicum Tancredi armis, virtuteque capta
Nunc potitur Francus per fraudẽ, & vindicat ipſa
Pręmia virtutis fraus; mitto, vbi tempora poſcunt,
Atque opus eſſe manu promptum firmamq; tenere
Mentẽ animũq; audacẽ; hìc noſtrũ cernitur omnes
Ante alios aliquis ferre inter funera mille
Aut ferrũ, aut flammas: verùm cùm poſtea palmæ
Cum ſpolijs diduntur tempore pacis, & oti,
Non ſunt participes noſtri: tantummodò eorum
Omnia ſunt; palmæ, laudes, honor, Oppida, & aurũ.
Fortè fuit tempus, quò offenſę hę multa fuiſſent
Exoſæ atque graues viſæ; Modò habentur at ipſæ
Multa leues. Tacitò has feritas nunc reddidit om-
Ponderis exigui. Letho miſere Rinaldum; (nes
Spreuere humana audaces, diuinaque iura.
Fulmina nec iactat Cœlum? non ſorbet & illos
Æternùm cæcis incluſos Terra cauernis?
Lethauere ego dico Rinaldum, qui fuit enſis,
Et fidei noſtræ ſcutum: & decumbit inultus?
Et decumbit inultus adhuc: tellureque nudum
Liquerunt lacerum ſummo ſine mortis honore.
Quis fuerit ferus: & crudelis, vos ne rogatis?
Ambiguum eſſe cui valet o ſocij, nec apertum?

Quem latet, ægreſcant quantùm virtute Latinorum
Inuidia Gofredus, Balduinus & vnà?
Sed cur argumenta peto? ipſe per Aethera iuro,
Qui noſtras audit uocés, neque fallere fas eſt;
Cum tenebras Aurora fugaret, lumine uidi
Spiritũ oberrantẽ, & miſerũ. Heu ſpectacula dura!
Quas nobis fraudes Gofredi præcinit ipſe!
Certè ego conſpexi, fuerunt nec ſomnia vana;
Et quò me vertam, mihi ſe ſe offerre videtur
Ante oculos. Socij quid agemus? dextera & illa
Quæ ſeruatur adhuc cædem ſic propter iniquam
Commaculata, reget nos ſemper? ſiue volemus
Longè ab ea deferre pedes, quò flumen inundat
Euphrates? populo quò imbelli tam æquore læto
Oppida tot nutrit, fęcundat Rura tot ampla?
Quin potius nobis: [nam ſpero noſtra futura]
Nec ſceptrum Francis commune tenebimus ipſi.
Cedamus: maneatque Illuſtris Sanguis inultus
(Si libet) atque inſons. Virtus, quæ frigida lãguet,
Si foret in vobis, deberet feruida quantùm;
Peſtifer hic Anguis, qui verum abſumpſit honorem,
Et Latię Gentis florem, nece, ſtrageque dira,
Exemplum reliquis ferret memorabile Monſtris.
Vellẽ ego; vellẽ equidẽ ſi quantùm ſtrenua virtus
Veſtra poteſt, tantũ auderet; quòd fraudis in arcã
Noxa per haſce manus intraret pectus iniquum
In tempus præſens. Agitatus talia fatur,
In rabiemque ſuam cunctos pertraxit. Et arma,
Arma fremit demens: pariterque ſuperba iuuentus
Arma fremit. Dextrã cũ armis rotat ipſaq; Erinnis,
Cordeque cum flammis virus lethale remiſcet.
Ira furor bacchans, ſceleroſus ſanguinis ardor
Et magis; atque magis furiat, concreſcit in horas:
Serpit et illa lues, graſſatur, deque Latinis
Egreditur Caſtris: Heluetos inde penetrat,
Atque ibi corripitur. tum ad Caſtra Britañica trãſit.
Nec tragicus tantùm caſus, vel publica damna
Magna mouent Gentem externam fomenta furoris
Materiemque noui ſed cauſa antiqua miniſtrat.

Ira grauis modò iam quamuis ſopita reſurgit :
Crudelis Francus Populus vocitatur, iniquus,
Cumque minis odia emergunt diffuſa ſuperbis,
Quandoquidem nequeunt vltrà concluſa teneri.
Qualis in ære cauo liquidus qui exæſtuat humor
Ob nimios ignes furit intus, fumat & altè :
Nec ſe ipſum capiens, ſe denique tollit ; aheni
Supra oras effert ſpumas, ac vndique inundat.
Et pauci, quorum tangit mens lumina veri,
Inſanum vulgus minimè cohibere valebant.
Non aderat Tancredus, non aderatque Camillus,
Non Gulielmus, non reliqui imperioque ſupremi.
Præcipites populi iam adcurrunt arma feroces
Turbatè : atque canit iam claſſica voce ſtrepenti
Buccina ſeditioſa : pium, vt mox arma capeſſat,
Plurimus ad clamat Gofredum Nuncius ales
Hinc, illinc ; & Balduinus ſe ſe obtulit illi
Ante omnes, laterique armis indutus adhæſit.
Percipit is culpam : conuertit lumina ad Aſtra;
Confugit ad dium Numen de more ſueto.
Domne tibi notum, ciuis quàm à ſanguine abhorret
Dextra mea ; his quæſo velamen ſcindito mentis,
Qui nimis audenter currit, reprimaſque furorem,
Atque mea integritas, quæ nota Polo, effice & Orbi
Sit cæco. Tacuit ; fidi ſenſit ab Æthere venis
Infuſum quemdam æſtum ſpeque, vigoreque plenũ:
Spargitur in vultu, mage eum redditque venuſtum:
Stipatuſque ſuis, qui preſumpſiſſe Rinaldo
Vindictam ſibi ſuadebant aſpram, obuiat illis :
Audiat armorum & quamuis ſtrepitũ atq; minarũ,
Vndique non ideo proprium greſſum ipſe remittit.
Ægide protegitur, pretioſaque veſtis adornat
Plus ſolito Heròèm : eſt palmas nudatus, & ora,
Lumen & Æthereæ tunc Maieſtatis in ipſo
Emicat inſolitum : dextra ſceptrum excutit aureũ
Ductor ; & his armis tantùm ſedare furorem
Nempe putat : Sic ſe oſtendit, ſic fatur & illos :
Et vox nil Mortale ſonat. Quæ ſtulta minarum
Verba? Et quem ſtrepitũ armorũ nunc audio vanũ?

Quis mouet? hìc cultus ſic? poſtq; pericula tantā
Sic ego ſum notus? quoquā & ſuſpectus habebor?
Quiſque doli culpet Gofredum? ac approbet illū?
Cernuo an expectatis adhuc me poplite vobis
Subijciam? cauſas adducam, votaque præſtem?
Ah nec erit verum, tantum quod dedecus Orbis
Iſte meo celebri repletus Nomine norit.
Me tegat hoc ſceptrū: me operū monuméta meo-
Nobilium: verum memet defendat & ipſum. (rū
Iuſtitiam excedat pietas modò, neue nocentes
Deſuper aſperitas pœnarum decidat omnes.
Nunc reliquis meritis hunc errorem ipſe remitto,
Inſuper & veſtro forti vos dono Rinaldo.
Sed commune nefas proprio nunc ſanguine purget
Solùm Argillanus tot culparum Author iniquus:
Suſpicione leui qui motus crimen in ipſum
Impulit & reliquos: aſt hic dum talia fatus,
Regio in ore micabāt Maieſtatis, & vnà
Horroris fulgores; Argillanus ob illud
Attonitus metuit[quis crederet?] vnius iram
Viſus. Et vulgus, qui audax, contemptor & antè
Elatus totus, verbiſque fremebat iniquis;
Quiq; manus habuit prōptas ferro, ignibus, haſtis,
Quique miniſtrauit rabiem, modò tollere frontem
Præ magnoque metu, pariterq; pudore nec audet:
Quin dicta auſcultat grauia, imperioſa ſiletque;
Et licet Argillanum obcingant arma ſuorum,
Vinciri patitur ſtricta inter vincla Miniſtris.
Sic Leo qui crines quatiebat iam antè ſuperbos;
Horrendùm rugiens, ſi poſtea luce Magiſtrum,
Quo domita eſt cordis feritas natiua ſuperbi,
Aſpiciat; ſufferre poteſt ignobile pondus,
Cum grauibuſq; minis durum imperiumq;paueſcit:
Non dentes magni, non vngues, non vellera magna
Vis neque tanta poteſt illum feciſſe ſuperbum.
Fama eſt ore truci, geſtuque ferū,atq; minantem
Viſum Alatū Equitem, Gofredum qui ante tenebat
Ægida defenſæ: nudum vibrabat & enſem
Fulmineum; hic & adhuc ſtillabat ſanguine multo;
San-

Sanguís erat verò Regnorum, & forſitan Vrbium;
Quæ tardas Superi vocitarunt Ætheris iras.
Quiſque ita ſedato ponit mox arma tumultu,
Mens malaque à multis penitus cũ ponitur armis;
Ad ſua Gofredus ſe ſe tentoria defert
Intentus varijs rebus, noua mente reuoluens:
Vrbis enim ſtatuit celſos inuadere muros
Effluat antè ſecunda dies, vel tertia ſummùm,
Inciſaſque trabes contextas machinæ in vſum
Horrendæ, atq; grauis, quàm gnauiter ille reuiſit.

HIEROSOLYMÆ VINDICATÆ

Liber Nonus.

ARGVMENTVM.

Conuenit Alecto Solmanum, inſtigat & illum
Per noctem in Francos bellum crudele mouere;
Iuſtus verò Deus, ſummo qui de Æthere ſpectat
Facta Erebi, Terræ Michalem mittit in orbem.
Per quem ſubſidium Paganis demitur illud:
Ipſorum ſe aperit damnis quæ Turma ſecuta
Armidam; fugit; haud Soldanus vincere ſperat.

AST ingens Erebi Monſtrũ, quòd turbida cernit
Pectora ſedata, extinctas & in omnibus iras,
Cum fato & pugnare nequit, decretaque magna
Diuinæ immutabilis interuertere Mentis;
Illud abit; quà pertranſit campeſtria læta
Arefacit; pallens lux Solis fitque repentè:
Alterius rixæ, alteriuſque mali Author iniquus
Ad nouum opus velox nigrentes incitat alas.
Bertoldi procul agnoſcens Prolē agmine abeſſe
Chriſtiadum cauta ſociorum fraude ſuorum.
Tancredũ quoq; cum reliquis mage fortibus armis
Atque reformidatis: inquit. Quidque moratur?
Adueniat modò Solmanus, neque creditus vlli

Adueniat: moueat bella, horrida bella geratque
De male concordi turma, partimque minuta
Næ fuerit nobis (vel ſpero) palma celebris.
Prouolat his dictis Solmanus vbi ipſe moratur
Errantes acies inter Dux factus earum:
Ille inquam Solmanus, quo non acrior alter,
Qui ſit, vel fuerit defector Numinis alti,
Immo ſuos inſtauraret ſi terra Gygantes
Nuperam ob offenſam, certè non vllus adeſſet;
Turcarũ hic habuit ſceptrũ: Imperijq; locabat
Niceæ ſedem. Ad Meandrum littora contra
Graiùm à Sangario proprias tendebat & Oras:
Miſi vbi iam coluere, Phrygeſque, & Lydia Turba,
Pontica Gens, & Bithynum. Sed quando fuere;
In Turcas arma, in Chriſti reliquoſque Rebelles,
Lata Aſiam Externis; ſua iam oppida capta fuere,
Iſque profligatus bis in certamine magno.
Denuòque attentans, fortunam expertus iniquam;
Finibus & patrijs violens eiectus in aulam
Se tulit Ægypti Regis, tunc qui extitit illi
Hoſpes magnanimus, pius, apprimèque benignus:
Quòdq; ſibi egregium comitem ſe miles ad auſum
Fortis ita offerret, famam vltra grata fuere;
Namque Palæſtinæ palmam intercludere Chriſti
Belligeris propria fuerat iam mente ſtatutum.
Antè tamen bellum meditatum indicat apertè:
Multam Arabum voluit Solmanum cogere Gẽtem.
Auri pondus ei magnum hunc ſuffecit in vſum.
Cogeret ex Aſia dum Rex, regioneque Maurum
Turmas: ſecum Arabes rediens Solmanus, auaros
Adduxit facilè & feruos, ſemperque latrones.
Factus ita illorum Dux Iudæam vndique circùm
Excurrit, prædis potitur, ſe oneratque rapinis:
Militi ob id Franco eſt maris interclſus ad vndas
Aduentus, reditúſque nouans in menteque ſemper
Priſtina prebra, ſui altas Imperijque ruinas
Pectore in accenſo voluit maiora; ſed ille
Non benè ſe reddit certum, vel permanet anceps.
Hunc adit Alecto: in vultum ſe mutat anilem
San-

Sanguine ſic vacuat, ſic rugis ora refercit:
Eradit mentum, barbataque labra relinquit:
Tela caput longa inuoluit; veſtis genua vltra
Defluit ad plantas; lateri hæret curua machæra;
In dorſo pharetram; manibus ſed geſtitat arcum.
Nos vacuas (ſic fatur enim) tranſcurrimus Oras
Deſertas, ſteriles; queis nil auferre valemus,
Laudibus atque minus dignam cōquirere palmam:
Interea quaſſat Gofredus fortiter Vrbem;
Turribus & diris iam mænia aperta fuere:
Sicque moramur aduc pauliſper, lumine noſtro
Excidium, & flammas hinc vſque videbimus ipſi.
Ergo ne Solmani fuerint nunc alta trophea
Succenſæ caſulæ, ac armēta boum, atq; bidentum?
Sic recipis Regnum? offenſas ita, damnaque credis
Vlciſi? audeto: aggredere intra ſepta Tyrannum
Tempore nocturno Longęuo credito Araſpi,
Conſilium cuius tu in Regno expertus, & exul.
Ille nec expectat nos, nos minus ille pauescit;
Et temnit nudos Arabes, verèque pauentes:
Credere nec poterit, prædis quod ſueta, fugęque
Gens audet tantum, feritas tua verò feroces
Reddet eos contra, quòd dormiat agmen inerme.
Sic illi: inque ſuos coniecit pectore flammas,
Seque leues uelox inter commiſcuit auras.
Belliger exclamat tendens ad ſidera palmas
O mihi qui tantum irritas in corde furorem:
Non es homo, quamuis hominis pateſeceris ora:
Nil moror, ecce ſequor, venio quò deuocor abs te.
Aduenian, Montes attollam, vbi ſubiacet ęquor
De nece mulctatis, Montes per uulnera læſis:
Sanguine conficiam flumen. Nunc iungito mecum,
Tu cæcis mea tela regas properanter in vmbris.
Conticet. abſque mora cogit turbas, animatque
Cum vili reſidem dictis, ardore ſuoque
Illum ſectari totum ſuccenditur agmen.
Dat litui ſignum Furia, & ſimul explicat ipſa
Vexillum proprijs manibus. Citò Caſtra mouentur
Sic currunt, ut perueniant famę ante volatum.

Secum adit Alecto : & pòſt linquit, nunci ad inſtar
Induit & formam, ac habitum: quo tempore dein
Anceps, diuiſuſque Orbis remanere videtur
Per noctem, atq; diem, Solymorum illabitur vrbi
Per turbas, Regemque adiens denunciat ipſi,
Proxima quòd numeroſa Cohors, de mēte ſtatuta,
Nocturno aggreſſu, de hora, ſigno infimul ipſo.
Horridum at à fuſcis velum diſtenditur vmbris
Quod ſparſum apparet, tinctumque vapore rubēti.
Sanguineo, tepidoque ſolum iam rore madeſcit
Pro noctis glacie. Repleturq; Æthera Monſtris.
Cum fremitu Laruas audis errare malignas:
Dux Erebi Pluton imas depleuit Abyſſos;
Tartareiſque ſuis totam noctem ille cauernis
Prompſit: & horrorem per eum tentoria verſus
Hoſtica Soldanus tendit. Cùm noctis at vmbra
Aetheris aſcendit medium, ex quo poſtea præceps
Illa ruit; deguſtat vbi Gens Gallica ſomnum,
Accedit milio minus, hìc enutrit & agmen,
Poſtea fans de alto, aggreſſum eſt hortatus ad acrē.
Cernite vos illuc Turmam nunc mille rapinis
Oppletam, mage famoſam, quàm viribus, armiſq;
Inſignem: gazas Aſiæ iam abſorbuit omnes
Iſta vorace ſinu proprio vaſti æquoris inſtar.
Hanc vobis (neque poſſet fortè minore periclo)
Nunc veſtris manibus ſors tradit amica, fauenſque;
Arma, & quadrupedes oſtroque auroque ſuperbi
Exuuiæ fuerint veſtræ, defenſa nec illis.
Hoſtis hic ille neque eſt, à quo Gens Perſica victa,
Turbaque Niceæ longo reſtincta remanſit
In bello maior pars: ſi foret integra & omnis,
Nunc immenſa ſopore profundo eſt, infimul armis
Nuda. Citò premitur, ſomno qui multa grauatur:
A' ſomno ad mortem curriclum perbreue reſtat.
Ergo venite: ego membra ſuper languentia primus
Intra ſepta volo latum recludere callem.
Omnis ab enſe meo lethalia vulnera ferre,
Sæuitiem ſimul exercere addiſcat, & artem.
Regnum hodie Chriſti noſtros per concidet enſes;
Libe-

Libera planè hodiè fuerint Aſiatica Rura.
Vos omnes hodiè clari: Ad uicina pericla
Flammat ità: ulteriùs tacitè perducit & illos.
En per iter commixtam incerta luce per umbrā
Proſpicit excubias, cautum, reperitque paratum
Ductorem quoque (nam contrà ſibi ſuaſerat antè)
Hæ plantas referunt clamore, ut ducere turbas
Conſpexere tot: id circò cuſtodia prima
Soluitur è ſomno, utque poteſt accingitur armis.
Tunc Arabes ſonitū ære cauo dant,namq;pateſcunt
Et clamor; ſtrepituſq; pedū,atque hinnitus equorū
It Cælo horribilis mixtus, Mons mugijt altus,
Mugijt & Vallis, mugitibus ipſaque Abyſſus,
Reſpondit: flammaſque citò Phlegetontis Erynnis
Suſtulit, & ſignum dedit alto Monte moranti.
Præcurrit Soldanus: adhuc nullo ordine ad illas
Peruenit excubias rapidè, vt turbata procella
Monte cauernoſo mage lenta exire putetur.
Torrens,qui arboreos truncos, caſulaſque reuellat:
Fulgur, quod ſternat Turres, ſuccendat & vnà:
Terræ qui motus terrore hunc impleat Orbem,
Illius haud æquè poſſunt ſimilare furorem.
Decidit haud vnquam ferrū,quin imprimat ictū:
Imprimit haud ictum, uulnus quin inferat ingens.
Vulnus non figit, uitam quin auferat ulli.
Maius & affereré, at uerum falſi induit ora.
Fingere, ſiue dolere minus certè ille uidetur.
Neue graues ictus hoſtis ſentire lacertùm
Tinniat icta licèt caſſis campanulæ ad inſtar,
Ardeat, atque micet. Tunc ut primam ille fugauit
Penè aciem Francùm ſolus; Torrentis ad inſtar
Pluribus ex riuis collecti, Turba Petrea
Peruenit accurrens. Laxis tunc Francus habenis
Effugit, admixtus fugientes Victor & inter
Vadit, & ingreditur cum ipſis ſimul hoſtica caſtra,
Horrore, exitio, totum luctuque repletur.
Soldano ſupra galeam horridus Anguis,& ingēs
Fertur, hìc extendit ſe ſe, collumque reſoluit:
Se ſuper attollitque ungues, & diſplicat alas,

Forcutam & caudam ſinuoſum lunat in arcum ?
Tres linguas vibrare, & liuentem edere ſpumam,
Sibilus illius comprendique aure videtur:
Et modò quòd feruet pugna, *inflammatur & ille*
In motu, fumum, & flammam ſimul efflat ab ore.
Lumine ſpectanti ſic ſe Soldanus in illo
Terribilis præbet; ſicut miratur in vmbris
Nauita turbatum Oceanum inter fulgura mille.
Planta fugæ his trepidans, illis committitur enſi
Dextra nihil metuens; ſemper miſcetque tumultus
Nox magis, occultanſq; pericla, pericula adauget.
Qui magis inter eos monſtrarunt fortia corda,
Tur c mouit natus non longe a Thybre Latinus;
Cui laſſum corpus minime fecisse labores
Annorum grauitas, nec adhuc infringere vires
Sufficiens fuerat. Lateri ſua quina propago
Penè ſibi proprio compar haerebat vbique
Afforet in bello ſemper; creſcentia, & armis
Membra grauans, teneros & præter tempora vultus,
Et patris exemplo flammati ſanguinem ad arma,
Atque iras acuebant, ipſis dicit eamus,
Quo ſpectamus eum in noſtros ſæuire fugaces.
Neu ſolitos animos vllà ratione moretur
In vobis, quam de reliquis agit horrida ſtrages;
Vilis honos eſt, quem non ornat præuius horror.
Sic natos, quorū nondum eſt coma pendula collo
Creuerunt nec eis vngues, non oris, & arma:
Trux Lea perducit ſecum ad prædam, adq; pericla
Incitat, atq; ſuo exemplo in ſæuire Latronem,
Qui minus exturbat proprium, corpuſq; ferarum
Fortè minus fugat. Aſſiſtit male cauta Parenti
Turba bono: aggreditur Soldanum, cingit, & vna
Conſiliumque vnum, mens vna, ipſoque momento
Sex haſtas quaſi agit longas; ſed prænimis audax
Arboreum maior natu en haſtile relinquit,
Illo cumque ferro ſtringit ſe ſe enſeque acuto
Tentat, vt incaſſum ſonipes ſub decidat ipſum
Mortuus. At ſcopuli ceu frons expoſta procellis,
Quæ iugibus perculſa vndis ſuper eminet æquor,

Suſti-

Suſtinet, & tonitrus, atque omnes Ætheris iras ;
Suſtinet iratos ventos, immenſas ſuſtinet vndas ;
Sic frontem ſoldanus in enſem opponit , & haſtas
Firmiter audacem , & tentanti ferre caballo
Enſe ſuo plagas, ceruicem diuidit inter
Et cilia , & malas. Aramas pia brachia fratri
Qui ruit, extendit dilecto , & ſuſtinet illum.
Inſana eſt pietas, propriæ quæ cauſa ruinæ :
Deijcit en enſem; illum interciditque lacertum ,
Ethnicus effultum, fulcientem ſternit, & ipſum.
Ambo cadunt,languent ambo,vnus mēbra, ſuperq;
Alterius, ſummos gemitus cum ſanguine miſcent.
Hinc vbique confregit prælongum haſtileSabini,
Quo Iuuenis porrò diuexat, equum vrget in ipſum
Percellitque adeò , vt deturbet multa tremen tem.
Poſteà conculcat. Molli de corpore fugit
Quàm violens anima, ingenti, mœroreque liquit
Vitæ huius dulces auras, hilaroſque tenelli
Laudatoſque dies æui. Laurentus, & vnà
Picus erant viui, queis iam ditauerat vnus
Dilectus Patrem fœtus ,ſic ambo fuere
Aſſimiles, cauſa erroris grati eſſe ſoleret
Haud rarò ſimiles Natura effinxerat illos ;
Abſimiles valde fiunt nunc hoſte furente.
Diuidit a collo truncum vni pectus , & vni
Incidit, Pater (haud vltra pater ! ah fera fata !
Quæ natis ipſum viduarunt tempore eodem)
Miratur proprium funus modò funere quino ,
Funeribuſque ipſis ſtratum Genus omne ſuorum.
Neſcio, qui ſit ei ſenium tam forte, feroxque
Ærumnis adeò in diris , vt ſpiret , & vnà
Pugnet adhuc : Natorum haud vidit forſitan actus ,
Oraque cæſorum . Nam oculis ex parte tenebræ
Ipſius obſuerant luctum Nihil attamen illi
Vincere carum eſſet , ni ſe quoque perderet ipſum ,
Prodigus ipſe ſui , alterius nunc factus auarus
Sanguinis ! haud noſtes maior , quæ corde cupido
Demere ſiuè alijs , propriam vel perdere vitam.
Debilis eſt ergo manus hæc ſic (clamat ad hoſtē)

Teman-

Temnitur atq, adeò, ut nequeat mea pectora cōtra
Inceſſiſſe tuam feritatem? conticet, ictum
Lethiferum iacit, ut lamellas frangat, & anſas:
Peruenit uſque latus, uulnuſque infigitur ingens,
Vulnere deque ipſo tepidus cruor exit abundè.
Clamore, atque ictu tali conuertit in ipſum
Barbarus & gladium, atque iram. Mox diſcidit illi
Thoraca, ante tamen clypeum, quē tergora ſeptē
Obcingunt ſolida: imerſitque in uiſcera ferrum.
Elicit infelix ſingultum, ſicque Latinus
Expirat, per & os uomitu, & per uulnera ſanguis
Effluit. Alpina ut quercus, quæ ſpreuit & euri
Et Boreæ pugnam, inſolitus ſi denique turbo
Dilaceret, circum quoque ſtantes deijcit omnes
Cum proprio caſu plantas: ſic corruit ille
Vi tanta, ut quibus incumbit ſecum attrahat illos;
Et talis uir, tamque ferox benè dignus habetur,
Vt moriens etiam altas deferat ipſe ruinas.
Dumque odiū internū exercet Soldanus acerbus
Artubus, & longa humanis ieiunia paſcit:
Gente Arabum, quæ animū cepit de milite Chriſti
Viribus ex totis ſtrages tunc editur ingens.
Anglicus Henricus, ſimul Olfernuſque Bauarus
Tartara cæca petunt oper te ſæue Draguttes.
Mox Ariadenus Gilberto, unàque Philippo
Sub Rheno natis uitales abripit auras.
Erneſtus claua Albayzarro ſternitur acri:
Ottho cadit gladio forti Algazelle ſub uno:
Funera quis uerò uaria, & diuerſa renarret,
Quantaque turba cadat uili de ſtirpe creata?
Lectus erat ſomno à primis clamoribus uſque
Gofredus, neque deſes erat. Iam tectus ab armis,
Iamque manum ingentem legit, iam mouit & unà
Cum reliquis. Sed poſt clamores ille tumultum
Audijt, aſſiduè magè qui reſonare uidetur:
Militis Arabici ſibi ſuaſerat eſſe Latronis
Aſſultum: quando Regionem excurrere circùm
Non ignarus erat; quamuis certò ipſe putaret
Turba fugax adeò, quod nunquam inuadere tentet;
Dum

Dum venit, exaudit replicarier Arma repente,
Arma loco ex alio. Cælum reſonareque eodem
Tempore barbaricis horrendum vlulatibus. Iſta
Clorinda eſt, quę ducit ad aggreſſum agmina Regis;
Ipſius eſt Argas lateri. Dux poſteà clarum
Vertitur ad Guelfum, qui pro ſe munera obibat:
Quis nouus (audito) belli nunc partibus Vrbis,
Et collis veniat ſtrepitus; primos tua virtus.
Arſque tua eggreſſus illud, quod comprimat hoſtis
Eſt opus ergò petas, cunctis tu perſpice rebus;
Ex iſtiſque meis tecum volo ducere partem:
Cum reliquis aliâ tendam cohibere furorem
Intereà hoſtilem. Iſta mente mouetur vterque
Sorte pari. Abſque mora vlla per diuerſa viarum
Ad collem Guelfus, Ductor contendit, & illuc
Genti vbi Panchaiæ fermè eſt contentio nulla:
Hic vires paſſim, Genteſque acquirit eundo:
Sicq; potens factus vadit, quò ſanguinis acer
Thrax fundit multum. Sic ripam nec Padus arctam,
Monte ſuo natiuo humilis cùm defluit, implet;
Quò verò mage abeſt à fronte, ſuperbus abundat
Viribus adiectis. Tauri confinia frontem
Fracta ſuper tollit, pòſt circum victor inundat;
Cornibus Adriacas oras multiſque repellit,
Et bellum Pelago dicis, non ferre tributum.
At Gofredus vbi gentes vertiſſe tuetur
Terga ſuas, accurrit eis, grauiterque minatur.
Quis timor (inclamat) nunc hic eſt? quò fugitiſque?
Cernite vos quis agat ſaltem. Viliſſima turma
Vos fugat: hæc accipere in faciem vel vulnera ferre
Neſcia: ſi contra ſe ipſos verſam eſſe videbunt,
Dumtaxat veſtri conſpectus arma paueſcent.
Talibus vrget equum dictis, ſe vertit & illuc,
Proſpectauit vbi Solmani incendia atrocis.
Per cinerem rapidus contendit, perque cruorem,
Per gladios tranſit, per cædes, perque pericla.
Impete, & enſe vias aperit, vel de mage clauſas
Inſtructas acies ſoluit, vel præ omnibus acres:
Sic equites, & equos, armatos, armaque parte
Vtraq;

Vtraque euertit. Stragem ſuper irruit vltra
Aſſultim. Intrepidus Soldanus qui audit ad acrem
Aggreſſum veniſſe minus fugit, arte nec vlla
Declinat; verùm fit protinus obuius ipſi,
Atque leuans ferrum accedit, quò ſauciet ictu.
O quales binos Equites modò partibus vnit
Fortuna extremis, faciant vt magna pericla.
Hic furor in ſummam virtutem cernitur ardens
Vaſtum Aſiæ imperium exiguo contendere in orbe,
Quàmq; graues enſes tractentur, quàmq; volucres.
Ore quis enarret? conflictus quàm ſit acerbus?
Horrenda hìc ego prætereo, quæ facta fuere:
Nox ea ſed texit: claro digniſſima ſole,
Lumina terrigenum còëant & cuncta videre.
Poſt modò Ductorē hunc Chriſti-gēs reddita fidēs
Antè ruit: melior Soldanum turma ſuorum
Incingunt. Neque fida magis, quàm infida cruore,
Neue magis gens hæc campum, quã purpurat illa;
Victi, & victores ſternunt, ſternuntur & æquè.
Ceu animis paribus veniunt; & viribus æquis
Hinc Auſter, Boreas illinc ad prælia dira:
Cedere quiſque negat, non Cœlũ, non mare cedit;
Nubibus at nubes, opponit fluctibus vndas.
Haud ſecus hìc neq; neue illic inflectere pugna
Aſpicitur conſtans. Dirè concurritur vnà,
Cum clypeo clypeus, cum enſe enſis, caſſide caſſis
Stat. Sic parte alia certamina dura geruntur,
Et ſunt Belligeri denſi. Plus nubila mille
Tartareum Aligerum replerunt Aëris arua:
Paganis animum dant; ſic veſtigia retrò
Vertere nemo putat. Dirus ſuccenditur Argas
A' face tartarea, proprio flammatus & igne.
Ille ſua excubias etiam de parte fugauit,
Septaque per ſaltum præceps ſe ſe intulit alta.
Compleuit foſſas laniatis artubus imas,
Æquauitq; viam, aggreſſum facilemque peregit:
Hoc ſectati alij dehinc tentoria prima
Sanguine tinxerunt. Secum Clorindaque adibat,
Paulò illum vel ponè, loco ſuccenſa ſecundo.

Carpere iamque fugã Francũ Gens; tẽpore quãdo
Huc venit Guelfus propria comitante caterua;
Atque dedit rurſus fugitiuis vertere frontem,
Suſtinuit conſtans Populi infidique furorem.
Talis erat pugna, in riuos currebat & æquè
Sanguis in hanc partem, nec non profuſus in illam.
Interea ſolio excelſo Rex ſummus olympi
Lumina ad importunum bellum verſa tenebat.
Quà bonus, & iuſtus ſimul illic ille ſedebat,
Iura dat ac Orbi, totum producit, & ornat
Ima ſuper parui iſtius confinia Mundi,
Quò nullus ſenſus, rationeque peruenit vlla.
Æternoque Throno quoque luce nitebat in vna:
Luminibus ternis, fatum, naturaque ſubſtant
Ipſius pedibus cum motu, tempus & ipſum
Et locus. Illa ſimul, quæ fumi, aut pulueris inſtar
Ventoſos hominum faſtus aurum, Regnaq; perdit,
Vt libet, & voluit: nihilque Dea æſtimat iras
Terricolùm. Splendore ſuo hic inuoluitur ille,
Vt mage dignorum perſtringant lumina digna:
Lætitia Aligeri æquales, non attamen æquè
Stant circum innumeri. Ad concentum Regia Cęli
Læta beatarum laudum ſonat. Aduocat ad ſe
Mox Michaelem, adamanteis qui fulget in armis?
Sic & ei. An ne vides dilectum quomodò ouile
Cuncta manus Pluti in noſtrum ſe colligat armis,
Mortis ab vſque ſuæ immo terræ vexet vt orbem?
Exurgat? petito, bellique relinquere curam
Militibus, quorum tantùm ſunt munera, dicas:
Addito, quod terram, puras non turbet & oras
Ætheris, inficiatque veneno: aſt ille reuertat
Protinus obſcuras inferni Acherontis ad vmbras,
Quæ loca ſunt addicta ſibi, ad tormentaque iuſta:
Hic cruciet ſe ipſum prauis cum manibus orci,
Sic ego nunc iubeo, noſtra ſic mente ſtatutum.
Conticet: Aligerum Princeps mox poplite cernuo
Se dijs curuat pedibus. Magnum inde volatum
Corripit auratis alis ſic ales, vt ipſam
Exuperet mentem. Lucem in qua firma Beati

Eſt

Eſt ſedes, penetrat; chryſtallum poſtea pura
Qui rotat ornatus ſtellis miratur, & orbem
Ille rotare Iouem, atque Saturnum parte ſiniſtra
Atque alios, quos errantes neque dicere poſſes
Angelica ſi informantur virtute, mouentur
Et pariter. Venit è campis hic poſtea lætis,
Perpetuoque ignitis, vndeque decidit imber,
Et tonat, orbis vbi nutrit, ac deſtruit ipſum
In bellis moriturque ſuis, etiamque reſurgit;
Excuſſis veniens alis pellebat is vmbras.
Aurea de fuſca fiebat lumine dio
Nox; vultus rutilans circum quod ſpargeret extrà.
Sic ſolet & Phœbus pulchros in nube colores
Spargere poſt imbrem. Liquidum ſic ſtella ſerenum
Diſcindens, cadere aſſueſcit telluris in aluum.
Aſt vbi peruenit, quò iam manus impia Auerni
Paganum accendit populum, ſtimulatque furorem,
Aere pęnarum vi inſiſtit, & eubrat haſtam.
Sic & eos fatur. Vos tandem noſſe poteſtis,
Fulgure quo horribili ſummus Rex intonet Orbis,
O quoque contemptu, extremis pœniſq; ſuperbi.
Æthere decretum, quòd ſub venerabile ſignum
Mœnia ſubijciat Solymorum Vrbs; oſtia pandat.
Quorſum luctari fato? cœleſtis & aulæ
Quid ſtimulare iras? maledicti pergite veſtra
Pœnarum ad Regna, immortalis Regnaque mortis
Clauſtraque ſint in eis æternum debita vobis,
Sint ibi conflictus veſtri, veſtrique triumphi.
Veſtram ibi ſæuitiem veſtras tractateque vires
In prauos clamore iugi, in ſtridoreque dentum;
Et ferri ſonitum excuſſit, duraſque catenas.
Sic ait, & quos conſpexit ſecedere lentos,
Impulit, atque etiam fatali perculit haſta.
Oras cum gemitu lucis liquere venuſtas,
Aurea & aſtra citi Ingentem cepere volatum
Ad loca cæca Erebi pœnis cumulare ſceleſtos.
Nō volucrū examē tam ingens præteruolat ęquor,
Frigora cùm horrentes terris glomerantur apricis;
Arida nec folia autumni tot frigore primo
Lapſa

Lapſa cadunt. Piceam mundi illam libera ab illis
Machina deponit faciem, & mox læta videtur.
Non ideo Argantus flammato in pectore deeſt
Et furor, atq; animus, quãquam non ſperet Eryñis
Flammam in eo, ſtygium nec verberet ilia lorum.
Is crudele rotat ferrum, quà denſior eſt gens
Francorum. Metit & viles, metit atque potentes;
Et capita alta mage imis ſic æqualia reddit.
Diſſita non Clorinda eſt ſpargit & artubus illa
Non minus obtruncis campũ: enſẽ in pectora figit
Per cordis medium Berlingio, vt ſanguine tinctus
Vſque humeros extra penetrarit. Sauciat inde
Albini guttur: Gallò diſcindit & ora.
Decidit in terram Gerneri dextra per illam
Obtruncat, prius fuerat quà vulnere læſa.
Ceſaque tractat adhuc ferrum: digitoque trementi
Semianimis manus in tellure elabitur ipſa.
Principio fruſtra proprio ſic, vnde reciſa,
Nectere ſerpentis curat ſe caua tumentis:
Illum adeo malè tractatum Clorinda relinquit.
Inde in Achillem ſe vertit: demittit & enſem;
Inter ceruicem, collumque acommodat ictum:
Truncatis penitus neruis, & gutture ſecto
Decidit antè caput: uiſum maculauit & antè
Puluere, quã caderet truncus; miſerabile monſtrũ!
Truncus equo inſiſtit: freno ſed liber ab omni
Denique mille rotis calcitrans deijcit illum.
Dum fera Bellatrix aperit, grauiterq; flagellat
Occiduas acies; propè eam Gildippa ſuperba
Non minus è contra de Agarenis impia ſtrages
Editur. In ſexu ſimiles, ſimiles & in auſu:
Virtute abſimiles ambas neque cernere poſſes.
Clara ſed inter eaſdem ſe feciſſe pericla
Nunc renuit fatum; maiorem ſeruat ad hoſtem.
Hinc vna impellit, non hinc minus altera inurget,
Nec valet ingentem, & denſam diſſoluere turbam;
Sed tunc á Guelfo in Clorindam ſtringitur enſis
Magnanimo, vicinus ei fit: tingit & enſem
Demiſſo in niueum latus ictu; cuſpide & illa
Reſpon-

Reſpondet tragicè, coſtas quæ ſauciat inter.
Tunc ictum repetit Guelfus, non percutit illam:
Præteriens autem prō ipſa accipit Oſmida plagam
Fortè Paleſtinus, frontem vt decidat eidem.
Militis aſt ab eo ducti gens plurima Guelfum
Se cogit circùm: ſicut quoque creſcit ab hoſtis
Parte, ita miſcetur pugna, & confunditur aſprè.
Purpuream interea cœleſti Aurora feneſtra
Monſtrabat faciem: Argillanus eoque tumultu
Carcere ſe proprio cautè iam ſoluerat acer:
Iſteque nec certis rapidè ſtipatus ab armis,
Tempore quæ tali fortuna ipſi obtulit anceps,
Siue forent bona, ſiue mala, emendare recentes
Laudibus errores ibat, meritoque recenti.
Qualis equus ſtabulo regali excuſſus habenas,
In quo militiæ ſolum ſeruatur in vſum
Effugit, & liber latos per denique campos
Currit ad armenta, ad fluuium, vel paſcua nota
Luxurians: luduntque iubæ per colla, per armos:
Arrecta excutitur ceruix, valdeque ſuperba:
Dant ſonitum in curſu plantæ; & flagrare videtur,
Arua replens crebris hinnitibus omnia acutis.
Peruenit Argillanus ita. ardet luce feroci:
Intrepidus fronte eſt, ipſa ſublimis & vnà:
Eſt leuis in ſaltu, pedibus celer, imprimat vt vix
Signa in humo. Medios ſed poſtquā venit in hoſtes,
Eleuat is vocem tanquam vir, qui audeat omne,
Et curet nihil. O vilis fex totius orbis,
O ſegnes Arabes, tantus quà prouenit auſus?
Vos galeæ & ſcuti pondus regere eſtis inapti:
Vos pectus lorica, vos armareque dorſum;
Sed pauidi, & nudi vento committitis ictus:
Creditis alitibus plantis veſtramque ſalutem.
Veſtra opera, egregiæque artes ſunt tēpore noctis:
Nox dat opem vobis. Modò quæ defenſio veſtra,
Dum fugit? Eſt opus ah vobis melioribus armis,
Et virtute magis ſolida. Dum diceret iſta,
Intulit ictum Algazello per guttura talem,
Vt fauces ſcinderit, verbum truncarit & vnà,

Moue-

Mouerat ex templo, quod reſponderet vt illi.
Huic miſero lumen ſubitarius inuolat horror,
Prædurumque gelu diſcurrit cuncta per oſſa.
Decidit, & moriens tellurem dentibus oſam
Oppletus rabie mordet. Necat hìc Saladinum
Per varios caſus, Muleaſſem, deinde Agricaltum:
Diuidit Aldiazellem ictu, qui proximus illis.
Summo transfixum Ariadinum pectore ſternit;
Poſtea prætumidus dictis irridet acerbis.
Ille graues oculos attolens talia contrà
Emoriens, verbis fecit reſponſa ſuperbis.
Quiſquis es ò tu, non fuerit tibi tempore longo
Cædis honos huius, victor neque lætus adibis.
Te manet haud diſpar fatum, meliore lacerto
Tu quoque me iuxtà procumbes. Riſit amare;
Aſtra meam curent ſortem: intereà morere (inquit)
Eſca canum, & volucrum: pedeq; illũ poſtea calcat,
Extrahit, & ſæuum cum anima de pectore ferrum.
Turba erat eiaculatorum commixtus Ephebus
Soldani, cui nondum ætas lanugine pulchrum
Spargebat prima mentum, ſudataque ſtilla
Margarita apparet, qua mala venuſta rigatur:
Puluis inornatis Venerem quoque crinibus addit:
Et rigor iratus vultu ſpectatur in illo
Dulcis. Torquet equum niueo candore decorum.
Non ita turbo rotat, non flamma aſcendit in altum
Sic rapidè; ſicut promptus leuis, ales, & ille
Per mediũ ſtringens frameã euibrat; atq; machæra
Pendula adeſt lateri valde breuis, atque retorta:
Barbarica, & pompa intertexta, & murice, & auro
Mirificè ſplendet. Terrenæ laudis amator
Dum puer hinc, nec non illinc cuncta agmina vexat
Nemoque adeſt aliquod bellum, qui conferat ipſi;
Obſeruat caute Argillanus in orbibus illis
Tempus oportunum, longam quo torqueat haſtam
Nactus, & id; ſtrauit clam cæde caballum,
Et vix ſurrexit: quod, & ipſe ſuperſtat eidem.
Supplicem, & in vultum, qui ſe defendere telis
Ne quicquam curat pietatis; barbarus ille
Dire-

Direxit palmæ nihil exorabilis ictum:
Et mage naturæ pulchrum uiolauit honorem;
In gladio ſenſus fuit; hoſte humanior enſis;
Verſus enim cecidit latus. Quid profuit autem?
Si repetens ictum grauiter, quo errauerat antè,
Percuſſit? Solmanus, qui iam proſpicit illinc,
Gofredo remoratur vbi certamine in acri,
Deſerit extemplò conflictum, uertit, & urget
Quadrupedem, ut Iuuenis conſpexit certa pericla:
Enſe uias aperit clauſas, ſed tempore non eſt
Auxilij, aſt uindictæ (proh dolor!) *ille iacentem*
Lesbinum ſpectat quaſi florem falce reciſum;
Actibus & bellis oculos languere trementes
Miratur, tergum ſupraque recumbere collum:
Sic lepidus pallor, pietas ab imagine mortis
Sic dulcis ſpirat; cor ut demulſerit illud,
Iam quod erat marmor, media manauit & ira
Fletus. Tu Solmane gemis, qui diruta regna
Iam tua ſpectaſti conſtanter lumine ſicco?
At pueri hoſtilem ut fumantem ſanguine ſicam
Cernit adhuc; cedit pietas; accenditur ira,
Et feruet, lachrymaſque ſuas in pectore ſtagnat.
Irruit Argillanum, læthiferum eleuat enſem:
Oppoſitum clypeum diſcindit, caſſida & inde,
Inde caput, pariterque gulam: percuſſio talis
Digna quidem Solmani ira. At non ille quieſcit:
Deiectum quòd equo bella & crudelia confert
Corpus in extinctum: qualis de marmore iacto
Percuſſus latrans rabido illud dente remordet.
O'verè immodici ſolamina uana doloris,
Senſibus in terram prorſus ſæuire carentem!
Interea non fruſtra iras ſpargebat, & ictus
Francorum Dux cum lorica, caſſide, ſcuto,
Corporeque indomitos iugiter, ſuetoſque labori
Audaces animo, caſu expertos & in omni
Mille ibi ſe circum Turcas, & Thraces habebat;
Militiæ Solmani antiquę turma fuere,
Qui ſecum Arabiæ iuerunt per inhoſpita rura,
Fortunis & in aduerſis quoque ſemper amici.
Nunc

Nunc iſti benè collecti inſimul ordine denſo
Aut nihil, aut paulum uirtuti cedere Francum.
Irruit in medios iſtos Gofredus, & ora
Corcuti, latus & Roſteno perculit acri:
Inde caput forti Selimo diſſoluit ab armis:
Poſtea Foſſano detruncat vtrumque lacertum.
Non hos tantùm: alios quamplures vulnere læſit
Mille modis, dedit & multorum corpora morti.
Dum Saracenorum gentem ſic ille flagellat,
Suſtinet atque ictus: nec adhuc inclinat ab vlla
Barbarum ad exitium ſors, ad ſpem parteue certam;
Pulueris attiguam nubem ſubitò ecce recentem,
Dira ſinu proprio quę geſtat fulgura belli;
Fulgorem ecce repẽte armorum prodere magnum;
Mirificè Paganorum qui terruit agmen.
Quinquaginta Equites ſunt, puro veſte decori
Argento qui ſacratum Crucis, atque triumphans
Purpureæ expandunt ſignum. Nunc ſi mihi centum
Ora forent, linguæ totidem, ſi ferrea virtus,
Ferrea vox, numerum cædum narrare nequirem,
Turma ferox primo aggreſſu quas intulit illa.
Hic imbellis Arabs cadit, hìc in Turcaq; fractus
Depugnans, multùmq; repugnãs occidit ipſe.
Sæuities, horror, formido, luctus & vnà
Vndique diſcurrunt: diuerſa in imagine mortem
Vndique victricem errare, exundare lacumque
Sanguine conſpiceres. Iam Rex cum parte ſuorum
Extra ſe tulerat portam, quaſi præſcius atri
Euentus: hinc ſuppoſitam ſpectabat ab alto
Planitiem ancipiti quoque cum certamine duro,
Maius vbi verò inclinare aſpexerit agmen,
Protinus ære cauo ſignum facit ille receptus:
Pluribus & nuntis Clorindam, Argantaque retro
Cedere contendit; verùm parere recuſant
Ambo cruore ebrij, inſano cecique furore.
Denique iam cedunt, turbas & cogere ſaltem,
Greſſibus & timidis tendunt imponere frænum.
Lege quis at vulgus torquet, vilem timidumque
Quis docet? eſt fuga capta. Alios diſpergere ſcuta:

Exarmare vides alioſ dextram: impedit enſis,
Non tegit. Inter & æquor, & vrbẽ eſt cõſita vallis
Aſpera ab occaſu, quæ ſe diſtendit ad Auſtrum.
Huc fugiunt rapidè Pagani, obſcuraque nubes
Pulueris exurgit, vertit ſe & mœnia verſus.
Præcipites ita dum ima petunt, tunc gente fideli
Editur horribilis ſtrages. Sed poſtea montis
Ardua dum ſcandunt Regis prope Barbari habebãt
Subſidium; damno non vult ſe exponere Guelfus
Inferior poſitu; gentes idcircò refrænat:
Rexque ſuas claudit non paucas martis iniqui
Relliquias. Quæ vi poterant fieri, omnia fecit
Soldanus; proprijs non pollet viribus vltrà.
Sanguine permiſtè totus, ſudoreque opertus
Aſpicitur: grauis & quàm creber anhelitus ipſi
Excruciat pectus, defeſſa ac ilia torquet.
Sub clypeo cubitus flacceſcit: dextera ferrum
Pigra rotat; frangit, non cædit factus & enſis
Obtuſus, proprium gladij iam perdidit vſum.
Aſt vbi ſe talem præſenſit; manſit vt anceps,
Cogitat & ſecum, an manibus conſciſcere mortem
Debeat ipſe ſibi, atque alijs hanc demere laudem:
Ponere an in tuto vitam licèt agmine fuſo
Viuens. Vincat [ait] fatum: fuga ſitque tropheum
Hæc mea palmæ eius. Mea terga tuatur,
Exiliumque meum rurſus derideat hoſtis;
Dummodò me armatum videat, ſic denuo pacem
Perturbare ſuam, neue vllo tempore regnum
Sat firmum. Non cedo: meæ monumenta manebunt
Perpetua offenſæ, grauiorque mea ira manebit.
Vmbra, cinis tumulo ſemper ſurgam acrior hoſtis.

Finis Libri Noni Hieroſolyma Vindicatā
R. D. Hieronymi de Placentinis.

HIEROSOLYMÆ VINDICATÆ

Liber Decimus.

ARGVMENTVM.

DVm ſua committit Soldanus membra ſopori,
Illum adit Iſmenus; furtim intra tecta Sionis
Perducit. Recreat mox languida corda Tyranni;
Errores Gofredus percipit aure ſuorum.
Petrus, vbi poſitus timor eſt de morte Rinaldi,
Ipſius enarrat meritum, laudeſque Nepotum.

FANS ita, vidit equum plantas veſtiſſe vagantes
Se propè. Non rectas vlli mox carpit habenas;
Et conſcendit eum, ſi triſtis, membraque laſſus.
Iam conus cecidit, fuerat qui multa timendus:
Caſſida facta humilis, primo abſq; decore remãſit:
Eſt effracta clamys: pompæ nunc vlla ſuperbæ
Priſtina regalis minimè veſtigia ſeruat.
Vt lupus effugiens clauſo depulſus ouili;
Ventris ei quamquam ſit plena profunda vorago,
Sanguinem adhuc ſitiens hic linguã detinet extra;
Et labijs valdè turpatis lambit & illum;
Ibat non aliter cladem poſt iſte cruentam
Non ſatur ingluuie propria. Se forte benigna
Telorum nimbo circum qui deuolat ipſum
Enſibus & tot, totque haſtis, tot denique lethi
Eripit inſtrumentis: atque incognitus vltrà
Progreditur, quà ſunt ſemper deſerta viarum:
Et quid opus facto ſit multùm mente reuoluens,
Anxius in magno curarum fluctuat æſtu.
Deniq; quò Ægypti numeroſum contrahit agmẽ
Rex, ſtatuit ſe conferre, armaq; iungere ſecum,
Fortunam & dubiam pugna tentare recentĩ.
Hoc animo præfixus, iter non tempora perdens
Dirigit antiquæ fabuloſa ad littora Gazæ.
Ritè vias callet; Duce nequaquam indiget vllo.
Quòdque dolor ſemper plagarum fiat acerbus;

Corpore adhuc ægro, atque graui nō ille quieſcit:
Arma minus ponit: tota ſed luce laborat.
Quando dehinc varios aſpectus abripit Orbi
Caligo tenebroſa, nigros fingitque colores;
Deſilit: inuoluit ſuſcepraque vulnera linis:
Et fructus palmæ, vt meliùs valet, excutit altæ;
Anxia paſtus ijs tellure recumbere quærit
Ilia: ceruicem & clypeo hærens ſiſtere motus
Curarum. Dolor at plagarum ſemper in horas
Crudeſcit; pariter multùm corroditur & cor
Vulturibus binis; ira nempè, atque dolore.
Denique cum latè circùm iam cuncta ſilebant
Sub mediam noctem: magno languore ſubactus
Ille graues curas in lethe, adeoque moleſtas
Sopiuit, triſtes artus languente quiete
Multâ breuiq; ſimul laxauit, lumina & ægra.
Inter adhuc ſomnos audit de voce ſeuera
Aure ſuper: O Solmane, o Solmane, tonabat,
Tempora tam lentam ſerua in meliora quietem:
Patria namque, vbi regnaſti, captiua tenetur
Barbara adhuc Gête. Hac terra das membra ſopori,
Nec memor hìc nullo tumulo oſſa iacere tuorum?
Tuque, vbi tanta tui apparent veſtigia probri,
Luciferum deſes modò præſtolare ſequentem?
Soluitur à ſomno Soldanus: lumina tollit.
Vir ſibi conſpicitur ſenio pleniſſimus, ægrâs
Qui plantas ſiſtit baculo, & veſtigia torquet.
Illicò: Tu quis es (iratus ſcitatur ab illo)
Quod phantaſma importunum dirumpis eunti
Tā volucres ſōnos? te ipſū mea probra ne tāgunt?
Eſt ne tuum vltrices pro me depoſcere pœnas?
Tum ſenior. Quidam ſum, cui tua cōſcia partim
Mens eſt: atque virum tibi me nunc offero tāquam,
Cui multò magis es cordi, quàm pendere poſſis.
Sermo nec eſt mordax incaſſum (credito) talis:
Virtutis cos ira eſt. Princeps grata tibi ſit
Vox mea, virtutique tuæ ſit calcar acutum.
Obſto tibi nunc; Ægypti Regem quòd ad altum
Es iter aggreſſus: ſi progrediaris & vltrà
(Augu-

(Auguror ipſe) viam fruſtra ſuſceperis aſpram:
Nam Saracenorum citò plurima turba legentur:
Caſtra mouebuntur, quamquam non iueris illò:
Nec locus eſt illic, in quo tua bellica virtus
Prodeat, & noſtros, quanta eſt, patefiat in hoſtes.
Pro Duce ſin fido me adhibes; tibi ſpondeo certè
Illum intra murum, latijs qui cinctus ab armis,
Cum mage ſplendebit Phœbus, non enſeq; ſtricto
Ponere te tutum. Hìc armis pugnare labori
Duro, magna tibi fuerit cum laude voluptas,
Obſeſſamque tua virtute tueberis Vrbem,
Quò renouet bellũ, Ægypti dũ huc venerit hoſtis.
Dum ſic fatur adhuc, annoſi lumina, vocem
Turca ferus rectè obſeruat, vultuque, animoque
Iam quaſi deponit planè auſum, ponit & iram.
Poſtea ſum (reddit) Genitor tecũ promptus adire
Quòuis: conſilium melius reputabitur illud
(Certum habeas) vbi pluſq; laboris, pluſq; pericli.
Dicta probat Senior: verùm quòd noctis ab aura
Vulnera cruduerant, inſtillans ille liquorem,
Hoc vires reficit, plagas, ſolidatque cruorem.
Hinc iã conſpicens, radijs quòd Phębus inaurat,
Quas Aurora roſas pinxit; ſecedere tempus,
Inquit, adeſt. Titanque vias demonſtrat apertè
Inuitans ad opus. Cum Nicæno ipſe feroci
Carpentum ſupra proprium non multa remotum
Hìc quod præſtolabatur, mox aſſidet vnà
Lora relaxatus, palma deinde magiſtra
Alterna vice cornipedes diuerberat ambos.
Sic rapidi currunt, vt nec veſtigia puluis
Siue rotę, aut plantæ conſeruet. Conſpicis illos
In celeri curſu fumantes; cernis anhelos;
Albenti & totum ſpuma caneſcere camum.
Mira feram. In nubem circum ſe congregat aer,
Maximus vt lateat currus, cingatur & idem:
Sed nihil omnino nubes denſata videtur,
Neue quod intorquet muralis machina ſaxum
Finderet id denſum. Ambo tamẽ diſcernere curru,
Et circum nebulas, extra Cœlumque ſerenum

E' gremio poſſunt. Admirabundus at *hæret*
Tunc eques, attonitus criſpat frontem., atq; tuetur
Intentus nubem., & curſū., qui obſtacula cuncta
Permeat ales ita, vt certò putet ire volatu..
Immoto viſu quia captus multa ſtupore
Præuidet Antiquus; taciturna ſilentia rumpit,
Accit eum: ſe ſe excutit: & poſt talia fatur.
Quiſquis es, o tu, qui præter modò quemlibet vſum
Mirum ad opus naturæ res inflectis, & altum:
Et magis humani penetrans abſcondita cordis:
Si quod ſcire tuum, quod deriuatur ab alto
Diſtita noſſe poteſt, nec non penetrare remota,
Dicito quæſo mihi, quam pacem, quamue ruinam
Motibus exortis Aſiæ altus deſtinat Æther.
Antè tuum verò (precor) o mihi pandito nomen,
Arteue qua pulchra inſolita hæc patrare ſueſcas:
Ni prius iſte ſtupor magnus de mente recedat;
Qui fieri poterit dictorum cætera ſecter?
Subriſit canus. Mihi erit tua ſoluere partim
Vota leue. Iſmenus dicor, Gens verò Sirorum
Me vocitare Magum, qua nunc delector, ab arte
Sunt ſoliti ignota. Occulti quòd verò futura.
Deuelem fati, æterna & decreta reuelem;
Eſt deſiderium nimis audax, alta nimiſque
Mens eſt: neue datur nobis Mortalibus illud
Per malaque & caſus. quiſquis ſe tollere inardet;
Robore, conſilioque vtatur: namque beatæ
Sæpe ſibi fortis faber eſt cordatus, & acer.
Interea inuictam hanc dextrā, cui frangere vires
Imperij Francum eueniet, paruoque labore,
Me dum præmunire locum, defendere & ipſum
Quē ferus oppugnat Populus, contra arma parato
Terribiles contra flammas fer, fidito, & aude:
Spero bonū. Attamen ipſe canam, quod debeat eſſe
Pergratum tibi, quod vix ſub velamine cerno.
Cerno, mihi aut videor iam, maximus antē Planeta
Aurato curſu quàm plurima luſtra reuoluat,
Inſpectare virum, geſtis qui illuſtribus ornet
Orbem Aſiæ, Ægypti teneat regimenque feracis.

Mitto oti decus : ingenioſas inſimul artes ,
Quas benè non noui virtutes mille , relinquo ;
Hoc tibi ſufficiat : quòd tunc frangentur ab illo
Chriſtiadum certò omnes non tantummodo vires ;
Fūditùs Imperiū at fuerit diuulsū marte ſupremo
Iniuſtum : afflictæ anguſtum pellentur in anglum
Relliquiæ ; vaſtoque tegentur ab æquore tantùm .
Iſte tuo de ſanguine erit. Non plura locutus
Hic Magus. Alter at, o felicem (replicat] illum
Ad tantum decus electum ! & partim inuidet ipſi ,
Iubilat & partim. Subiunxit deinde: Rotetur
Vel bona,vel mala ſors,vt præſcriptū ordine Cæli;
Quæ ius me ſuper omninò non poſſidet vllum ,
Neue , niſi inuictum,aſpiciet . Deflectere curſu
Antè ſuo poterit Phœbem , quàm flectere noſtrum
A' recto greſſum vnum. Sic fans emicāt auſu
Ardenti totus . Sic ambo iuere loquentes .
Dum propè venerunt, quò ſe tentoria magna
Tollere cernebant . O quę ſpectacula dira !
O quàm dura; modis quot viſa eſt Mortis imago !
Lumine tunc fuſco , factus tunc turbidus vnà
Soldanus' faciem totam ſparſitque dolore .
Proh quanto cum contemptu Vexilla iacere
Hic ſua ſpectauit digna , ac terrentia quondam :
Valde hilares Francos excurrere : pectora ſæpe
Oraque canorum magè conculcare ſuorum :
Veſtibus , atque armis , faſtu ſpoliare ſuperbo
Orbatos tumulo . multos ornare ſupremis
Dilecta officijs in longa corpora pompa:
Suppeditare alios flammas , Arabum,atq;Scitarum
Vulgus commixtum,igne cremari vidit eodem .
Tunc eques emiſit ſuſpiria cordis ab imo :
Exeruit ferrum ; exilijt curſu ; atque volebat
Currere . Eum tenuit grandęuus voce retaxans ;
Inſanum preſſi q; furorem . Rurſus & ille
Scanderet , effecit ; collem magè cepit ad altum
Mox curſum . Iuerunt ita,dum tentoria pone
Gallica liquerunt . Tunc deſiliere quadrigā ,
Vanuit hæcque repente . Viam cepere pedeſtres

Inſimul inſolita nube occulti, adque ſiniſtram
Intrantes vallem, veniunt dum greſſibus illùc,
Altus vbi mons terga Sion duriſſima vertit
Solis ad occaſum; magus hìc veſtigia ſiſtit;
Tumque (velut ſpectans) cliuo fit proximus aſpro.
Duro erat in ſaxo caua valde antiqua cauerna,
At deſueta: modò inter dumos, inter & herbas
Ingreſſus præcluſus adeſt, vbi conditur illa.
Illico cuncta Magus ſolers obſtacla reuellit,
Anguſtum per iter curuus ſe accingit adire:
Vna præit manus, ingreſſum veſtigat & ipſa;
Altera Dynaſtam ducit per cæca cauernæ.
Tunc verò Soldanus ait. Quæ ſemita nunc eſt
Hæc tua tam furtiua, mihi per quam ire neceſſum?
Enſe meo forti ſtrauiſſem, ni ipſe vetabas
Fortè mihi meliorem. Ne modò quæſo recuſes
Tu premere obſcurum callem pede (reddidit) illũ,
Herodes Magnus quem jam calcare ſolebat,
Cuius adhuc nomen tantùm celebratur in armis.
Subiectos quando voluit cohibere, cauernam
Hanc fodit Rex, quem dixi: poteratque per ipſam
Ex illa turri cari de nomine amici,
Tempore quæ multo fuit antè Antonia dicta
Antiqui deferre pedem intra limina templi:
Exire, extrahere & gentes, clam ducereque intus.
Nota mihi eſt tantummodò de viuentibus vni
Hęc via: per quam nos ambo tendemus, & illùc
Cogit vbi magis expertos Rex, atque potentes
Vt ſibi conſilium præſtent: qui fortè minantem
Pluſquàm conueniat fortem exhorrere videtur.
Magnum opus, vt poſcit, venis: auſculta, atq; ſileto.
Poſtea valde audax in tempore verba moueto.
Sic illi: atq; imum Princeps tunc occupat antrũ
Corpore prægrandi: ſemper ſectatus & illum
Obſcurum per iter, ſua qui veſtigia ducit.
Contendere priùs proni; ſpelunca ſed illa
Ingreditur quantò magis, ipſa magiſque lateſcit;
Sic facile aſcendere, atque in medium illius antri
Temporis in modico cæci ſua membra tulere.
Pan-

Panditur hìc parua Iſmeno tunc ianua quædam,
Deſuetam ſcandunt ſcalam: cui nec benè certus,
Nec benè collucet clarus, qui labitur alto
Aër ſpiraclo. Subterranea denique clauſtra
Adueniunt. Aulam aſcendunt hinc poſtea claram.
Cum ſceptro hìc, & cum diademate tépora circũ
Mœſtum inter Populum triſtis Rex ipſe ſedebat.
Nube caua ſpectat, percurrit lumine circùm
Thrax ferus inuiſus: Regẽ & pulchro accipit aure
De ſolio, qui orſus profari talia primus.
Damna quidẽ imperio o Fidi mihi maxima no-
Detulit acta dies: nos ſpes amiſimus altas; (ſtro
Sola opis Ægypti remanet. Nunc cernitis ipſi
Quantùm ita vicino diſtet ſpes noſtra periclo.
Vos igitur cunctos hùc in ſimul ipſe cōègi,
Conſilium ingenuè proprium quò quiſq; recludat.
Hic ſilet: vtque fremit ſyluis frondentibus aura,
Paruulus hìc circùm auditur reſonare ſuſurrus.
Ore ſed exurgens audax apprimàque lætus
Argas ſedauit murmur. Reſpondit & o Rex
Magnanimus quid nos tentas? rem conſulis ipſe
Non vlli obſcuram, noſtræ nec vocis egentem:
Ipſe tamen dicam: inſit tantummodò nobis
Conſita ſpes; ſi virtuti non vlla nocere
Iam patet; hac nos armemus: quæramus ab ipſa
Auxilium: pluris nobis neque vita putetur,
Quàm velit; hoc dico, non quòd fiducia non ſit
Certæ opis Ægypti: fuerint veracia Regis
An promiſſa mei, nec fas dubitare, nec æquum:
Id refero tantùm, quòd magna cupido videndi
Eſt mihi noſtrũ aliquos animo, ac mage pectore for
Qui ſibi promittãt palmã, atq; occũbere temnãt. (ti
Sic Argas generoſus ait; quaſi ſorte loquatur
De non ambigua. Ore grauis poſt inclitus alta
Progenie Orcanus ſurrexit, clarus & armis
Antè: modò adiunctus ſponſæ, iam proleq; lætus
Eneruatus erat Patris affectu, atq; Mariti.
Magnifici ardorem verbi non ipſe reprendo.
(Dixit hic) o Princeps quando naſcatur ab auſu,

Qui nequit, atque intra non vult confinia cordis
Claudi. Ideo ſi Argas n miùm te farier ardens
Aſſolet; hoc & ei detur, qui poſtea geſtis
Non minus in magnis feruorem oſtendit eũdem.
Partes verò tuę ſunt, quem iam tempora, reſque
Reddiderunt adeò prudentem, ponere frenum,
Conſilij proprij quò excurrit feruidus iſte:
Auxilij ſpem diſtantis conferre periclo
Cum iam præſenti, cũque armis, impeteque hoſtis
Septa extructa tibi nouiter, muroſque vetuſtos.
Quando meum verò liceat mihi pandere ſenſum,
Nos ſumus in valdè forti vrbe ſituque manuque;
Hoſtibus aſt moles magnę horribileſque parantur.
Nunc quid erit, latet: iudicia incertiſſima Martis,
Et ſpero, & timeo; ſi fas mihi vera fateri;
Et vereor, ſi arcta magis obſidione premamur,
Denique ne nobis ſit multa carentia victus.
Illud namque pecus, segeteſque in mœnia vectę
Sole ſub heſterno, hoſtili dum ſanguine campo
Purpurei fierent enſes, & forte ſuprema
Exigua eſca, fame in magna nutrire per amplam
Durante obſidio nequeunt Vrbem[idque manebit]
Perueniat licet ad decretum Ægyptius hoſtis.
Aſt quid erit, lentus ſi vltrà remoretur ab illo?
Eia age cedo tuas ſpes & promiſſa venire,
Non ideo certam video palmam: exime muros
Oppreſſos o Rex. Nos depugnabimus omnes
Gofredo cum illo, Ducibus, cum Gentibus ipſis,
Quę Syrios, Arabes, Perſas, cum Thracibus vnà
Fuderunt toties: quales ſint, ſtrenue tu Argas
Sat benè cognoſcis; crebrò queis cedere campum
Iam tibi opus fuit, & crebrò vertere terga
Mirificè propria confidens alite planta:
Scit tecum Clorinda; mihi quoque conſtat, & iſtis:
Neue aliquis ſe ſe prę alijs iactare meretur.
Ipſe quidem incuſo nullum, nam maxima virtus
Prodita noſtra fuit. Quamuis minitetur & iſte
Toruo oculo mortem, verumque audire grauetur;
Addiderim, video, quòd ineuitabile fatum
Ho-

Hoſtem fatalem ſigna ad certiſſima defert:
Non gens vlla vnquam poterit, non murus & vllus
Illi obſtare adeò, victor quin denique regnet.
Hoc vt ego clarè dicam (teſtem inuoco Cœlum)
Regis amor, patriæ zelus compellit & vnà.
O ſapiens Tripolis Rex, qui cum pace tenere
Sciuit & à Francis Regnum; ſed morte peremptus
Aut iacet, aut premitur ſeruili fortè catena;
Exilio aut pauidus, fugienſque ad ſumma malorum
Se ſeruat capito Soldanus: & ille valebat
Cedendo partem, per munera, perque tributa
Regni conſeruare aliam. Iſthæc iſte ferebat
Circuitu vocum obliquo, quia poſcere pacem,
Subdere vel ſe alij, non vllum audebat apertè
Conſilium dare. Sed Soldanus dicta loquentis
Sub velo vlterius patiens cohibere nequibat;
Cũ Magus: o Prĩceps[inquit]modò re ſuper iſta
Libera vis ſit ei per te ipſum copia fandi?
Condor ibi inuitus (reddit) probro ardeo, & ira.
Vix ea fatus erat, cùm circumfuſa repentè
Se ſcindit nubes, & in Æthera purgat apertum,
Ipſe manetque die lucenti. Atque efferus ore
Magnanimè emicat in medium, nulloque putante
Fatur: Ego hìc adſum, de quo nunc verba ferũtur,
Neue fugax, minimè trepido Soldanus: & iſti
Qui deſes, qui mentitur, modò me offero dextra
Hac diſcrimen inire. Ego qui iam ſanguinis amplũ
Effudi torrentem: ego qui ſupra æquora cædum
Erexi montes, clauſuſque intra hoſtica ſepta
Deſertus ſocijs, fugitiuus nominor ipſe?
Si ſed hic, aut alter ſimilis patriæ fideique
Infidus propriæ indignum annuat edere fœdus,
Rex bone (Pace tua dicam) hìc ſub tartara mitto.
Antè Lupi cum agnis vno iungentur ouili,
Nido vno colubri immanes, trepidæque columbæ,
Quàm benè concordes tellus nos vlla recepte
Cum Francis. Gladium ſublimem ſtrenua dextra
Suſtinet, hæc dum profatur, geſtuque minanti.
Vocibus aſt illis, atque horrifico ipſius ore

Quiſque ſtat attonitus,mutuſq; & poſtea vultu
Turbato minus immitique humaniter iuit
Sollicitum ad Regem: Sperato (dicit) eidem
Alte o Rex : Soldanus adeſt ; non defero paruum
Auxilium. Qui iam contra ſurrexerat illum.
Tunc Aladinus ei : quo (reddit) lumine læto
Nunc ibi te video o mihi dilectiſſime Amice:
Agmine quòd noſtro perijt, non ſentio damnum:
Peius ego horrebam . Sedem firmaſſeque noſtram
Tempore nec longo atque tuam erexiſſe iacentem
Tu virtute tua poteris, ni fata repugnent.
Talia fatus, ei connectit colla lacertis .
Completis proprium Nicæno amplexibus iſtis
Rex magno ſolium concedit. Ad inde ſiniſtram
Sede perilluſtri ſedet, ad ſua collocat vnà
Iſmenum latera. Et loquitur dum plurima ſecum,
Et ſuper aduentu rogitat, reſpondet & ille,
Solimanum aduenit officij cauſa alta Virago:
Sectati deinceps reliqui. Hos interque ſecutus
Ormuſſes, qui Arabum ſuſcepit ducere turmam:
Ferueret & dum pugna intrans deſueta viarum,
Ætheris & cæci auxilio Vrbis denique muros
Cum ſegete & gregibus raptis collegerat intra
Incolumem; oppreſſæ gentiq; fame attulit in gens
Auxilium. Irato vultu & ſolummodò mutus
Circaſſus manſit ferus : vt Leo quando quieſcens
Lumina fert circum, greſſum neque dirigit vllum.
Orcanus verò in Soldanum attollere frontem
Non audet, demiſſus at ore eſt, multaq; voluens.
Conſilio ſic Iudaeæ ferus ille Tyrannus,
Turcarum Rex, hic omnes adſuntque Dynaſtæ.
At pius & palmam, victos multumque ſecutus
Gottifredus erat, calles reſerauerat omnes:
Militibuſque ſuis ſupremos mortis honores
Soluerat interea extinctis, de uotaque iuſta.
Nunc iubet & reliquis accingi ſole ſecundo
Aggreſſui: facie magis horribilique minatur
Thracibus obſeſſis bellum. Quia nouerat agmen,
Quod ſibi ſubſidium in Paganos præſtitit ingens

De magis eſſe ſibi caris, quin illud & ipſum,
Antè Ducem quod erat ſectatum multá doloſam:
Tancredum quoque qui captiuus manſit in arce
Armidæ; Petro, atque magis Sapientibus illos
Nonnullis coram inuitat. Precor (inquit & ipſe)
Veſtrorum vt dubia errorum curricla reuarret
Quiſquam: & egeſtate in tanta qui poſtea prōpti
Auxilij tantum cuncti deferre fuiſtis.
Demiſſi vultu ſtabant, fuſique pudore.
Nempe erat exiguus cordi error ſentis acuta.
Denique ſed Regis Proles præclara Britanni
Attollens vultum, fando iſta ſilentia rupit.
Qui minus extracti de vrna, conceſſimus ipſi
Clanculū: & vnuſquiſq; ſequētes(nō nego)Amoris
Fallacemq; Ducem, vultus formam, inſidiaſque
Perque vias duxit deſuetas, perque retortas,
Et malè concordes, & zelo quęque refertum,
Noſtras nutribant iras, noſtros & amores
(Ah nimium ſerò noui,) nunc dulcia verba
Et nunc obtutus. Tandem peruenimus illuc,
Ignis vbi latis folijs deſcendit ab alto,
Vltus & offenſas naturæ durus in illas,
Quæ fuerunt gentes tam firmæ in crimine turpi;
Iam tellus fœcunda fuit, præpinguis & ora,
Nunc aqua præferuens, nigroque bitumine plena,
Eſt ſterilis lacus: atque is quoquò circumit, aer
Imus adeſt; & fætentem diffundit odorem.
Hic lacus ille eſt, in quem non demittitur vnquam
Quid graue, quod fundū tangat; verū Abietis inſtar
Aut Orni leuis, hìc ferrum ſuper enatat, & Vir,
Atq; Lapis. Reſidet Caſtellū ibi: ſat breui, & arcto
Ponte viatori ingreſſus conceditur vno.
Nos excepit ibi: ſed qua ſum neſcius arte
Eſt ibi formoſa interior pars, ridet & omnis.
Aura hìc mollis adeſt, Cœlum valdeque ſerenū;
Lætaque planta omnis cum pratis, dulcis & unda:
Purus vbi ſurgit fons myrteta inter amæna,
Flumen & exiguum fundit. Placidique ſopores
Herbarum gremio frondium cum murmure dulci

Sparguntur. Volucres cātant ibi; marmora, & aurū
Arte, opere admiranda ſub alto condo ſilenti.
Déſior vmbra vbi ſupra herbas eſt, murmur aquarū
Et propè; cælatis vaſis ſterni illa ſuperbam
Præcepit menſam, dapibus lectis, & opimam.
Tempora quod præbent anni; quod terra redonat;
Æquora quod mittunt; quicquid conditur ab arte
Hic erat: atq; miniſtrabant pulchræ, atq; ſagaces
Huic menſę centum Famulæ. Illa ſed ore ſuaui
Et lepido riſu eſcam alijs condibat amaram,
Lethiferamque ſimul. Menſæ dum quiſq; recūbens
Vbere cum flamma prolixa obliuia potat;
Exurrexit, aitque. Ad vos mox ipſa reuertor.
Poſtea regreſſa, aſt placido minus ore, benignoq;
Excutit exiguam vna manus virgam: altera librum
Suſtinet, atque legit ſubmiſsè. Sagula verò
Dum legit: ipſe mihi videor mutareque mentem,
Corpus & antiquum, hoſpitium mutareq; primū.
Me noua habet [virtus o demiranda!] cupido:
Ingredior ſaliens vndas; me mergo ſub ipſis.
Quomodo crus intus ſe (ignoro) contrahat omne,
Brachia quo pacto tergum tunc ambo penetrent:
Me còèo, fioque breuis, pro pelleque creſcit
Cum ſquammis corium, de carne euadoque piſcis.
In talem formam reliquorum quiſque fuere
Conuerſi, liquidis in aquis mecumque natarunt.
Qualis eram tunc, ipſe vt ſomnia vana recordor.
Demq; ei viſum eſt proprio nos reddere cum ore:
Sed capti magnoque ſtupore, timoreque cuncti
Stabamus taciti; mirè cum turbida vultu
Sic loquitur, nos ſollicito mœroreque complet.
Tam mea ſat vobis patet ecce potentia (dixit)
Quàmque mihi ſupra vos nunc ſit plena poteſtas:
Carcere quòd perdant alij æternū Æthera clarū;
Quòd fiant alij volucres: quòd Butaque multi:
Radices quòd agan alij in tellure profundas;
Terreſtrique ſinu producant germina multa:
Dureſcant alij in ſilicem, in fontemue liqueſcant;
Hirſuti aut ſint fronte, meo de pectore pendet.
Iras

Iras vos omnino meas vitare poteſtis,
Quando meo voto vobis ſeruire liberet:
Paganos fieri, in Gofredum ſtringereque enſes
Pro Regno noſtro. Renuunt, indignaq; abhorrent
Pacta omnes: Rambaldo vni tantummodò ſuadet,
Nos reliquos ibi (nulla quibus defenſio prodeſt)
Obſcura in fouea vinclis inuoluit. In ipſum
Poſtea Caſtellum ingreſſus quoque ſorte maligna
Tancredus, miſerè manſit captiuus & ille.
Saga ſed in vinclis tenuit nos tempore paruo.
Fama (meas ſi vera tamen peruenit ad aures)
Nuncius obtinuit Regis duxiſſe Damaſci
Nos ab ea. Ægypti ad regem pro munere ſecum
Qui centum armatos inter ducebat inermes,
Atque catenatos. Ita nos ibamus: vt alta
Diſponunt, vnáque mouent decreta Tonantis:
Strenuus en tunc oſtendit nos fortè Rinaldus,
Qui ſua nobilibus geſtis mage nomina ſemper
Subleuat; in noſtros Cuſtodes irruit ardens,
Sueraque facta patrat, cędit, deuincit & illos;
Noſque armis voluit veſtiri, quæ antè fuerunt
Noſtra. Ego vidi illum, hi pariter videreq; cuncti:
Et ſua iuncta fuit noſtræ tunc dextera ab ipſo,
Atque ſua audita eſt vox. Nuncia falſa profectò
Credite ſunt, quæ has in partes tã triſtia ſpargunt:
Soſpes & eſt eius corpus. Sol tertius immo
Eſt hodie, Duce quòd peregrino c.. ſſerit idem
A' nobis, vt ad Antiochiæ tenderet Vrbem
Arma priùs poſuit confracta, & ſanguine rubra.
Hæc dum narrat Eremita ambos vertit ad alta
Aſtra oculos Non ſeruatur color vnus in ipſo,
Non vnus vultus ſacer o quã, quã venerandus
Nunc præter ſolitum ſplendet! quã numine plenus!
Abſtractus zel. Angelicas ſe ſe propè mentes
Eleuat atque ſibi pandantur multa futura,
Æternam annorum ſeriem, ætatiſque penetrat.
Guttura pòſt ſoluens, mortali haud voce reuelat
Euentura alijs verſi ſenioris ad ora,
Inſolitam ad vocem, intenti omnes ora tenebant,

Viuit (ait) fruitur vitali luce Rinaldus :
Sunt artes reliqua, atque doli à Muliere parati.
Certè equidem viuit, iuuenilis, acerbaque vita,
Cœpta ut agat mage matura aſſeruatur olympo.
Sunt tantùm præſagia, ſunt Puerique labores
Hi, quibus Ora Aſiæ nouit, commendat & illum;
En clarè video, quòd iam labentibus annis
Pectore præforti Auguſto ſe opponit iniquo,
Et domat: clarumq; operit ſub tegmine ſummum
Candida Chriſtiadum ſua Auis, Romanaq; tecta:
Horribilis beluæ, quæ dempſerit vngue rapaci.
Digni ab eo & nati prodibunt lucis in auras.
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis,
Hinc ſemper clara, & memoranda exēpla tenebūt:
Cæſaribus prauis, tumidiſque Rebellibus vnà,
Mitrarum titulos defendent, ſacraque Templa.
Parcere ſubiectis, & debellare Superbos,
Protegere innocuos, pœnas expoſcere iniquis,
Ipſorum fuerint artes. Sic fiet in Orbe
Tandem Aquila Eſtenſis Titani tranſuolet oras.
Fas equidem eſt; recto ſi ſpectet lumine verum,
Suggerat vt ſummo lethantia fulgura Petro.
Depugnetur vbi pro Chriſto, debeat illic
Inuictaſque, triumphaleſque expandere pennas:
Hoc de more datum Cœlo, & fatalibus illi
Legibus. Idcirco gaudent Superi, vnde receſſit,
Hoc ad opus dignum veniat mox ille vocatus.
Iſta metum pellunt omnem de dicta Rinaldo
Prudentis Petri. In communi Bullio plauſu
Conticet: ingentes verſans ſub pectore curas.
Interea ſurgit nox; velum extendit & atrum
Aèra per totum, terramque amplectitur amplam.
Secedunt reliqui, concedunt membraque ſomno;
Curæ verò ſuæ nequeunt dormiſcere in illo.

Finis Libri Decimi Hieroſolyma Vindicatæ R. D. Hieronymi de Placentinis.

HIE-

HIEROSOLYMÆ VINDICATÆ
Liber Vndecimus.

ARGVMENTVM.

COEli implorat opem puro libamine, ſacris
Atq; notis Gẽs Chriſti. Vrbis tũ mœnia quaſſat:
Iamque furore ſuo nequaquam euadere quibat,
Quando Duci infligit vulnus Clorinda ſagitta,
Atque illi celebrem palmam tunc impedit ictus.
Sanat eum Aliger, & repetit certamina primũ:
Sed lux ſub terra iam ſe ſe condidit ima.

CHriſticolũ at Ductor curas cõuerterat omnes
Vrbis ad aggreſsũ, properus tormẽta parabat
Bellica; quando illum conuenit Cultor Eremi
Petrus, & acciuit ſeorſum: ſermone grauiſque
Horrenduſque ſimul dixit. Terrena mouentur
Arma tibi o Dux; at non cœpiſti vnde neceſſe.
A' Ioue principium: primùm in tua vota vocato
Angelicas Acies, cunctorumque Agmina Diuûm
Publico & oratu, atque pio, intercedere palmam
Ne renuant. Sacro Clerus præcedat amictu,
Concentuque pio exorantes concinat hymnos:
A' uobis Ducibus pietatis ſumat & omne
Exemplum magnis Vulgus, comitetur & illud.
Sic nemorum Cultor: Gofredus comprobat iſta.
 Conſilium ipſe tuum ſeruus pergratus Ieſu
Gaudeo ſectari (reſpondet.) dũ aduoco mecum,
Vt cuncti veniant Proceres, tu promptus adito
Paſtores Populùm. Gulielme, & Ademare veſtra
Pompæ cura pię fuerit. Sub lumine primo
Cum duplici Senior magno Paſtore, minores
Congregat & plures, vallum intus, liminaq; inter
Sacra, vbi tunc fieri myſteria dia ſolebant.
Hìc niueis reliqui induerunt ſe veſtibus omnes:
Aurea Pontifices ornarunt pallia bines,

Quæ binas diſciſſa ſuper candentia lina
In partes, aurata ad pectus fibula nectit,
Sacraque ſacratis cinxerunt tempora mithris.
Solus præcedit Petrus, cultumque Beatis
In Cœlo Signum faciles expandit ad auras:
Inde Chorus gradibus lentis, grauibuſq; ſequũtur
Ordinibus binis. Alterna voce canorem
Reddebant duplicem exorante nota, oreq; prono:
Claudentesq; acies Gulielmus, Ademarus atque
Dynaſtæ conferre gradum. Deinde venibat,
Vt ducis in morem eſt, ſolus, nulloque ſodali
Bullio. Pergebant Ductores poſtea bini:
Turma ſequebatur magna in tutamen eorum
Armata, & confuſa nihil. Sic turba coacti
Aggeris è clauſo exibant. Hic nulla tubarum
Siue ferox alter ſonitus; tantummodò voces
Audibantur humiltatis, pietatis & altæ.
Te Genitorem, te Genitum, Æqualemq; Parẽti,
Te qui de mutuo Amborum pro cedis amore:
Te quæ hominis ſimul, atq; Dei ſis Virgo, Parenſq;
Propitiam votis vocitant. Vos inſuper, o vos
Ductores, qui ter ternos fulgentia Cœli
Agmina per gyros veſtra virtute mouetis:
Te, Chriſti nitidam frontem qui fonte luiſti.
Teque vocant Petre, qui Petra es, fundamẽ & ædis
Diuinæ ſolidum: in qua qui modò iure gubernat
Succeſſor tuus, & veniæ, & charitum oſtia pandit.
Et reliquos pariter miſſos Cœleſtis olympi,
Victricem qui vulgarunt Mortem ore ſonanti.
Et qui Martyrio teſtati, & ſanguine verum,
Et qui vel calamo, aut lingua docuere ſalutis
Perditum iter: caſtám Chriſti famulã, atq; fidelem,
Quæ vitæ legit melioris nobile donum:
Innuptas, clauſas cella pariterque pudica,
Quas ſibi diuino Chriſtus thalamo ipſe maritat:
Magnanimaſque alias, quæ nil pauere cruciatus,
Robora tempſerunt Regum, & ſimulacra Deorum.
Sic pia Gens cantans latos ſe extendit in orbes.
Pergit Oliuetum ad Montem, qui nomen oliuis
De-

Deſumit: fama qui ſacra eſt notus in orbe,
Quique orientalis conſcēdit mœnia contra:
Diuidit & vallis tantùm, & ſeiungit ab illis
Ioſaphat, in medio quæ inter ſat ponitur alta.
Tendit eò pſallens agmen, reboantque profundæ
Valles, ſiderei montes, horumque cauernæ;
Garrula ſexcentis reſpondet partibus echo.
Syluestremq; Chorum ſpecubus ſe cōdere in illis,
Frondibus & denſis dices: ſic Nomen Ieſu,
Et Mariæ magnum repeti audibatur apertè.
Pagani interea taciti de mœnibus altis
Lentos mirantur gyros, humilemque canorem,
Inſolitas pompas, & ritus. Aſt vbi ſancti
Ceſſauit nouitas ſpectacli, voce profani
Sidera pulſarunt. Torrens, mons, magnaque vallis
Sacrilegis mugit verbis, tonitruque probrorum.
Caſtam non ideo harmoniam, ſuauemq; relinquit
Gens pia, nec ſe clamores conuertit ad illos,
Neu curat plus, ac volucrum eſſet turma loquētū;
Spicula & eiaculata procul non illa pauefcit,
Quòd veniant adeo ſanctam diſſoluere pacem;
Propterea ad finem cœptos perducere ſacros
Illa poteſt cantus: pulchram ſuper ardua collis
Inde parant Aram, ſacro quę menſa miniſtro
In Cœna magna fit: vtraque ex fulgida parte
Apparet lampas nitido ſublimis in auro
Accenſa. Hic alias ſumit veſtes Gulielmus,
Et rigidas auro, & caras; meditatur & antè
Secretè: claro dehinc ſonitu ora reſoluit:
Accuſat ſe ipſum: grates & cuncta mouenti
Reddit, & orat eum. Primi circùm aure receptant
Verba humiles: ſaltem longinqui fixa tenebant
Lumina. Verùm vbi compleuit miſteria ſacri:
Ite, ait: atque leuans dextram, Populo benedixit
Belligero. Tunc greſſum acies retulere per ipſos
Deuotæ calles, pedibus quos antè remenſæ.
Ad vallū vt venere ſuum, omnis & ordo ſolutus,
Oppidò ſe propriam Gofredus torſit ad ædem;
Vſque tabernacli prædenſæ ad limina turmæ.

Aſſo-

Aſſociat. Reliquos læto hìc dimittit in ore
Bullio: tenet ſecum, vult & diſcumbere menſæ
Ductores: ſe ipſum contra Comitemq; Toloſæ
Longæuum. Simul ac eſſe ſedatus in illis
Naturalis amor, potus ſimul improbus ardor,
Supremus reliquis ducibus ſic. Lumine primo
Sitis adaggreſſum prompti omnes. Lux erit illa
Quà Pugnæ, quà ſudoris, ſit & iſta paratus,
Atque oti. Ergo petat tranquillè quiſque quietum,
Præparet ac dehinc proprio cum milite ſe ipſum.
Ire petunt veniam: claro ſonituque tubarum
Quilibet euulgant, miles quòd prõptus ad arma,
Et leuis exoriente die iam debeat eſſe.
Sic operi partim iſta dies, ſolamini & vnà
Eſt data; dum vmbra ſilens noctis pergrata quieti
Otia conceſſit noua, nec meminiſſe laboris.
Incerta apparebat adhuc Titonia coniux,
Luminis & fœtus nec erat maturus in ortu,
Neue Colonus adhuc glebas ſindebat aratro:
Ruſticus & Paſtor nec adhuc ad prata redibat.
Frondoſos inter ramos ſecura volucris
Stabat adhuc quæuis: nec cornua, neue latratus
Audiri in ſyluis: cùm buccina ad arma vocauit
Matutina: Polus pariter reſpondit ad arma.
Centum Acies repetunt clamantes illicò ad arma:
Bullio conſurgit fortis; thoraca ſuetum
Non capit ingentem, nec eum qui terga tuetur:
Induit aſt a lium, Pediti ſimiliſque videtur,
Sic leuis aſt armis: & iam veſtiuerat artus
Pondere multà leui; quando Raimundus ad illum
Venit. Hic aſpiciens tectum non fortibus armis
Ductorem, clarè ipſius mentem illicò nouit.
Eſt vbi (ait) lorica grauis? quid liquere Princeps
Vis aliud ferro tegmen? partim quid inermis?
Tegminibus paulùm ſolidis non approbo vadas.
Talibus ex ſignis te non altæ eſſe pateſcit
Nominis intentum metæ. Ah quid tu ipſe requiris?
Mœnia ſcandentis palmam? conſcendat at alter:
Exponatque minus dignum, & minus vtile corpus
(Con-

[Conueniens diſcrimen ei] certamine in acri .
Tu verò Princeps ſolitum iam ſuſcipe munus :
Et te pro nobis cures , precor . Ah tua vita,
Agminis iſtius vita , & mens , cauta tegatur .
Hic ſilet : & Gofredus ei : mea percipe ſenſa .
Vrbanus quando hoc me cinxit maximus enſe ,
Deuotumque Equitem me Claro monte creauit :
Tunc voui tacitus Supremo cuncta Regenti
Non Ducis hic operam tantùm : ſed militis vltrò
Sumere priuati munus , cùm tempora poſcant .
Ergo mea vt fuerint noſtros mota agmina in hoſtes
Atque inſtructa ſimul , ductori & munera plenè
Debita ſupremo completa ; expoſtulat æquum ,
Nec reuoces,credo,certans quòd ego ipſe propin-
Mœnib⁹,& promiſſa mihi reddâtur Olympo. (quē
Protegat ille meum corpus , nunc ſoſpes & illud
Conſeruet . Statuit ſic ; Franci exempla ſecuti
Sunt equites , bini Fratres pariterque minores
Gofredi ; tali exemplo reliquique Dynaſtæ
Corripuere leues chalybes, induereque partim,
Atque ita ſunt viſi Pedites . Paganus at hoſtis
Interea ſe quà murus conuertit ad axem
Heſperium ſcandit ; tutum minus autumat illum
Ob poſitum valdè mollem . Haud aliunde paueſcit
Hoſtico ab aſſultu lędi Vrbs . Hìc colligit vià
Et validam Plebem & Conſcriptos : immo laborē
Conuocat ad ſummum pueroſque, ſeneſq. ſuprema
Sors:ſulphur,calcem iſti , ſpicula, ſaxa , bitumen
Sufficiunt mage robuſtis . Et molibus , armiſque
Antè repleuerunt murum, cui ſubiacet æquor.
Hinc & ſub forma magni horribiliſque gigantis
Se leuat à cinctu ſurſum Soldanus : & inter
Apparet pinnas altus minitantior Argas ,
Eminus atque patet , turrim Clorindaque ſupra
Celſior Anglarem aſpicitur , propendet & iſti
A' tergo pharetra , & teli graue pondus acuti.
Illa manu valde prompta iam ceperat arcum ,
Miſſile iamque ſuper neruum eſt,intendit & illum :
Pulchraque multa petens iaculatrix figere plagas,

Ad certum ſignum proprios deſiderat hoſtes.
Sic olim iacularetur quòd Delia Virgo
Nubibus in medijs Cœlo, Gens cæca putabat;
Inferiùs Senior Rex porta vtraque pedeſter
Excurrit; ſuper & muros: quod iuſſerat antè
Denuo præcautè viſit, tutantibus addit
Spêq; animumq;. Alio turmas hic milite adauget,
Prouidet hic alijs armis, atque omnia curat.
Fœmineæ at afflictæ exoratum Numen iniquum,
Et fallax, ad Delubrum veſtigia flectunt:
Frange Maco telum Galli Prædonis; & ipſum,
Magna tua audacter tantùm qui nomina læſit,
Sterne ſolo pronum, foribuſque effunde ſub altis.
Illæ ita dicebant miſeræ: ſed verba precantum
Mortis in æternæ luctu non audijt Orcus.
Tota igitur dum ſe ſe Vrbs præparat, orat & vnà;
Bullio non lentus gentes extendit, & arma.
Ingenti cautela acies, atque arte pedeſtres
Educit: murum & contra, quem cogitat ille
Aggredier, binas in partes diuidit aptè
Obliquè. In medio baliſtas, cætera Martis
Inſtrumenta locat rectâ: ſic fulminis inſtar
Saxa modò ad pennas, modò cōtorquētur & haſtæ:
A peditum tergo, dehinc pro Cuſtode reponit:
Prçualidos Equites, prçmittit & vndique circùm
Curſores: Pugnæ horribilis dat poſtea ſignum;
Suntque ſagittari tot, ſic & funditor auctus,
Molibus arma volantque ita, vis minuatur vt illa
Defenſorum inter pinnas. Merguntur acerba
Morte alij, plures planè foca prima relinquunt,
Rara magis ſupra murum apparetque corona.
Tunc furibunda, leuis motos Gens Gallica greſſus
Appropperat. Pars & ſcutum ſcuto inſimul vnit,
Deque illis propriç ceruici tegmina texit:
Conditur & pars conſtructis ſub molibus ima,
Quæ benè defendunt ſaxorum à grandine ſpiſſa.
Ad foſſam & veniens vacuum replere profundum
Quàm citò nituntur, toti exæquareque plano.
Haud limoſa erat, humectante vacabat & vnda,
Non

(Non locus id patitur) ſi lata ſit, atque profunda:
Arboribus, ſaxis, & glebis denique complent.
Interea fidens prę cunctis primus Adraſtus
Ceruicem retegit, ſcalam ex ligno erigit aptam:
Non lapidum grando illum, neue bituminis imber
Feruentis retinet, ſupra conſcendit & illam.
Tramitis aèrei medium confecerat acer
Heluetus, ſignum iaculatis mille ſagittis,
Sic neque læſus erat, curſum frenaret vt vllà:
Ponderis immodici quando ſaxum ecce globoſum
Impete cum tanto, vt bombarda intorſerit illud,
Icit eum in galea, pellit ſubitòque deorſum:
Mittitur à Circaſſo ictus: Non funera defert,
Sed valde grauis eſt, ſaltuſque vt prorſus hebeſcat
Percuſſus, iaceatque ſolo non mobile pondus.
Tunc Argas alto dixit ſonitu, atque feroci:
Iam cecidit primus, modò quis volet eſſe ſecũdus?
Et quid ad aſſultum vos non exitis apertum
Belligeri latebris poſiti, ſi ego nullibi condor?
Proderit ah paulùm vobis miranda cauerna,
Beluarum in morem veſtris moriemini in antris.
Talibus aſt dictis neque Gens abſcondita ceſſat,
Tegmenta ac inter caua ſcutis ſubter & altis
Inſimul vnita hic telorum ſuſtinet ictus,
Pondus & omne graue, & iam fortis mœnibus aries
Admouet ingentes moles, immania ligna:
Sunt quibus ex ferro durum caput arietis inſtar.
Oſtia & impulſum cum muris multà paueſcunt.
Deſuper interea moles conuoluitur ingens
Per centum celeres palmas in tempore magno,
Quæ ruit acta ſuper multùm teſtudine denſa,
Quòd ruat & dicis ſuprà mons arduus ipſam:
Illicò ſcutorum contexta reſoluitur vnio.
Non vnum clypeum, non frontem frangit & vnam:
Oſſibus, & celebris, armis, & ſanguine ſparſa
Terra manet. Tunc aggreſſor ſub tegmine molis
Non vltrà propriæ tegitur; diſcrimine verò
Strenuus egreditur cæco ad diſcrimen apertum,
Virtutemque ſuam prodit. Palma applicat ille
Sca-

Scalas, & graditur ſurſum, fundamina & iſti,
Certatim feriunt. Francorum robore murus
Iam labat, in latere & fiſſus dat ſigna ruinæ.
Terrificis certè caderet percuſſibus, acer
Quos aries contra expugnator duplicat illum;
At vera Populus belli ratione, modoque
Vſque tegit pinnis in eum: qua tenditur ingens
Trabs, lanæ faſces demittit, ponit & inter.
Excipit in ſe ictus, reddit valdeque remiſſos
Materies cedens. Dum intenta audacia pugnæ
Agmina murali ſtabant; Clorinda tetendit
Tunc habilem ſeptiens arcum, totidéq; remittens
Miſſile contorſit. Quoties & tela volarunt,
Et toties ferrum tinxerunt ſanguine, & alas,
Iam neque vulgari, verùm mage ſanguine claro;
Illa Superba etenim ſignum non nobile ſpernit.
Primus Eques, cui iam lethalia vulnera telo
Figeret hoſtili, Proles minor extitit Angli
Regnantis; caput è ſeptis vix extulit altum,
Mortalis percuſſio quòd deſcendit ad illum;
Quin transfigat ei dextram non ferrea palma
Impedit; idcircò recipit greſsũ nõ aptus ad arma,
Multà fremens ira mage, quàm ratione doloris:
Tum Comes Ambaciæ transfoſſus pectora,dorſũq;
Interit ad foſſæ ripam: Clotarreus inde
Aſcendens ſcalàm latus & transfixus vtrumque.
Arietis vrgebat molem: cùm dira lacertum
In læuum Princeps Flandrorum vulnera cepit:
Perque viam lentet; iaculum deducere tendit;
Et confixa manet carnem intus ferrea cuſpis.
Eminus aſpiciens incautus Ademarus acrem
Conflictum, calamo fatali in pungitur ore,
Vulneris ad ſignum extendit dextram, ecce ſagitta
Altera lapſa manum ſuper, hanc affigit & ori:
Decidit ex Templo in terram, & de ſanguine ſacro
Fœminea arma ſuper magnum facit ille lauacrum.
Haud procul á pinnis, dum deſpicit omne periclũ
Excelſoſque gradus ſupra ſe dirigit audax,
Vibratur contra Palamedem ſeptima arundo,
Ad

Ad dextrumq; ſupercilium venit, atque penetrans
Illa cauam ſedem, inter neruos luminis, exit
Rubra per occipitis partem, ceciditq; retrorſum,
Arcis & aggreſſæ ad radices mortuus ipſe.
Hæc iaculatur ità. Aſt Gofredus tempore in iſto
Denuo tutantes alio afſultu opprimit acri.
Et proprijs portam iuxtà mage molibus altam
Duxerat. Hæc ligno eſt Turris, ſe tollit in altum,
Æquare vt celſi valeat faſtigia muri.
Militibus Turris fœta eſt, grauis inſuper armis,
Mobilis, atq; rotas ſuper & vi tracta lacertûm.
Hæc moles veniens intorquet ſpicula, & haſtas;
Hæret &: vt Nauis ſolet in certamine Naui;
Nititur oppoſito ſe ſe coniungere muro.
Qui verò cuſtodit eum, idque arcere peroptat,
Ipſius & frontem, coſtas impellit & ambas:
Reijcit atque haſtis, pinnas nunc percutit altas,
Nuncque rotas ſaxis. Tot tela vibrata fuere
Vtrinque, obruerint fuſca vt caligine Cœlum.
Sunt duo conſpecti ſe vrgere per Aera Nimbi;
Vndèque ceſſit, eò telum eſt aliquando retruſum.
Vt folia è ramis quatiuntur ab imbre gelato,
Pomaque acerba cadunt; ſic Gens Saracena cadebat
Mœnibus. Et grauius damnum ſentitur ab illis,
Corpora quòd minus ipſorum circumdata ferro.
Parſque fugam capiunt tremefacti fulmine molis
Aſſiduo ingentis. Niceæ verò Tyrannus
Qui fuit, hic remanet: paucos iuſſitque manere
Audaces. Ferus ac Argas ſe opponere Turri
Hoſtili accurrit trabe capta. A ſeque repellit,
Et prohibet quanta eſt abies longa, atque lacertus
Fortis. Eò accurrit pariter mox Virgo ſuprema,
Participem ſe ſe facit alteriuſque pericli.
Intereà lanæ pendenti falce recurua;
Prolixa funes reſecant, & vincula Franci;
In terram hocq; cadens, murum linquebat inermē:
Sic ſurſum Turris, validoq; mage impete deorſum
Concutit illum aries præceps, ideoque foratus,
Ruptus item, internos aditus iam prodere cæpit:

Se tulit ad fractum murum non diffitus illis
Ductor, & incluſus rarò quem ferre ſolebat
Maiori clypeo; hinc ſpectans deſcendere cernit
Solmanum,atque vbi non modicũ diſcriminis eſſet
Defenſæ promptùm inter ſe accinxiſſe ruinas,
Eſſeq; Clorindam, & Circaſſum trainitis alti
Cuſtodes. Ita ſpectabat, flagrareque totum
Iam pectus propriũ generoſo ardore videbat.
Vnde bonum dicit conuerſus ad ille Sigerum,
Qui ſibi ſcutum aliud tunc deportabat: & arcum.
Iſtud nunc mihi Fide minus graue porrige pondus:
Quod dubiam penetrare viam Primarius ipſe
Diruta ſaxa ſuper tentabo. Nobile factum
Virtutis noſtræ vt promã,nunc tempora poſcunt.
Vix ait hæc clypeo mutato, cùm ecce ſagitta
Iacta in eum venit; de cruribus icit & vnum:
Atque vbi neruoſi plus, & dolor acrior extat
Transfixit. Clorinda tua quòd venerit ictus
Fama canit dextra: tuus & ſolummodò honos eſt.
Ethnica ſeruitium ſi euadat turba, necemque
Hocce die: tibi iure omnes aſcribere debent.
At quaſi nil plagę angorem fortiſſimus Heros
Sentiat, incœpto plantas non ille remittit
Curſu,ſed reliquos vocitans in diruta muri
Scandit. At indè videt,quod crus non ſuſtinet ipsũ
Iam nimis offenſum: ſemper motuque dolorem
Aſperat: aſſultum compulſus denique linquit.
Atque manu vocitansGuelfum ad ſe:Cedo coactus
Inquit ei. Ipſe vices ductoris perfice noſtras,
Donec ego ſum abſens; abero ſed tempore paruo:
Vado, regrediorque ſtatim, his dictiſque receſſit.
Alipedem conſcendit equum tentoria verſus;
Ipſe tamen nequit inuiſus pertingere vallum.
Abſceſſu Ducis à Francis fortuna recedit.
Maxima ſed virtus Pagano creſcit in hoſte:
Spes ſurgit,recreatque animos, turmæque fideli
Deficit aura fauens Martis,vis, auſus & omnis.
Iam gladij ipſorum currunt ad vulnera lenti.
Buccinæ & ipſius raucus canor clangueſcit.

Sed neque turma fugax tardat pulſa antè timore
Piñarum ad reditum, atque exemplo virginis acris
Verus amor Patriæ vel Matres induit armis.
Crinibus has paſſis turmatim currere ſpectas,
Succintaſque habitu ad tutamen ponere ſe ipſas:
Telaque iactare, atque nihil præbere timoris,
Pectora pro caris promptas exponere Muris.
At mage quod terret Francos, & tollit ab Vrbis
Defenſore metum; eſt, valido quòd ſtrenuus ictu
Percuſſus lapidis Guelfus (præſentit vterque
Et Populus] cadit, ac ſimul ictu tempore eodem
Perculſus fortis Raimundus concidit, ipſa
Acriter in foſſæ ripa eſt quoque ſaucius audax
Euſthatius. Neq; tam Francis hoc tempore iniquo
Contra illos vnquam deſcendit ab hoſtibus ictus
[Venere & multi) abſtulerit quin corpore vitam,
Liquerit aut ſaltem lethali vulnere tactum.
Euadens felici hac ſorte ferocior Argas
Circaſſus vocem leuat. Hæc non Antiochia eſt,
Nō eſt, non eſt Chriſtiadū hæc nox fraudibus apta.
Vos vigiles gentes clarū Titana videtis:
Artem aliam belli. Spoliorum, laudis amor is
Nulla manet vobis penitus nunc ergo fauill...?
Quò citò ſic ceſſatis, feſſæque artubus eſti...
Exiguo aſſultu, o Francæ? non nomino Francos.
Sic ait: inque furore ſuo ſuccenditur hero s:
Vt ſibi quæ modò tam latam defenditur V rbem,
Planè animi ducat proprij non eſſe capa... em;
Saltibus atque ſtatim repetitis irruit illò,
Murum vbi diſcindunt, aditum fract ura que præbet:
Occupat egreſſum; & Solmanum clamat ad acrē,
Qui propè erat ſe; Solmane ecce l... oca, ecceq; tēpus,
Maxima quo virtus amborum n... ſtra probetur,
Quid ceſſas? aut quid trepidas... hic quærat honorē
Atq; decus ſummū, cui pectore ... ſumma cupido eſt.
Sic illi: præceps ſubitòque ru... bat vterque:
Impete tunc vnus proprio; a... tus & alter honore,
Voceque Circaſſi & ſtimulo i... uitante ferocis.
Hi ſuper inſenſos hoſtes v... nere repente,

Et validæ dextræ certarunt prodere vires;
Tot miſere viros letho, tot fortia ſcuta,
Tot galeas fudere; tot effregereque ſcalas,
Lignaque cæſere,& moles, de his ſurgere montem
Vt dicas: ſeptumque aliud commixta ruinis
Pro lapſo attollunt. Muralis quæ antè coronæ
Ad celſum impauidè gens auſa euadere honorem:
Non Vrbis modò non aſpirat tecta ſubire,
Quin malè defenſis proprijs nunc apta videtur;
Aggreſſuique nouo cedit, prædamque furoris
Belligerum amborum quoque moles illa relinquit:
Bello alio fuerint minus aptæ; ſic furor illas
Percutit. Et quò Paganus defertur vterque
Impete de proprio tranſcurrit de magis vltrà.
Ciuibus expoſcit iam ignem, deportat & idem
Flammigeras pinos binas aduerſus eamdem
Turrim. Sic ſtygijs ſueſcunt exire cauernis,
Vertere opus Mundi famulæ Plutonis iniquæ
Excutiendo faces proprias, propriaſque Ceraſtes.
Tancredus verò, qui alia de parte Latinos
Inflammare ſuos, facta vt tam ingentia vidit:
Et geminam flammam, immani cum duplice pino,
Obtruncat voces, rapidus cohibere furorem
Se Saracenum fert. Virtutis talia præbet
Argumenta ſuæ, vt qui vicit, quique fugauit,
Nunc fugiat virtus. Sic nunc certaminis iſtic
Eſt ſtatus inuerſus, poſtquam fortuna rotauit.
Intereà in proprium Ductor iam vulnere preſſus
Membra tabernaclum retulit ſua: cumque Sigero,
Balduinoque vnà à latere eſt quàm multus amicùm
Concurſus triſtis. Plaga dùm educere telum
Accelerat, frangit calamũ. Quæ proxima ſe offert,
Vult via carpatur. Vulnus citò nempè ſecetur
Latè, prodatur penitus iaculique latebra.
Cumque die, antè habeat finem, me reddite bello.
Sic ait: atque premens haſtæ eius dextera cerrum
Ingentis, Medici ferro crus protinus offert.
Enuetus Eridani ad ripam ortus Erotimus illum
Iam curare ſtudet: qui herbarum ritè tenebat
Omnem

Omnem vſum, meliorum virtutes & aquarum:
Si muſis carus, petijt ſolummodò laudem
Artibus ex mutis: ſolers tantummodò diræ
Languida ſurripere accurauit corpora Morti:
Nomina ſic etiam immortalia reddere quibat.
Nititur, immotus lacrymis, ſecurus & ore
Dux fremit. Ille habitu ſuccintus, veſte lacertis
Replicitalteris & dexter potioribus herbis
Nunc ſtudet infixum nequicquam educere telum,
Docta nunc eleuat manu, dextra prætentat & illud,
Forcipe paulatim & prendit, ſed inaniter audet,
Artem namque ſuam minimè fortuna ſecundat,
Non vlliſque modis arridet redditur aſper.
Sic dolor herois, fermè committat vt vmbris.
Indigno Cuſtos miſerans nunc Aliger illum
Martyrio, Phrygia Dictamnum legit in Ida:
Herbam purpureo crinitam flore decoram,
Quæ viridi in folio virtutem continet altam,
Virtutem ignotamque docet. Natura Capellas,
Vulnera cùm accipiunt, vibrata manetque ſagitta
In latus infixa. Hanc quamuis de parte remota
Cœlicus exiguo tulit attamen ipſe momento
Penniger: humanis oculis ſuccumque parati
Balneoli inuiſus medicis infundit in vndis,
Et Lydium fontem, Panacemque ibi miſcet odorã:
Aſpergit vulnus Senior, ſpontalis arundo
Egreditur, ſiſtitque cruor, fugiuntque dolores
E crure, inſigniſque vigor mox creſcit in illo.
Tũc exclamat Erotimus; haud quaquã Arte Magi-
Mortaliue mea dextra capis ipſe ſalutem. [ſtra
Maiori virtute (puto) tu reddere ſanus
Aligero; Medicus qui pro te factus in horam.
Hanc modò deſcendit cæleſtis lumine ſigna
Conſpicio dextræ: quid ceſſas? arma capeſſe,
Reddito te Marti. Conflictus captus amore
Gofredus tyrio crura impiger induit oſtro:
Immanemque haſtam quatit, induciτque lacerto
Ægida iam poſitum, galeam connectit & æra.
Exijt è vallo, & magna comitante Caterua:

Percuſſam rapidus ſe ſe conuertit ad Vrbem.
Se ſuper intexit prædenſo puluere Cœlum:
Terra dedit motu ingenti concuſſa tremorem:
Gens inimica procul muro conſpexit ab alto
Aduentare, tremor gelidusque per oſſa cucurrit
Illorum, inque gelu totus cruor ipſe coiuit.
Illeque clamorem excelſo ter miſit Olympo;
Vox grauis, & clamor crudele ad præliũ inurgens
Noſcitur à proprio Populo; celeremque reſumens
Vim, pariter rurſum certamen ad irruit ardens.
Aſt vbi fractura eſt muri, Paganus vterque
Se iam collegit tutans conſtanter apertum
A Tancredo aditum, multiſq; ſequentibus illum.
Gallicus hùc ductor minitans, accenſus, & ira,
Incluſuſque armis venit, aduentuque ferocem
Torquet in Argantem, ferratam & dirigit haſtam.
Validius eiaculat muralis machina nulla
Vllum haſtile. Tonat nodoſa trabes per inane:
Mox opponit ei ſcutum Argas, nilque pauefcit.
Pungente in partes vmbo diſcinditur haſta;
Nec ſolidus thorax violentum ſuſtinet ictum:
Arma quibus ſe defenſat, quòd cuncta refringit,
Sanguinis & guttas Saraceni denique ſugit.
Vellit at infixum ferrum Circaſſus ab armis,
Sanguiflua & vena, nullum ſentitque dolorem,
ContraqueGofredum mox illam torquet,&inquit:
Ipſe remitto tibi truncum,tua telaque reddo.
Haſta gerens modò læſuram, modò vindicis iræ
Ardorem hincque volat,reuolatq;per aera notum;
Vulnus at infligit non in quem mittitur vllum,
Flectit enim ſe ſe, ceruicique inuolat ictum.
Percutit at valdè grauiter fidum ipſaSigerum,
Concaua qui crudum recipit per guttura ferrum;
ProDuctore ſuo caro neque perdere amatam
Tædet eum lucem. Solmano tempore eodem
Vix Normanus eques ſaxo percellitur: iſte
Sè curuat, quatit atque ictu ſe turbinis inſtar
Atque rotans cadit. Aſt Gofredus ferre tot vltrà
Non valet offenſas; horrendum ſtringit is enſem,
 Confu-

Confuſas ſuper aſcendit, magnaſque ruinas,
Vicinumq; mouet bellum, atque ibi mira patrabat;
Aſpra gerebantur bella, & mortalia bella;
Exijt at nox, atque ſuis nigrentibus alis
Occuluit terras: inter mortalium & iras
Paciferas poſuit tenebras: ſic deſtitit acer
Gofredus, retulitq; pedem. Hic talem iſta cruentã
Lux habuit finem. Verùm campo antè recedat,
Omnia languentum retrò vult corpora ferri
Bullio: tormenti reliquum non vllius hoſti
Muralis prædam linquit. Sic Turris & ingens
Salua redit, gentis terror iam primus iniquæ:
Illa quoque horribili & ſpiſſa de grandine tanquã
Parte aliqua diſſuta eſt, & percuſſa videtur.
Ipſa venit certè magnis egreſſa periclis
Iam loca tuta tenens. Sed ſicuti nautica Nauis,
Cerula quæ plenis vertit turgentia velis,
Spernit & audacter fluctus tum haud diſſita portu;
Vel tellure latus, cæco ſcopuloue refringit.
Siue vt equus rectè pertranſit iniqua viarum
Poſteaque hoſpitium iuxta malè ceſpitat, atque
Decidit; offendit Turris ſic; parteque ab illa,
Quę fuit ad tantum lapidum conuerſa furorem,
Illa rotas frangit binas, minitanſque ruinam,
Et pendens, ita nequaquam prolabitur vltrà.
Fulcra tamen ſupponit ei, fulcitque caterua,
Cui trahitur, fulciminibus, tantoque moratur
Tempore ibi, vt prompti Fabri ſua vulnera circùm
Conſolident. Itá Gofredus iubet, optat & idem,
Inſtauretur vt antè nouum ſolem. Occupat illam,
Hancque viam; Excubias vigiles ac ordine circa
Collocat aëriam molem. Inſtrumenta Fabrorum
Ex ſonitu tractata frequens capiuntur in Vrbe,
Aureque percipitur ſermo: ſuccenſaque mille
Lumina ſpectantur; ſic omnia nota fuere.

Finis Libri Vndecimi Hieroſolymæ Vindicatæ R. D. Hieronymi de Placentinis.

HIEROSOLYMÆ VINDICATÆ
Liber Duodecimus.
ARGVMENTVM.

Hiſtoriam proprij Natalis percipit aure
Antè ſuo fido Clorinda, ignotaque ad agmen
Poſt venit alto operi intenta. Iſtud perficit illa.
Poſtea Tancredum offendit, cui demitur aura
Vitalis: tamen antè ſacram promptè obtinet vndam.
Exanimem luget Princeps. Eiurat & Argas
Velle Necatori dare ſe crudelia fata.

NOx erat, & nondum carpebat feſſa quietem
Per ſomnũ Gens: ſed Françorũ turba fabrili
Inuigilans opere aſtabat cuſtodia ſolers;
Defenſas illic proprias pagana cadentes
Fulcibat, muros ſarcibat moleque fractos;
Offenſis & erat communis cura medendi.
Plagæ vbi curatæ, perfecti aliquique labores;
Pergebant alij lenti: iam corpora feſſa
Facta ſilens magis, & multò tenebroſior vmbra
Allicit ad ſomnum. Excelſi affectans ſed honoris
Bellatrix audens nec adhuc Clorinda quieſcit;
Incitat atque operas, lentas vbi ſiſtere ſpectat.
Secum Argas graditur; ſecum pòſt talia fatur.
Rex equidem Turcarũ hodie, & fortiſſimus Argas
Mira peregerunt: ſiquidem multa agmina ſoli
Irruerunt contra, hoſtiles fregereque Moles.
Aſt ego (quippe ſupremus honos eſt quo efferor i-
Ex alto clauſa Eiaculatrix eminus armis (ſtè)
Vſa (nec inficior) fat fauſtè. Hoc ſufficit vnum:
Sufficit hoc mulieri, nec maiora licebant.
Ah ſatiùs foret in ſyluis, vel montibus altis
Dira meas contra beluas iactare ſagittas,
Hìc equites quàm inter validos me oſtẽdere Puſã.
Cur ego fœmineam rurſus non induo veſtem,
Si decet? in cella me non includoque ſolam?

Sic loquitur ſecum : voluit ; tum denique magna
Conſtituit ; ſe equitem dehinc conuertit ad acrem.
Non horæ modicũ eſt , mea qua mens acta volutat
Quippe quid inſolitũ,atq; audax:hoc vel Deus af-
Fit Deus aut homini potius ſua dira cupido. (flat;
Lumina tu vallum extra hoſtile micantia cerne :
Vadam ego prompta illuc, cum ferro,igneq; vadã:
Ardebo Turrim. Effectus volo vt iſte ſequatur.
Cætera Cunctipotens curet. Si verò regreſſu
Inde meo mihi ſortem aditum præcludere iniquã,
Accidat;vt cures hominem mihi amore Parentem,
Ancillaſque meas vellem. Dulciſſimè amatas
Prætriſtes Famulas, laſſumq; Senem ipſe remittas
Ægyptum cura. O Princeps hoc deprecor vnum:
Sexus is ah dignus pietate eſt ; illud & æuum.
Obſtupet: & ſtimulo laudis cor ſentit acuto
Punctum Argas. Illuc igitur (reſpondit) adibis,
Inter & hic vulgus me vilè animã ipſa relinques?
Parteque de tuta fumum, flammaſque cremantes
Proſpectare ferã?haud equidẽ faciã:extiti in armis,
Laude vel eſſe volo, in duro vel funere conſors.
Nec mihi deeſt animus cõtemnens ſpicula mortis;
Credo quòd & terris benè commutatur honore
Vita. Fidem æternam feciſti (Virgo reſumit)
Quando fuiſti egreſſus ſic generoſus in hoſtes.
Fœmina ego, cædeſque mea Vrbi multà pauenti
Non damno eſt. Si verò cadas (hæc omnia Cęlum
Auertat) quis erit defendens mœnia poſthac?
Nequicquã,inquit Eques, verba excuſantia defers
Ipſa mea ad ſtabilem mentem. Veſtigia,quando
Me ducas, calcabo tua : aſt me quando recuſes,
Præueniam. Tendunt concordes Regis ad ora:
Cum mage cordatis ducibuſque excepit vtrumq;.
Percipe[tunc Clorinda]o Rex. Sint noſtraq; dicta
Grata tibi. Hic Argas (nec erit iactantia inanis)
Spondet eam certò celſam comburere molem.
Ipſa comes fuero; nos quòd tantummodò ſomnus
Defeſſos habeat, cunctamur. Ad Æthera palmas
Suſtulit extemplo Rex, per malaſque cucurrit

Lætitiæ planctus . ſemper laudereque dixit :
Namque tuos erga famulos ſic lumina vertis ,
Et mihi conſeruas Regnum.Non corruet ergo
Tam citò. quando animis tā fortibus hiſce tegatur.
Quas laudes meritis æquas , vel munera veſtris
Præſtare ipſe queo ? æternis vos laudibus ornet
Fama , ſonoque ſuo terrarum compleat Orbem .
Præmia ſunt factum vobis , & præmia partim
Pars fuerit noſtri certe non paruula Regni .
Canus ita affatur Rex, & complectitur hanc nunc,
Nunc illum tenerè . Soldanus corda repletus
Inuidia audenti præſens non occulit illam :
Nec fruſtra (dixit) lateri hìc accingitur enſis ,
Vel ſimul adueniet , paulò , vel ponè ſequetur .
Ergo ad opus [Clorinda ait] hoc nos ibimus oēs ?
Te veniente manet quis ? iam repellere verbis
Promptus erat tumidis iſtum Argas ; talia verò
Solmano primus placido Rex ore locutus .
Magnanimus certè Bellator tempore in omni
Viſus es ; haud vnquam te exterruit vlla pericli
Vel certi facies , non vnquam Marteque feſſus ;
Dignaque geſturum , ſi exires , conſtat apertè ;
Aſt efferre pedem cunctos , intuſque manere
Ex vobis nullum , reliquos qui excellitis armis ,
Non ego fas duco : his per me nec abire liceret :
Clarus enim(dignum eſt) ſanguis parcatur eorum;
Si multò minus vtile opus , vel fortè putarem
Quòd plures alij fortes abſoluere poſſent .
Sed Turris quoniam d nſis Cuſtodibus alta
Obcincta eſt latè ; noſtro ſic milite lædi
Vt nequeat pauco ,neque cum multo ire ſit ęquum,
Qui ſe ſe obtulerunt ambo iam nobile ad auſum,
Talia & experti fuerunt diſcrimina ſæpe ;
Marte fauente petant :ſoli plus mille profectò
Inſimul hi pollent . Tu ſicut regio honori
Conueniens magis eſt (oro) ſub limine portæ
Cum reliquo expectes . Deindeq; quādo reuertant
(Quod ſanè ſpero) dederintq; incendia moli :
Si premat hoſtilis Manus, hanc citus ipſe repellas:
Tu

Tu tuearis eos, reddas & denique ſaluos.
Sic vnus Rex dicebat; remanebat at alter
Hiſce quidem tacitus dictis; non verò ſerenus.
Tunc ait Iſmenus. Vobis debentibus ire
Ne magè diſpliceat cunctari tempora ſera;
Dum varijs quodam rebus modò dextera mixtum
Cõponat mea, quod mox machinę adhęreat hoſtis,
Vrat eamque ſimul. Cuſtodum forſitan eius
Pars turmę dulci deuicta ſopore iacebunt.
Id ſtatuere. Aptum tempuſque expectat in æde
Tanto operi vnuſquiſque. Suas Clorinda relinquit
Argento textas veſtes, galeamque decoram,
Regiaque arma, ſine & criſta, nulloque decore,
[Omen id infelix] alia & rubigine plena
Pullaque conueſtit: celatam exiſtimat inter
Sic nullo hoſtiles acies ſe ferre labore.
Eſt ſpado ibi Arſetes, qui à cunis nutrijt illam;
Cum latere antiquo & ſecum quocunque petebat:
Arma videt mutata, ingens pariterque periclum;
Præſentit quod eò contendens ipſa ſubiret.
Angitur: atque per antiquum, quod præſtitit illi
Seruitium, officiorum & per monimenta piorum
Enixè rogat, vt tali deſiſtat ab auſo;
Sed renuit Virgo. Quáre ipſi denique dicit.
Poſtea quàm tua mens extat tua quærere damna
Firma adeo, vt nihil ætatem iam tempore ſeſſam,
Nilque pium affectum, mea nil omninoque vota,
Nil curet lacrymas; de conditione recludam
Ipſe tua quod neſcibas: deinde cupido
Te tua, vel potius mea rectè dicta gubernent.
Is ſequitur, frontemq; intentam ſubleuat illa.
Æthyopum quondam tractauit; fortè Senapus
Tractat adhuc ſceptrum non Imperioque ſiniſtro:
Qui colit intactæ Nati præcepta Mariæ,
Obſeruatque etiam Nigrẽtis turba Popelli.
Hic ego Paganus colui ſub pondere ſerui,
Inter & Ancillas detentus fœminæ in arte,.
Coniugis electus Regis ſum hic ipſe Miniſter:
Fuſca erat, at fuſcum non affert damna venuſto.

Ardet ea Coniux, igni feruentis amoris
Immodici zeli glacies æquatur & ipſa.
Inſanus ductim cruciato in pectore gliſcit
Sic zelus clauſam mortali abſcondat vt omni
Luminibus cæli ipſius quoque condere vellet.
Illa ſuum ſapiens, humilis quæ grata Marito
Solamen facit. Hiſtoria pietate referta
Eius pictus erat thalamus, ſanctiſque figuris.
Formoſũ niuea hic vultum, rubicunda genaſque
Virgo erat, immanem & iuxtà deuincta Draconem
Percutit hunc Eques haſtili; remanetque cruore
Extinctus proprio. Hac ſe flectit imagine coram
Sæpe ſuas culpas accuſat, deflet, & orat,
Fit grauis intereà, enixa eſt (tuque illa fuiſti)
Infantem niueam. Turbatur; qualeque monſtrum
Inſolitos ſpectat demirabunda colores.
At quoniam Regem, ipſius nouitque furores,
Denique conſilium capit illi abſcondere fœtum.
De candore tuo qui nunc ſpectatur in ore,
Non in ea eſſe fidem niueam fortaſſe putaſſet:
Alterius nigram egreſſam Genitricis ab aluo
Cogitat. Infantem pro te monſtrare recenter.
Sed quoniam Turrim celſam, in qua clauſa teneri
A' matrum cætu, dumtaxat & ipſe colebam;
Quod fui ei ſeruus, ſincera menteque amaui,
Te mihi commiſit, nec adhuc Baptiſmate lotam
Nec tibi tunc ſacrum poteram præbere lauacrum;
Illarum ſiquidem Regionum haud ſuſtinet vſus.
Te mihi collacrymans porrexit, iuſſit & vltrò
Te duci, longas vt nutrireris in oras.
Quis ferat angorem ipſius? quot queſta modiſque?
Reppetijt quoties amplexus illa ſupremos?
Oſcula rorauit lacrymis, eiuſque querelæ
Haud raro fuerunt ruptæ ſingultibus altis.
Tandem eleuans oculos: o (dixit) Numen Olympi
Facta magis quod cæca vides mea corda penetras;
Si cor ideſt expers maculæ, ſi intactaque membra
Iſta, meuſque iugalis lectus; deprecor ipſa
Nec pro me, errores alios, quæ mille patraui;
Con-

Conſpectum ante tuum vilis ſum: reddito ſaluam
Ah precor innocuam prolem, cui de vbere Mater
Lac negat. Hæc viuat, ne ipſam referatq; pudore:
Fortunæ tantùm ex alijs exempla requirat.
Cœlice Bellator, diris cui morſibus Anguis
Conceſſum fuit à Cælo eripuiſſe Puellam;
Si faculam ipſa tuis ſuccendi altaribus vnquam,
Si rutilans aurum obtulerim tibi, thuraue odora;
Hanc fidam famulam caſu quò poſſit in omni
Iungere ſe tecum, iugiter pro illa ſæpe precator.
Hìc ſiluit: cor eſt preſſum, palloreque Mortis
Se depinxit. Ego tum inter mea brachia plorans
Te excepi, ciſtella, floreque, frondeque tecta
Exportata mihi: obſcurum fuit omnibus illud,
Vt neque ſuſceptum fuerit, nec cætera per me.
Perrexi ignotus, ſyluam & gradiens per opacã
Me contra vidi ire Tigrim, quæ lumine ſæua
Ferre minas, iraſque graues. Ego protinus altam
Aſcendi plantam, ſuper herbas teque reliqui;
Cor extemplo meum tanta formidine captum eſt.
Horribilis fera deuenit: caput illa ſuperbum
Conuertens, immota in te ſua lumina fixit.
Obtutum placido actu manſuefecit acerbum.
Pòſt lenta accedit, lingua blanditur & ori
Molliculo: rides tu, blandiriſque viciſſim,
Et ſecum ludens, rictum diſtendis ad aſprum
Exiguam ſecura manum. Illa tibi vbera præbet,
Moreque Nutricis ſe aptat: tu ſugis & ore;
Interea trepidus, valde confuſus & vnà,
Lumine qualis homo Monſtra exterrentia ſpecto.
Poſtea quando ſuo cernit te lacte repletam,
Bella ſecedit, nemus ad propriumque reuertit.
Abſque mora deſcendo, teque recolligo lætus
Quòq; meum tendebat iter, veſtigia verto
Exiguum & iuxta vicum iam denique ſiſto.
Hìc te lacte bono celatim tradidi alendam,
Cum denis ſenos menſes ibidemque moratus.
Tu nondum voces lingua lactente ferebas
Diſtinctè: nec adhuc veſtigia certa premebas.

Aſt quod eam tetigi, quæ iam vicina ſenectæ
Ætatem; apprime diues, contentus & auro,
Quod mihi Reginæ donauit dextera largæ
Abſceſſu; errantem, ac peregrinam linquere vitam
Captus amore fui, patrioſque reuiſere fines:
Degere ibique inter notos, in ſedeque cara
Vulcano proprio brumas moderando rigentes.
Abſcedo, ac Ægyptiacas vbi natus ad oras
Te mecum ducens properantem dirigo greſſum:
Torrentem aduenio, ex parte à latronibus vna,
Altera & à riuo ſum clauſus. Quid mihi agendum?
Linquere te nolo carum mihi pondus amatum,
Viuereque exopto. Rapidam me in fluminis vndā
Proijcio, atque nato; manus amnem verberat vna,
Altera te cautè ſublimem ſuſtinet. Ales
Summè curſus adeſt, in ſe ſe reflectit & vnda
In medio, ſed vt adueni, quò voluitur, altaque
Eſt mage, me gyrat, violens trahit atque deorſum.
Te dimitto ſtatim; vnda leuat te, teque ſecundat.
Inde ſecundat aquam ventus, te ponit arena
Et molli columen; feſſus deindeque anhelans
Vix iſtuc venio. Excipio te pectore lætus:
Nocte ſub obſcura quando pòſt cuncta ſilebant;
Belliger in ſomnis viſus mihi, qui enſe minanti
Imperioſus ait ſua quod mandauerat antè
Mater, præcipio tibi: mox Baptiſmate ſacro
Scilicet extergas. Cœleſti Numine amatur,
Eſtque meum curare illam. Seruo, tueorque:
Ipſe Feris animam pietatis tradidi, & vndis
Mentem: te miſerum! ſi non tua ſomnia ducas
Vera: Poli nunti ſunt: Hìc ſua guttura preſſit.
Explicitus ſomno, ſurrexi; Solis ad ortum
Hincque abij: ſed quando fidem veram ipſe putaui
Eſſe meam, faſaſque vmbras, tu fonte ſalubri
Me farere mihi curaui. Sicque Parentis
Neglexi preculas; ideo nutrita fuiſti
Ethnica tu ſemper, verum tibi neue retexi.
Mirificè creuiſti audax, & ſtrenua in armis,
Viciſti ſexum, ſuperaſti robur & ipſum
Naturæ:

Naturæ : tibi cum fama terraſque paraſti :
Quæ tua vita deinde fuit, tibi credo liquere.
Scis quoq; quòd famuli ſub munere, proq;parente
Agmina Belligerùm te inter non pauca ſecutus.
Heri poſtea imago mihi ſe ſe obtulit ipſa
Sub lucem implicito ſomno quaſi Mortis adinſtar,
Sed mage turbato vultu, & mage voce potenti.
Impie(clamabat)minus& Fide,ecce propinquãt
Tempora, queis vitam debet, mutareque ſortem
Clorinda eſto mea,& ſi obſtas,dolor eſto tuuſque,
Sic ait, & magnum per inane deinde uolauit.
Ergo mihi dilecta, tua tu percipis aure
Quos tibi nunc caſus Cœlum minitatur acerbos.
Neſcio: forte fidem Patrum impugnare ſuorum
Sentiat ægrè alios : fortaſſis vera fides eſt.
Ah tibi collibeat (precor) hæc deponere & arma,
Hoſque animos ardentes : hic ſilet, ingemit atque:
Voluit ea, atque timet:ſimilis quod turbida imago
Cor premit. Atque Viro tandem ſic ore ſereno.
Ipſa fidem amplectar,quæ nunc mihi vera videtur,
Quam duce te lactens Nutricis ab vbere ſuxi.
Ergo quid ambiguam verbis me reddere tentas?
Ne vè metu ingenti ponam (nec conuenit vlli
Magnanimo cordi) cœptum dimittere & arma.
Nec quoque ſi ante oculos acerrima imagine ſtaret
Mors mihi, qua viſa mortalia corda tremiſcunt.
Tum ſolatur eum : ſed quando approximat hora,
Abſolui qua debet opus; diſcedit, & illi
Belligero, qui ſecum exardet adire periclum
Tam graue ſe ſe addit. Nec non Iſmenus vtriſque
Iungitur extimulat mirè, & calcaria per ſe
Currenti virtutis equo addit: tradit & ipſis
Sulphureos globulos nigroque bitumine binos,
Ære cauo pariter celataque lumina præbet.
Nocte ferunt ſe extra, & taciti inſimul ambo,
Per collem vadunt longo, veloceque greſſu;
Partem vt eam,quà hoſtilis ſe ſe machina tollit,
Iã propè ſint.Animi igneſcunt,cor pectore feruet,
Nec capit in ſe ipſo totum. Illos vrget ad ignem,
Ad cædes

Ad cædes rabies, cæcus furor, efferа & ira.
Vocibus Excubiæ clamant heus, ſignaque poſcunt.
Ipſi procedunt taciti. Arma ſonore peralto,
Arma iterum clamant Vigiles. Non conditur vltrà
Acre virùm par, eſt neque tunc præcurrere lentũ.
Fulmẽ vt, aut bombarda & fulgurat,atq; tonеſcit,
Et crepat ipſo actu; ſic iſti tempore in vno
Perueniunt, feriunt, ſcindunt,turmãq; penetrant.
Audax conſilium! inter mille arma,inter & ictus
Mille, opus eſt tandem ſuccedat vota ſecundum:
Lumina clauſa retexere, accendibilem & eſcam
Succẽdere citò fauillæ: hanc poſtea lignis
Inuoluit, partem neq; tantùm ſparſit in vnam.
Quis referat modò quì ſerpat,quì creſcat & ignis
Partibus ex multis? quì Aſtrorum turbet & ora
Caligo fumi denſa? aſpicis Æthere volui
Atros flammarum globulos fumi inter & orbes
Mixtarum: Validi efflant venti, incendia vires
Vt ſumant, faciunt, ignes cogantur in vnum
Diſperſi ferit, exterret mox lumen & ingens
Lumina Francorum, cuncti armorumque ſonore
Cepere arma citi. Immanis ſic machina belli
Deterrens cadit, & ſternit breuis hora labores
Tam longos. Acies vbi tunc incendia ſurgunt
Chriſticolum binæ accurrunt. Minitatur & Argas.
Illam ego nunc veſtro reſtinguã ſanguine flamã,
Seque opponit eis. Sed paulatim ille recedit
Iunctus Clorindæ, atque pedem ſuper ardua mõtis
Detorquet. Mage,quã torrens lõgo imbre, caterua
Creſcit,& vrget eos, cum ipſis aſcendit & vnà.
Aurea porta patens eſt; huc ſe contulit ipſe
Rex proprio populo circumdatus arma ferente,
Excipere vt valeat pugnaces ſorte fauente,
Si redeant. Saliunt ſupra tunc limina bini:
Subſequitur rabidus rapidè ipſos Frãcus inundans:
At Solmanus eum impellit; fortiſque repellit:
Clauſa fuit porta, excluſa & Clorinda remanſit.
Sola excluſa fuit; tempus nam fortè ſub ipſum
Oſtia quæ palmis aliorum clauſa fuere;

Illa

Illa ruit feruens extra, feritateque capta,
Sanguine quò pœnas proprio dependat Arimon;
Cui percuſſa fuit, certè mulctauit & iſtum:
Et nec adhuc Argas, quòd tam progreſſa fuiſſet
Senſerat: & pugna, atque frequentia, deſus & àer,
Cordibus & curam, & ſenſum rapiebat ocellis.
At poſtquam tepuit ſua mens irata cruore
Hoſtili, rediijtque benè ad ſe: lumine poſtes
Obſtructos vidit, cinctam ſe hoſtilibus armis:
Tunc vitare necem ſe nullùs poſſe putauit:
Perſpicit at quoniam non obſeruarier vlli,
Reddere ſe ſaluam præſenti excogitat arte.
Gentibus ex illis ſimulat ſe: Seque remiſcet
Hoſtibus ignaris tacitè: nullique notatur.
Vt lupus in ſyluam tacitus iam cæde peracta
Occulta redit, & recto de tramite flectit:
Aère ſic fuſco dein, turbaque fauente
Condita pergebat. Solùm dignoſcitur ipſa
Tancredo; paulò ſuper huc venerat antè
Tempore, quo illius dextra eſt lethatus Arimon:
Aduenit, vidit, ſignauit, eamque ſecutus
Enſe probare cupit, perdignum iudicat ipſam
Nempè virum, ſua cui virtus monſtretur ad vſum.
Circumit ad portas alias aſprum illa iacumen,
Quas intrare putat. Sequitur furibundus & ille,
Antè ſed aduеniat, crepitum ſic edidit armis,
Se ſubito vt vertat, clametque. O tu impete tanto
Quid curris modo? quidue geris? reſpõdet at ho-
Et bellum, mortemq; gero; bellũque necemq; [ſtis
Accipies [dixit] tibi non inferre recuſo,
Si quæras. Stans corpore præſtolatur & illum.
Mox Tancredus equo deſcendit, namq; pedeſter
Hoſtis adeſt. Sæuum gladium denudat vterque:
Exacuitque animum, cæcam ſuccendit & iram,
Et ſibi concurrunt. Taurorum vt corpora bina,
Qui zeloque, iraque flagrent. Hæc ſoleque claro
Digna forent geſta, & pleno quoq; digna theatro.
Nox, quæ tam celebre obſcuro velamine factum
Texiſti, pariter lethes fluuioque profundo

Mer-

Merſiſti; concede traham extra, ac ordine pandam
Venturę ætati, ſeclis mitramque futuris;
Viuat vt illorum fama, ipſam gloriam & inter
Mnemoſine talis fuſci pręfulgeat alta.
Non vitant, neq; depellunt ictus, neq; plantam
Hi referunt, non dexteritas adhibetur ab ipſis.
Nō modò confictus,modò inanis,vel modò plenus
Ictus ibi eſt: tollit rabies vſum artis, & vmbra.
Horrificos enſes ſe impellere percipis aure
Ad ferri medium. Non pes veſtigia linquit:
Planta immota ſtat; in motu ſed dextera ſemper.
Irrita non acies, nullo neque vulnere mucro
Decidit. Vlciſci rabiem hic iniuria adurget:
Vindicta & mutuò conuitia deinde nouantur:
Sēper ob id ſtimulus nouus additur,& noua sēper
Cauſa ferire ſimul promptè. Miſcetur in horas
Aſperius bellum; multo mage fitque propinquum.
Enſe nihil prodeſt vti. Miliſque viciſſim
Se tundunt ambo facti in feritate furentes.
Collidunt clypeis, collidunt caſſide dura.
Milite ter validis vincitur Virgo lacertis:
Illaq; vi toties firmiſſima vincula rumpit;
Vincula at hoſtis acerbati, non propria Amantis.
Ad ferrum redeunt: multiſq; hoc tingit vterque
Vulneribus: multùm defeſſus, multàque anhelans
Deniq; vterq; refert ſe; poſt longumq; laborem
Reſpirat. Contraq; vnum alter lumina figit,
Corporis & grauitas exanguis nititur enſi.
Fulgidus extremi radius iam deficit Aſtri.
Lumen vt accenſum primum eſt Titanis in ortu,
Aſpicit effundi Tancredus ab hoſte cruoris
Longè plus; ſe ipſum multo nec vulnere lęſum.
Exilit, effertur; noſtræ o veſania mentis,
Quæ tenui quauis fortunæ extollitur aura!
Quo miſer exultans? fuerint quā mœſta trophea!
Gloria quàm infelix! equidem tua lumina plāctus
Perſoluent (cùm te viuentem fata relinquant)
Quaſlibet in guttas illius ſanguinis æquor.
Sic taciti pugnaces, ſe mutuòque tuentes

Am-

Ambo cruentati paulùm à certamine ceſſant.
Denique Tancredo ſunt rupta ſilentia; & inquit:
Vt ſibi tunc proprium nomen recluderet alter.
Sors infauſta qu d m, nob s quòd tāta probetur
Hic virtus. velent vbi cæca ſilentia noctis.
Sed quoniam aduerſa nobis laus forte negatur,
Et dignus teſtis facto: oro (precantia ſiquid
Verba valent hoſtes inter) mihi tu ipſe reueles,
Qui vocitere, tuumque ſtatum, quò deniq; norim
Victum, victoremue, meam mortē quis honeſtet,
Vel palmam. Fera reſpondet. Quòd prodere nulli
Conſueſco, petis incaſſum. Sed qualis ego ſim,
Immodicam Turrim ex binis, qui tradidit igni
Antè, vides vnum. Tancredus vocibus illis
Corde flagrans ira, dixiſti, id replicat inde
Omine non fauſto. Tua verba, ſilentiaque ipſa
Barbare, inhumane vltrici me æqualiter iræ
Impellunt. Acris rabies in corda reuertit,
Fertque viros licet ad bellum. O fera pugna!
Eſt vbi nil artis, reſtinctum robur & omne:
Solus vbi furor ambobus pro dimicat ardens:
O quàm ſanguinolenta, o quàm ſpatioſaq; porta
Panditur amborum gladijs in corpore & armis
Vitaque ni fugiat, retinetur pectore ab ira.
Ægeum veluti quamuis Aquiloque Notuſque
Ceſſent, antè quibus quaſſum fuit, atque volutum,
Non tamen id miteſcit; adhuc perdurat in vndæ
Et ſonitu, & motu excuſſę: ſic ſanguine cum hauſto
Deficiat quamquam ille vigor, qui mouit ad ictus
Brachia; adhuc conſeruatur prior impetus illis:
Acti ab eoque petunt damnis ſuper addere damna.
Ecce ſed aduenit fatalis, & hora ſuprema,
Qua vita eſt proprio Clorindæ debita fini.
Inijcit in pectus gladium punctim ille venuſtum,
Qui merſatur ibi, multum ſugitque cruoris:
Et veſtem teneram, atq; leuem, quæ picta venuſtè
Preſſabat mammas auro benè flumine complet
Tunc calido. Semet languentem ſentit, & ægrum
Elanguere pedem. Non deſerit ille triumphum,
Innu-

Innuptam grauiter minitans vrgetque premitque
Illa cadens voce afflicta dedit vltima verba:
Verba, nouus quæ dictat ei tunc ſpiritus Almus;
Spiritus & Fidei, atque Spei, ac ardentis Amoris;
Virtutem æthereo infuſam pietate ſuprema
Numine corde ſuo: viuens ſique illa rebellis
Extitit, Ancillam exoptat ſibi funere iungi.
Viciſti o carus: tibi parco. Tu quoque parcas,
Ne vè meæ carni, quoniam modò nulla paueſcit
Aſt Animæ. Pro illius quæſo ſalute precator;
Vtque meas tergam labes, donato Lauacrum
(Oro) mihi ſacrum. Reſonat tunc vocibus iſtis.
Neſcio quid mœſtum, flendum, valdeque ſuaue,
Cor hoſtis penetrat, totam reſtinguit & iram,
Ad lacrymas oculos inuitat, cogit & vltrò.
Haud procul hinc multò manabat Mõtis in aluo
Riuulus; is curſum cepit, galeamque repleuit
Eius aqua, & triſtis rediit pietatis ad altum
Officium. Manus intremuit tunc, quando reſoluit
Nexibus ignotam frontem, planèque retexit.
Vidit eam, nouit, ſine motu, voceque manſit.
Proh viſus! proh notities! non mortuus eſt iam?
Virtutes ſiquidem proprias collegerat omnes
Tunc, & pro cordis vigili Cuſtode locarat:
Angoremque ſuum frenans mox tradere vitam
Se ſe accinxit aqua, cui ferro dempſerat acri.
Dum ſacra verba tulit, mutata eſt gaudio, & vnà
Riſit: & emoriens actu læto, atque vigenti
Illa videbatur proferre. En panditur Æther.
Vado ego cum pace. Aſperſum eſt pallore venuſto
Os niueum, vt violæ pallenti lilia mixta:
Eſt oculos affixa Polo, mutuò conuerſus ad illam
Ingenti pietate Polus, Titanque videtur:
Nudatamque manum attollens & frigidam ad ipſũ
Belligerum præbet ſinceræ pignora pacis.
Pro verbis. Moritur ſic præſtantiſſima forma,
Atque armis Mulier, nec non dormire videtur.
Vt videt exanimam, laxat planè ipſe vigorem
Tancredus, quem cor proprium congeſſerat intus:
Impe-

Imperiumque ſuo furiali omnino dolori,
Nec minus inſano cedit: qui multa premens cor
Sede breui clauſa vita repleuit & ora,
Et ſenſus morte; elanguetque ſimillimus idem
Exanimo viuus; ſi pallor, ſanguis, & actus,
Denique ſi muta inſpectetur lumine lingua.
Et ſua vita quidem multo ſuccenſa furore
Pulchram animam propria mortali carne ſolutam
Perfragile obſtaclum violenter denique ſcindens
Proſequier, quæ paulò antè illam expandere alas:
Aſt huc propter aquā, aut aliud quid fortè cater.
Francorū venit, ac Equitē cū Virgine defert (ua
Non benè viuum in ſe, & defuncta mortuū in ipſa:
Sed quoniam p ocul illorum Dux nouit ab armis.
Chriſtigenum heroem; accurrit, deinde renoſcit
Exanimam, & caſu valde triſtatur acerbo.
Expoſitumque lupis corpus permittere honeſtum
Noluit, id quamuis Paganum iudicet ipſe.
Aſt aliena ſuper deponit brachia vtrumque.
Adque Tabernaclum Tancredi poſtea fertur.
Sed nec adhuc prorſus prælento ſaucius heros.
In motu recipit ſenſus. Tamen ille remiſſus
Ingemit, indiciū, quòd non attingit limina mortis;
Alterum at immotum, & tacitum clarè indicat eſſe
Abſque anima corpus. Sic iuxta fertur vtrumque
Belliger aſt alia, & diuerſa ſede locatur.
Armigeri diuerſa exercent munera triſtes
Circa Equitem prompti, & multa pietate iacentē.
Iamq; oculos ad languentes lux pulchra reuertit,
Atque manus ſentit medicas, verba audit & ipſa.
Mens at adhuc proprij dubia, atq; incerta regreſſus
Attonita haud confirmatur. Circumſpicit heros
Obſtupidus famulos, & ſedem denique nouit:
Poſtea quā afflictus, raucuſq; ita. Nunc ego viuo?
Veſcor ego hac aura? radios huiuſce diei
Miror adhuc oſos atri, mea crimina cœca
Teſtantis, mea qui delicta obiectat iniqua.
Vſque mihi? manus ah nimium lenta, atq; paueſcēs.
Tumet, quæ feriendi non ignara viarum;

Tu necis & turpis, quæ iam impia facta miniſtra;
Quin huius vitæ audes cædere ſtamina iniquæ?
Hoc transfige quidem pectus; diram ede tuoque
Enſe mei cordis ſtragem; ſed fortè ſuetæ
Acribus,& trucibus factis inferre dolori
Ipſe meo Mortem, pietas tibi ducitur ingens?
In terris inter memoranda exempla miſellum
Viuam igitur ſemper Monſtrum infelicis amoris;
Monſtrum cui vita indigna eſt modò debita pœna
Immenſa impietate mea. Inter ſemper acerbos
Angores peragam annos, curas ſemper & inter
Æquas quippe mihi furias: ſtultiſſimus erro!
Obſcuras metuam tenebras, quæ crimina prima
Ante meos ponent oculos. Horrebo vel ora
Titanis, mea qui infortunia luce retexit.
Os horrebo meum ſemper fugiendoq; me ipſum;
Me prope ſemper ero. Aſt o infortunatæ Virorũ!
Corporis intacti manſere vbi, tamque venuſti
Relliquiæ? an ne mei quicquid liquere furores
Integrum; rabie laceratum, & dente ferarum eſt?
Nobilis an nimium præda! ah nimium eſca ſuauis,
Et pretioſa! in quam ah miſer à caligine primùm
Ipſe laceſſitus ſyluis, à deindeque beluis.
Illò, vbi vos eſtis, veniam, veniamque profectò:
Voſque eritis mecum; exuuiæ modò ſitis amatæ.
Si verò eueniat, quòd formoſi illius artus
Iam dentis fuerint miſerabilis eſca ferini,
Quippè volo quoque me guttur deglutiat ipſum:
Ipſeque me claudat venter, qui ſuſcipit illos.
Semper honorus erit tumulus, ſemperque beatus
Quauis parte locer, cum illis ſim dummodò ſẽper.
Infelix ita dicebat. Sed fertur ad ipſum,
Corpus ibi quòd erat, quo tantas ore querelas
Emittit: tenebroſa parùm tunc ora ſerenat,
Nubila ceu fulgor, qui præterit, aduolat atque,
Pondus & infirmum lecto, tardumque leuauit
Membrorum ſecumque trahens ęgrè illia feſſa,
Multa labans conuertit eò greſſum. Aſt vbi venit
Inflictamque ſibi ſpecioſo in pectore diram

Intui-

Intuitus plagam: & quaſi nocturnũ æthera, nube
Obductum nulla, os pallens, ſplendore nec vllo:
Sic tremuit, certò vt caderet, ſi longius eſſet
Subſidium fidi. Tum: o viſus reddere dulcem
Qui mortem certè; verum dulceſcere fortem
Ipſe meam minimè potes. O pulcherrima dextra,
Qua mihi pignus amicitiæ, paciſque dediſti;
Nunc quale o miſer aſpicio? tibi me offero qualẽ?
Voſque venuſti artus non ne hi ſunt ſigna ferinæ
Nunc iræ miſeranda meæ, & funeſta ſceleſtæ?
O ſimul, ac æquè manibus cum lumina dira!
Vulnera fixere ipſæ, vos ſpectatis & illa?
Et lacrima nulla ſpectatis? At effluat illuc
Ipſe meus ſanguis, quò planctus adire recuſat.
Truncat & hic verba: ac vt deſperata cupido
Vrget eum ad Mortem, vittas, & vulnera ſcindit:
Vulneribuſque ſuis riuum mox depluit aſpris.
Inferretque ſibi lethum, ſed pæna doloris
Dum ſenſus adimit, viuentem ſuſtinet illum.
Ponitur in ſtrato, vitæ reuocatur & aura
Munera ad oſa fugax. Verùm iam garrula fama
Angoreſque ſuos: ſuaque infortunia vulgat.
Huc prius accurrit Gofredus, turbaque Amicùm
Et mage dignorum concurrit poſteà verax.
Nec fidi tamen admonitus, nec dulcia verba
Altiùs impreſſum demulcent corde dolorem.
Plaga grauis veluti membris infixa tenellis
Fit mage, ſi medicis manibus tangatur acerba;
Accreſcitque dolor, ſic hoc in vulnere tanto
Per dulces monitus curatum redditur aſprum
Cor magis. At Petrus venerabilis ore ſeuero,
Ceu Paſtor bonus infirmæ medeatur vt Agnæ,
Inſanas memorat curas primùm illius, inde
Sic monet. O Tancrede, o te diuerſus ab ipſo
Plus nimio, cœptiſque tuis; quò reddere ſurdus
Sic? & quæ nubes mentis te lumine priuat?
Iſte tuus caſus (credas) eſt Nuntius Alti:
Non ne vides illum? ipſius non dictaque inaudis?
Quomodò te obiurgat, callem ad reuocatq; relictũ,

Qui

Qui prius abs te calcatus, tibi monſtrat & illum ?
Milite Chriſticola dignos nunc te aduocat actus
Munere in antiquo (proh permutatio turpis!)
Iam tibi deſerto, fieres vt fidus Amaſcus
Virginis infidæ ſuperis. Ærumna ſecunda,
Ira benigna tuam veſanam de Æthere culpam
Verberat infirma ferula: idem vultque ſalutis
Ipſe tuæ Faber euadas; nunc idque recuſas ?
Ergo ſalubre Poli donum tu ingrate refellis,
Succenſes & ei? miſer, & quid tradere totum
Se cor effreni tu das, rapidoque dolori ?
Veniſti, pendeſque cadens pronus ſub Abyſſum
Æternã: iſtud neue vides? ah reſpice quæſo:
Colligito te ipſum: inſanum frænato dolorem,
Ad duplicem certus quo nunc perducere Mortem.
Conticet: vnius formidine Mortis, in illo
Alterius paulùm tepuit ſuccenſa cupido.
Corde dat in proprio ingreſſum hortaminibus illis
Immodici internas vires minuitque doloris;
Haud tamẽ vt crebrò lacrymas non lumina mittant
Quæſtubus & mœſtis linguam non ſæpe reſoluat:
Nunc ſecum ſans, nunc cũ anima de carcere carnis
Egreſſa, æthereo quæ illum fortè audit ab Orbe.
Solis in abſceſſu, curru redeuntieque Solis
Illam voce vocat languenti luget, & orat:
Ceu philomela, cui de nido Ruſticus atrox
Implumes rapuit natos: edens miſerabile carmen
Flet noctes, querulis & ſyluas vocibus implet.
Sole nouo tandem lacrymantia lumina paulùm
Claudit, & in planctu ſomnus proſerpit in ipſis.
Ecce ſed in ſomnis ſtellata veſte decora,
Illacrymata ab eo tantùm comparet Amica;
Pulchrior & longè: verùm cœleſtis adornat,
Non antiquum adimit menti cognoſcere, ſplendor
Prædulci, atque pio actu lumina mœſta videtur
Exſiccare, ſimulque illi iſthæc dicere verba.
Quàm modò ſim ſpecioſa, vide, quã lætaq; tota
O mi Fide; tuo ob me finem impone dolori.
Talis ego ſum te propter: mortalibus errans

Me viuis rapuiſti : cum Cœleſtibus vnà
Et pietate tua Cœlum conſcendere dignam
Feciſti . Hìc & amando fruor , viuoque beata:
Spero tibi quoque , quòd ſedes hìc digna paretur;
Sole vbi in immenſo ; atque æterno lumine mira
Illius & forma læte , atque mea vſque frueris;
Dum tibi non odium Cœli conflaueris æquum;
Vanida nec propter recto de tramite flectas .
Viue : ſimulque ſcias,quòd ego te diligo, quantùm
Fas homini ſit amare virum , tibi pandoque clarè.
Sic ea fans zeli emiſit per lumina morem
Vt ſuper humanum flammas : ſe clauſit & intra
Tum proprios radios , & ſe ſubtraxit ocellis ,
Infuſum liquitque nouum ſolamen in illo .
Soluitur à ſomno ſolamine , ſeque medentum
Expertis credit manibus . Procurat humandum
Prætcrea corpus , cui paulò antè inclita vita
Iuncta erat . Exlecto & pretioſo marmore buſtum
Ni fuit , aut manibus quoque celatum arte cęlebri
Dedaleis , lectum eſt ſaxum , Cęlator & vnà ,
Quantùm ibi concedunt præſentia tempora clarus,
Accenſis iuſſit facibus ſociari hìc ordine longo
Magnifica pompa : Et nuda pino ipſius arma
Explicuit ſuper vt ſublimis more Trophei .
Læſa ſed vt potuit miles ſub membra leuare
Luce ſequente ſtatim totus pietate refertus ,
Ac reuerens viſum oſſa ſepulta petiuit honora .
Venit vt ad tumulum , qui adſcriptus ab Æthere
Spiritui proprio carcer pętriſtis in Orbe; (viuo
Pallidus , atque rigens , mutus ferinè, & ſine motu
Marmoris ad molem funebris lumina fixit .
Ex oculis fundens lacrymarum denique flumen ;
Protulit heu languens , dixitq; . O marmor amatū,
Tanto dignum & honore, meas quod colligis intus
Nunc flammas , extrà lacrymis ornare meiſque :
Tu cineris viui , ſub quo ſtat Amoris imago
Hoſpitium, non mortis es : abs te ſentio tędas
Iam ſolitas , ni adeo dulces ; non verò flagrantes
Corde minus . Mea ſuſcipias ſuſpiria , quæſo ,

Oſcula & hæc ſumas, triſti quæ roro liquore:
Et quod ego minimè poſſum; quas claudis in aluo,
Relliquijs ſaltem illa dehinc infigito amatis.
Imprime tu: quoniam pulcher ſi ſpiritus vnquam
Ad proprium corpus ſpecioſum lumina vertat;
Non pietate tua, atque meo auſu ardebit in iras:
Inuidiæ nihil in Cœlo, nil cogitur iræ.
Illa meo errori parcit: tantoſque dolores
Inter, ſpe modò cor iſta ſe recreat vna.
Palma nocens tantùm eſt: patet ipſi, neue moleſtũ,
Si vixi eius Amans; quòd Amans quoq; lumine pri-
Ergo luce orbabor Amãs? O fauſta mihi lux, (ver.
Denique ſi eueniat! longè at felicior; vt ſi
Nunc erro circum te, tunc deponar in aluo
Ipſe tua. In Cœlis Animæ verſentur amicę;
Amborum cinis in tumulo tumuletur eódem:
Quo carui viuens detur mihi denique functo.
Mirificam o ſortem! (ſi illud ſperare licebit.)
Interea incertum de caſu murmur in Vrbe eſt.
Poſtea fit certus; partes fama errat in omnes
Terræ fœmineo planctu, & clamore virorum;
Haud aliter quàm ſi ruat expugnata per arma:
Tecta p, & Tẽpla aduolitent flamę ignis, & hoſtes.
Aſpectu, ac gemitu infelicem cuncta feruntur
Lumina in Arſetem. Reliquorum more virorum
Non dolor in lacrymas hunc ſoluit; corde rigenti
Eſt nimis: aſt canos immundo puluere ſpargit,
Inceſtatque ſimul, laniat cum pectore vultum.
Dum conuerſa tenent turbæ nunc lumina in illum,
In medium ſe fert Argas, & talia fatur.
Ipſe quidem ardebam cũ primùm Fęmina fortis
Præſenti quòd erat diſcluſa adiungere me illi
Continuò ſocium: promptus, rapiduſque cucurri;
Quò mea fortunam ſecum ipſam vita ſubiret.
Et quę ego non feci? non dixi? quoſque precatus
Non ego porrexi Regi, quò pandere vellet
Portas? me orantem, contendentemq; vacanter,
Quod tenet, imperio frænauit denique ſummo.
Ah mihi tunc ſi exire datum; aut erepta periclo

Strenua Bellatrix certè, vel clauſa meorum
Hora ſuprema foret memorando fine dierum,
Illa vbi iam proprio rubefecit ſanguine terram.
Sed quid ego poteram vltra? ſic hominumq;Deũq;
Conſilio placitum. Fatali decidit ipſa
Interitu: & quantùm mihi fas nunc mente repono.
Auribus accipito VrbsSolymę quid ſpõdeat Argas:
Tu Cœlum quoque percipias: huic ſique deeſſem,
Fulmine tange meum caput. Ipſe Mehercule iuro
Me Franco vltrices homicida poſcere pœnas
Ipſius ob cædem (vindicta hæc pertinet ad me)
A' latere hunc enſem deponere tempore nullo,
Tancredi donec cor non transfigat iniquum,
Proque cibo linquam coruis infame cadauer.
Sic ait. Et Populus cum plauſu verba ſuprema
Conſociant. Solùm & vindictam mente reuoluens
Optatam cor deflenti ſubmulſit amarum.
Vana ſed o iuramenta! en effecta ſequuntur
Diſſona ab optatis: certamine decidit æquo
Subter eum, ſibi quẽ captum, & victũ efficit Argas.

HIEROSOLYMÆ VINDICATÆ

Liber Tertius Decimus.

ARGVMENTVM.

VT ſyluam ſeruent, Iſmenus Dæmonas vrget:
Sub ſpecie Monſtrorum, tantùm aſpectibus iſti
Eÿciunt vmbroſa petentes clauſtra reciſum.
Fidenti vultu intrepidus Tancredus it illò:
At pietate tenetur, quin ſua robora monſtret.
Totum agmen nimio quod diuexatur ab æſtu,
Denique robuſtum, atque vigens vis reddit aquarũ.

VIx verò in cinerem prægrandis machina muri
Quaſſatrix cecidit, multò quò tutior extet
Vrbs, noua ſolicitè Iſmenus commenta reuoluit:

Propterea Francis ſtudet intercludere quicquid
Lignorum præſtare valet nemus arbore plenum,
Ne Solymam contra turrim fabricare recentem
Inde queant: Surgit medijs in vallibus alta
Sylua, à Chriſtiadum caſtris non diſſita multùm,
Annoſa, horrificis & quàm denſiſſima plantis,
Damniferam quę dilatant vmbram vndiq; circùm,
Clarior in terris hora qua ſplendet Apollo,
Hic lux ambigua eſt, ac triſtis, decolor vnà;
Nubilo vt in Cœlo mortali cernitur anceps,
An ve dies nocti, ſuccedat an illa diei.
Sed cùm digreditur Titan, hic illicò adumbrat
Nox, nubes, caligo nigerrima, ſummus & horror,
Quem verè ſtygium dices, qui lumina viſu
Orbat, cuncta replet gelido qui corda timore.
Non Paſtor pecudes hùc, non armenta Bubulcus
Paſcere perducit: vagus hùc ni deuius intrat;
Præterit at longè, digito demonſtrat & illam.
Huc Lamiæ còëunt: cuiuſlibet hùc & Amaſcus
Conuenit ex illis nocturnus nubila ſupra:
Induit hic Hirci formam, diri ille Draconis.
Infamis cœtus! fallax quem ſueſcit imago
Illectare boni optati, celebrare prophanas
Immundis epulas pompis, tędaſque ſceleſtas.
Talis erat ſenſus communis: & Incola nullus
Horribili à ſylua ramos audace bipenni
Deſecuit: Franci violarunt: illa quòd vna
Turritas illis moles daret. Huc Magus ergo
Aduenit, ſelegit & apta ſilentia noctis:
Noctis & illius, quæ exactæ proxima venit;
Hicque ſuum duxit ciclum, ſua ſignaque preſſit.
Diſcinctus, nuduſque pedem, collectus & vnum,
In ducto ciclo verba ore potentia dixit.
Atque ter hic Ortum, Occaſum ter vertit & ora,
Atque ter excuſſit virgam, reuocare ſepulchro
Qua ſolet oſſa ſepulta virum, his & reddere motū:
Exuto pede tellurem quoque perculit & ter;
Terribilique ſono ſermonem poſtea mouit.
Audite, audite o vos, quos iam fulgura de Aſtris

Præ-

Præcipites dederunt excelſi iuſta Tonantis:
Vos diras qui hyemes fertis, ſubitaſq; procellas,
Aëris errantes Ciues: vos Incolę Auerni,
Planctibus æternis qui animas torquetis iniquas:
Inuoco vos hìc, te Princeps Regnique flagrantis.
Vos nemus hoc benè ſeruetis; vos arborē & omnē,
Quam vobis credo numeratam ſponte meapte,
Corpus vt eſt animæ veſtis, pariterq; cubiclum;
Veſtrum ita cuiuſuis exiſtat quælibet arbor.
Propterea fugiat Francus, ſaltemue reſiſtat
Ictibus in primis, veſtram formidet & iram.
Sic ait: horribileſque notas, quas addidit ille,
Impia ni ſit; nulla poteſt modò lingua referre.
Aſtra decor noctis, pallent mox vocibus illis:
Turbatur Luna, obducit ſua cornua nube,
Amplius haud ſe ſe prodit. Succenſus at ira
Clamores repetit: nec adhuc o Pneumata lenta
Siſtitis auerſita mihi? quare mora tanta?
An validos mage clamores, arcanaque verba
Expectetis adhuc? non obliuiſcimur artis
Iam mage crudelis deſueto fortius vſu
Auxilium! ipſe ſcio lingua quoq; ſanguine fœda
Promere Grande illud Nomen, valdeq; verendum,
Cui ſurdus neque Dis vnquam, neq; Pluto reſiſtens
Auſcultare fuit. Quid ſi? Quid? dicere vellet
Plura, ſed agnouit iam faſcina facta fuiſſe.
Spirituū vincens numerū omnem Turba venibāt
Ex illis, liquidas qui habitant pars Aëris oras,
Et pars qui tetro egreſſi, terræque profundo:
Lenti & adhuc ibant tremefacti iuſſibus altis.
In bello quæ ipſis vetuerunt arma mouere:
Non tamen huc ire, in trunciſq, habitare negatur,
Atque inter frondes. Sed vbi non vlla deeſſe
Conſilio vidit proprio; mox lætus ad altum
It Regem. Princeps recrea cor, pone timorem,
Scilicet in tuto poſita eſt tua Regia Sedes.
Nec renouare ſuas poterit [crede] amplius hoſtis
Aërias Francus moles, vt cogitat ipſe.
Carminis inde refert caſus; his inſuper addit:

Perfeci quoque rem, mihi quæ gratiſſima. Scito
Mars vbi cœleſtis cum ſole in ſigna Leonis
Iunctus erit, flammas nolent moderare moleſtas,
Aut auræ, aut nimbi, pluuiæ vel roſcidus imber:
Æthere quod paret, triſtem prænunciat æſtum.
Hic nobis fuerit calor vt Naſamonibus vſtis,
Aut Garamanteis populis. Non ille moleſtus
Sic fuerit nobis; vmbris, lymphaque refertam
Qui colimus terram: Arcitti verò nec amæna
Sutentes Franci ardorem ſufferre nequibunt:
Sic prius edomiti Cœlo, feſſique labore
Nullo Ægyptiaca fundentur poſtea Gente.
Victor eris fidens: nec opus tibi [credo] probare
Fortunã amplius. Et ſi Argas, qui ſemper abhorret
Otia honeſta, quoque extimulat, cohibere ſtudeto:
Temporis haud multũ labetur, quò Æther amicus
Tranquillam pacem tibi, bellumque afferet hoſti.
Auribus accipiens Solymæ nunc iſta Tyrannus
Tutum adeo reddit ſe, non formidet vt vltrà
Hoſtis opes. Partim percuſſos ariete muros
Fulcierat: non propterea inſtaurare remiſit
Curam, vbi confracti videantur, fortè vt fiſſi.
Hic omnes turbæ, ciues, famulæq; laborant:
Feruet opus. Quaſſetur fruſtrà Vrbs Bullio nõ vult:
Molem ideoq; ſuam farciriet imperat antè
Maiorem; atq; aliam quoq; lucum mittit ad illum,
Ex quo materies ad opus ſolet apta recidi,
Complures Fabros. Adeunt, cùm Aurora rubeſcit;
Aſt noua, vt apparet, formido diſtinet illos.
Puſio ceu ſimplex qui oculos torquere nec audet
Inſolitas Laruas vbi credit habere propinquas,
Nocte vel vmbroſa vt premitur formidine multa
Monſtra ſibi fingens, propriæ Portentaque menti;
Haud ſecus horrebant inſci quid terreat ipſos:
Mõſtra timor niſi fortè effingat Sphynge, Chimera
Prodigioſa mage in ſenſu. Mox turba reuertit
Pallida, multa pauens; variat, confundit & omne,
Et res, & dicta: hoc referens illuditur inde;
Monſtroſiſque fides nulla eſt de effectibus illis.
Mili-

Militis electi fidens, ac fortis mittitur illuc
Tunc Ductore Manus, quò aliam præcedat, & auſū
Suggerat ad propriū munus. Sed quādo propiquāt,
Dæmones in ſyluestri vbi ſedem horrore locarunt;
Vix vmbras iſtas inſpectauere nigrentes,
Quòd tremuit cor, in glaciem euaſitque repentè;
Pergebant tamen vlterius; vilemque timorem
Condere tendebant iſti fidente ſub ore:
Denique ſic proceſſerunt, vt ſede remoti
Paulo eſſent excantata. Tunc ecce repentè
Egreditur ſylua ſonitus: terræ eſſe trementis
Dixiſſes ſtrepitum; ac Auſtrorum murmur in illa
Exauditur, aquæ planctus, qui congemit inter
Saxa. Ferus ſicut rugit Leo, ſibilat Anguis:
Quì Lupus hìc, audis, vlulat, qui pendet & Vrſus:
Hic audiſque tubas, magnum tonitruſque boatum;
Et tot, tam varioſque ſonos ſonor exprimit vnus.
Cunctorum facies palleſcunt, milleque ſignis
Tunc timor eſt viſus. Greſſu, ratione nec vlla
Neue etiam diſciplina procedere tentant,
Siſtere vel ſaltem: ſiquidem quę abſcondita virtus
Icit eos, etiam ipſorum tutamina vincit.
Denique diffugiunt; ex illis purgat & vnus
Gofredo coram factum ſic. Nemo profectò eſt
Amplius o Princeps, lucum qui cædere iactet:
Ille etenim ſic cuſtoditur, firmiter ipſe
Vt credam (& quoque iurarem) Plutona locaſſe
Sedem in eis propriam plantis. Nę cor adamantę
Ter tenet ex duro, intrepidus qui lumina in illum
Defigit: ſenſuque caret, qui admittere in aures
Auſit; quando tonans rugit, cum ſibilat vnà.
Iſte ita narrabat. Qui audibant fortè ſed inter
Quamplures, Alcaſtus erat temerarius, audax,
Efferus, atq; hominū contēptor, Mortis & ictus:
Vel magis horribilem Beluam non ille timeret
Neue viro Monſtrum, vel formidabile forti,
Neue ſoli motum, non fulgur, ſed neque ventum,
Nec mage quid violens, terrarum quod ſit in Orbe,
Quaſſabat caput: & ſubridens quò iſte nec audet,

Ire ego confido, aiebat. Volo cędere ſyluam
Solus ego, quæ ſomnia turbidiora receptat.
Quippe mihi horrendũ minimèPhantaſma vetabit,
Nec fremitus nemoris, clamores neue volucrum,
Aut etiam inter ea obſcura horribiliſſima caſtra
Se mihi demonſtret Pluti ſuccedere tecta.
Hæc Duce Gofredo coram iactantia profert
Dicta: ab eo accepta venia illuc poſtea tendit:
Miratur ſyluam, ſonitum qui ab ea inde venibat
Inſolitum auſcultat; nec ob id veſtigia torquet;
Sed manet intrepidus, nec nõ contemptor vt antè.
Iamque ſolum pedibus calcaſſet ritè protectum;
Accenſus ſed ei, fictus ve opponitur ignis.
Grandeſcit focus, & flammæ tenduntur ad inſtar
Parietis excelſi obſcuræ, fumoque remixtæ:
Obcinguntque nemus totum; ſic redditur illud
Defenſum, vt nemo Plantas incidere tentet.
Maiores flammæ referunt Caſtella ſuperba,
Celſaq; tormentis Martis muniuit & Arces
Dis nouus hìc proprias. O quot tũc Mõſtra vidẽtur
Septa benè armis pro muri Cuſtodibus alti!
Et qua terribili facie! Illum lumine ſpectant
Hæc toruo, arma hęc collidunt, cædemq; minantur.
Effugit is tandem: verùm fuga lenta videtur:
Ceu Leo venatu retrò veſtigia cedens.
Attamen illa fuga eſt: cor formidoque flagellat
Vſq; ad eum punctum affectus, qui omnino latebat.
Tunc minimè vidit ſe concepiſſe timorem;
Cùm fuit at diſtans, ſenſit: ſtupor, ira ſimulque
Cepit eum: dens cor tędique momordit acutus.
Prætriſtique pudore accenſus, mutus & vnà,
Attonituſque aliò ſubitò veſtigia torſit:
Non etenim faciem audet ſublimare ſuperbam
Amplius ante oculos hominũ. A' Ductore vocatus
Ille moras ponit, cauſas ſimulatque morandi:
Et remanere cupit. Lentus ſed denique vadit:
Labraque preſſa tenet; vel eum profatur ad inſtar
Somnia carpentis. Tanto inſolitoque pudore
Defectum, atque fugam Gofredus nouit in illo.

Poſtea ait. Nunc hoc quid erit? præſtigiæ an iſtæ;
Ipſius an Naturæ prodigia alta Parentis?
Si quis adeſt, quem ſuccendat generoſa cupido
Forſitan illius nemoris perquirere ſedes;
Vt libet ipſe petat, ſortis faciatque periclum:
Certior & ſaltem ad nos Nuntius indè reuertat.
Dux ita. Perque dies tres tentauere ſequentes
Nobiliora virùm terrentem corpora ſyluam:
Seque fugæ dederunt magno terrore minarum.
Interea Princeps redijt de funere Amicæ
Tancredus caræ: licet ac ſit languidus ore,
Pallidus, atque ægrè galeam, thoracaque poſſit
Ferre; vbi vidit opus facto, diſcrimina nulla,
Neue labos ab eo vitatur: quando vigens cor
Vbera per totum transfundit robora corpus.
In ſe collectus, tacituſque, & prouidus vnà
Strenuus extemplò ignota ad diſcrimina pergit:
Aſpectum nemoris tetrum, ſtrepitumque tonitrus,
Telluriſque ingentem ſuſtinet ille tremorem:
Nilque pauet: motus tantillum in pectore ſentit,
Illicò ſed ſedat. Pertranſit: at ecce repentè
Intus eam ſedem ſyluoſam Vrbs ignea ſurgit.
Tunc ſe ſe retrahit, tantiſper reſtat & anceps
Iſta loquens ſecum. Quid habent hic roboris arma?
In fauces ego Monſtrorum, flammęque voracis
Me iaciam? nemo cum cauſa expoſcit honeſta,
Publicaque vtilitas vitæ vnquam parcere debet;
Sed neque magnæ animæ dignus vir prodigus eſſe;
Afforet & talis, qui illam profunderet iſtic.
At contra miles quid dicet, ſi ipſe vacanter
Regredior? quam aliàm ſperat decidere ſyluam?
Nec volet omnino intentatam hanc linquere ſedem
Gofredus. Modò ſi quiſpiam procederet vltra?
Forſitan hæ flammæ, quas hic aſpecto leuatas,
Maiora in ſpeciem, quàm poſſint, robora mõſtrant.
Quod valet eueniat, generosè & talia dicens
Inſiluit flammam: O certè memorabilis auſus!
Nec ſibi tanquam ignis viſum eſt ſentire calorem
Intenſi. Tamen an flammæ ſint tam citò veræ

An potius laruæ, eſt impos dignoſcere ſenſus:
Vix etenim tetigit, quòd mox euanuit illud
Figmentum; & venit poſt denſa, vt turbida nubes,
Quæ tulit & noctē, ac hyemē: ſed tēpore paruo
Aſpera fugit hyems etiam, atque euanuit vmbra.
Mente quidē ſtupidus; ſed pectore nulla timeſcens
Tancredus manet; & quòd cuncta quieta tuetur,
Limina ſecurus pedibus premit ille profana;
Totius occultum nemoris veſtigat & omne.
Nec verò inſolitas ſpecies, obſtaculaque vltrà
Hìc reperit; luci implicitū & tantummodò fuſcū,
Et viſum, & greſſus valde remoratur eunti.
Denique ſat latum ſpatiū, inſtar & amphytheatri
Cōſpicit: arboribus vacuū eſt; modò ſurgit in eius
Inſtar Pyramidis celſæ medio alta Cupreſſus.
Tendit eò, aſpiciens, ſignis & præuidet eſſe
Impreſſum varijs truncum: hieroglyphica certè
Ægypti aſſereres antiqui. Ignota ſed inter
Signa, Syrùm linguæ, rectè quam poſſidet heros,
Agnouit quædam dicentia. Belliger o tu,
Qui pede tentaſti penetrare habitacula mortis;
Ah niſi ſis durus, quantùm generoſus in armis:
Ne ſedem turba celatam, deprecor, iſtam.
Manibus humanis parcas iam lumine caſſis:
Non decet (ah) functis viuentem bella mouere.
Tale erat id dictum. Verborum ſenſibus autem
Occultis erat intentus: Tunc temporis auræ
Audibat fremitum frondes, virgultaque luci
Inter, cum ſonitu, qui flebilis eſſe videtur,
Concentus gemitus humani: neſcio quidque
Terrore inſtillat, pietate, doloreque cordi
Commixtum. Tandem formidatum exerit enſem,
Roboreque ingenti plantam mox percutit altam.
O mirum! cæſo manat de cortice ſanguis,
Purpuream terram ſe circùm reddit & ipſam.
Horreſcit totus; maiorem duplicat ictum
Attamen; & prorſus finem cognoſcere cernit:
Tunc gemitum triſtem indiſtinctum percipit aure,
Exeat vt tumulo; qui clarè poſtea dixit.

Tancre-

Tancrede ah nimis ipſa fui tibi vulnere læſa,
Id modò ſufficiat: tu me de corpore, mecum
Quod vixit, caro hoſpitio per vulnera multa
Egiſti: quare truncum, cui iam aſpera fata
Me mea fixerunt, etiam lacerare laboras?
A' nece ſæue tuos hoſtes tu lædere gaudes
In tumulis? Clorinda fui: (ſcito) neque ſolus
Spiritus humanus ſcabroſam hanc incolo plantam;
Quilibet aſt alius Francûm de Gente vel alba,
Vel quoque Paganus, iuxta qui mœnia celſa
Belligerans artus linquit, retinetur ibidem
Carmine Theſſalico, & miro: aſt in corpore dicā:
An tumulo, ignoro. Cum ramis truncus & omnis
Eſt compos ſenſus; ideo ſi ligna recidas,
Es tu homicida. Velut qui in ſomnis cōſpicit æger
Orbibus immenſis Anguem, altam ſiue chimeram
Flammis incinctam dubitet ſi, aut ſentiat idem
Spectra minus vera eſſe; tamen conuertere terga
Exoptat, tantum fera dat terroris imago.
Sic & Amans trepidus quamuis fallacibus illis
Artibus haud credat, cedit, multùmque paueſcit.
Corripitur ſic & varijs affectibus Heros,
Cor vt ei fiat glacies, & multa tremiſcat:
E' dextra ſubito motu illi decidit enſis:
Sed timor eſt minimū. Quod refert, mēte laborat:
Credit adeſſe ſibi læſam, quæ ploret, Amicam:
Neu ſufferre poteſt illum ſpectare cruorem:
Nec gemitus audire illos, qui langueat, ægri.
Nulla ita terroris ſpecies exterruit illud
Interitum aduerſus fidens cor; ſed quòd amore eſt
Debilis, & facies conficta, & queſtus inanis
Luſit eum. Syluam interea venti impetus extra
Qui cecidit ferrum, vexit; ſic indeque victus
Abſceſſit: per iter reperit gladium, atque recepit.
Amplius haud redijt, fuit attentando nec auſus
Denuò prodigij occultas inquirere cauſas.
Aſt vbi ſupremo Ductori ſe obtulit Heros
Paulùm animos legit, ſedauit motaque corda:
Exorſus. Redeo Princeps ego Nuncius ipſe

Nunc referens nec credita, pòſt credēda nec unquā
Spectaclo ſuper atroci quæcunque ferebant
Horribili pariterque ſono, ſunt (credito) vera.
Inde mihi demirandus ſe ſe obtulit ignis
Ictu oculi ſine fomento ſuccenſus in vno:
Qui ſurrexit, & extendens ſe euadere in altum
Eſt viſus murum, hucque armis defendere Monſtra.
Ipſe tamen penetraui illuc; me flamma nec arſit,
Ingreſſuſque mihi non ferri obſtacla fuere.
Tunc ſurrexit hyems, noctis ſurrexit & vmbra:
Inde dies luxit; Cœli rediјtque ſerenum.
Quòd vitam præſtet quoque plantis, inſuper addā
Spiritus humanus, qui ſentit, verbaque profert.
Hoc expertus ego; noui, & vocem auribus hauſi,
Triſtem & adhuc reſonare meo quam ſentio corde.
Et truncis ſtillat ſanguis per vulnera quæuis
Arboreis, quaſi ſint molli de corpora carne.
Glubere non vltrà certè nec vellere ramos
Poſſem ego: me fateor victum. Sic ille locutus.
Fluctuat interea curarum in gurgite vaſto
Mens Ducis. An ſit opus ſe ire illuc cogitat ipſe
(Sic etenim cenſet) rurſus quò faſcina tentet:
Materiem ve aliam quamuis ſit diſſita quærat,
Difficilis ſaltem minus. Aſt tunc Cultor eremi
Curarum reuocat de alto: deindeque ſubdit:
Audacem ponas animum: ſint munera ſyluam
Alterius plantis ſpoliare. Appellit arenis
Deſertis proram fatalis, & aurea cogit
Carbaſa iam nauis. Iam confractiſque catenis
Belliger indignis tandem ſe littore ſoluit
Optatus: nec abeſt, capiantur qua alta Sionis
Mœnia, fundaturque hoſtis ſimul, hora ſtatuta.
Ille ita profatur; totus flammatus in ore,
Nec ſua mortalem reſonant tunc verba loquentem.
Curas verò nouas Gofredus mente reuoluit,
Horret enim ceſſare opere omni. Solis at ingens
Cœleſti in Cancro fax iam collecta calorem
Inſolitum defert: proprijs qui obſiſtit iniquus
Conſilijs, & opus quodque intolerabile reddit
Mili-

Militibus. Quæuis reſtincta eſt dextera lampas
Cœli, in eo ſolùm dominantur Sidera iniqua:
Vnde pluit virtus, quæ ſignat in àère formas
Corporibus valde infenſas, & damna ferentes.
Grandeſcit nocuus calor; iſta parteque in illa
Inflammat ſemper magis, & lethaliter ardet.
Damniferæ luci ſe nox damnoſior addit:
Peioremque diem ſe poſt ſe conſpicit inde.
Non vnquam niſi conſperſus, cinctuſque vapore
Sanguineo ſurgit Phœbus: quin indicet intus,
Et circùm quàm diſtinctè præſagia lucis
Infauſtæ. Occiduas nunquam deſcendit ad oras,
Quin maculis rubeus mala regrediendo minetur,
Damnaque quæ paſſi iam non magè reddat acerba,
Cum quoque venturi angoris formidine certa.
Poſtea dum proprios radios diffundit ab alto;
Lumina vbi luſtrant hominis, mirantur ubique
Siccari pulchros flores, palleſcere frondes,
Herbas languere, lymphas minui, hiſcere terram;
Omnia terrifico Cœli ſubiecta furori.
Per liquidum & ſteriles diſperſas àèra nubes,
Flamarum ſpecie ſe ſe præbere videndas.
Fornax atra ſuo aſpectu eſſe videtur Olympus:
Apparetque nihil, recreet quod lumina ſaltem.
In ſpecubuſq; ſuis Zephyrus non murmurat vnquã:
Et manet immotus planè Auræ ſpiritus omnis.
Perflat ibi tantùm (facis & quaſi flamma videtur)
Aſſiduè uentus Maurorum motus arenis:
Qui grauis, & nocuus non raró percutit ora,
Et pectus denſo flatu. Neque poſtea noctis
Lætificant magis umbræ: apparent ſolis at æſtu
Impreſſæ: ignitis Trabibus, diriſque Cometis,
Ac alijs uelum ſignis ardentibus ornat.
Terra miſella! tibi ſitienti nec dat auara
Rorales Phœbe guttas, herbiſque uacanter
Floribus atque vnà, humores optantur odoris
Vitales. Placidus ſomnus iam profugit exul
Noctibus implacidis: nec corpora laſſa virorum
Blandiculis reuocare queunt. Sed ſumma cupido
Pocula

Pocula libandi, eſt ſupremum (crede) malorum
Namque venenatis ſuccis mortalibus, aſpris,
Ipſe Paleſtinæ prauus Rex plus Acheronte,
Vel Styge, iam fontes impuros reddidit omnes.
Paruulus & Silòë, puras qui humaniter vndas
Præbebat Francis proprias; hun ore tepenti
Vix operit fundum, & paulum ſolaminis affert.
Non ipſum Eridani flumen, cum tempore Maio
Altius eſt, horum ſe ſe præberet abundans
Votis: nec Ganges, Nilus vel, cùm aluea ſeptem
Exuperans viridantem, Ægyptum ſparſus inundat.
Si ripas inter virides quis lumine purum
Stagnantem latícem, vel aquas decurrere viuas
Per iuga præcipites conſpexit; vel pede lento
Herbiferum per agrũ erranti, has deſcribit amori:
Tormento multam proprio ſegetemque miniſtrat;
Illarum ſiquidem ſpecies ſic humida, molliſque
Exſiccat, præbetque æſtum, atq; in mente referuet.
Fortia mẽbra Ducũ, quæ nunquam ſemita iniqua,
Longaque per terram, magni nec pondera ferri,
Se quibus induerunt ſemper, neue arma parata
Ad cædem illorum domuere; modò vſta calore,
Et reſoluta iacent ipſiſmet inutile pondus.
Viuit & in ſparſis venis abſconditus ignis,
Qui ductìm paſcens penitus tandem illa reſoluit.
Languet Equus; paſtum iam carum vitat, & herbã:
Eſt pede vacillans ægro, demiſſaque ceruix
Turgida iam pendet; neue vltrà nomina palmæ
Aſſeruat propriæ laudis, neque nobilis vltrà
Flammat amor. Victrices exuuias, phaleraſque
Inſignes, pondus quaſi vile odiſſe videtur.
Elanguet fidus Canis: hoſpitij, Dominique
Immemor eſt curæ, decumbit tenſus & idem;
Internoque nouas ardori ſemper anhelans
Auras demittit. Sed reſpiratio tantùm
Si data Natura eſt, cordis moderetur vt æſtum;
Solamen nullum, aut modicũ modò ſentit habere,
Sic grauis eſt, per quem reſpirat denſus & vnà.
Sic elanguebat Tellus, ſic ægra iacebant

In terris Animantia: & integra Turba fidelis
Amplius haud palmā ſperans mala ſumma timebat
Vndique, & audiri tales emittere quæſtus.
Quæ ſpes nūc remanet Gofredo? quidue moratur
Vltrà? quòd miſerè miles ſuus occidat omnis?
Viribus alta quibus noſtri hoſtis vincere ſepta
Ille putat? moles alias expectat? & vnde?
Solus & oſtenſam tot ſignis Ætheris iram
Non videt? aduerſæ mentis portentaque mille,
Milleque Monſtra fidem nobis præſtare valerent:
Noſque ardent radij Titanis, frigore vt Indus,
Æthyopuſque minus ſit egens. Exiſtimat ergo
Hic referre nihil, quòd nos neglecta Caterua
Paruæ animæ, indignæ nunc funera digna feramus,
Imperiale ſibi conſeruet dummodò ſceptrum?
Sors felix adeò eſt, & fortuna Regentis,
Vt ſe auidè ſeruare gradu procuret in illo,
Eueniant quamuis ſubiectæ incommoda Genti?
Cerne virum, tituloq; Pij, Regimen pietatis;
Cor hominis; ſubiecti non meminiſſe ſalutis,
In vano ſimul, & damnoſo vt duret honore.
Siccari nobis fontes, deeſſeque riuos
Ille videns; puros latices Iordane fluento
Imperat aſſerri ſibi: lætus & inter amicos
Diſcumbens paucos gelidis Cretenſia vina
Commiſceri vndis: Franci has deferre quærelas.
Illorum at vexilla ſequi Dux Atticus vltrà
Iam feſſus, vitam modò cur hìc linquere dixit.
Et facere, vt pereat mecum mea tota caterua?
Sique ſua nunc ſtultitie ſe præferat orbum
Gofredus; ſua Francorumque in damna redundet.
Hoc quid obeſt nobis? nulla veniaque petita
Abſceſſit tacitus noctu. Commouit abundè
Exemplum, patuit cùm clara luce diei:
Illicò ſectari quiſquam deliberat illud.
Iam quos Clotareus, quos duxit Ademarus atque,
Ductoreſque alij, qui nunc ſunt puluis, & oſſa
(Quādo quibus dederūt, ea morte dirèpta fides eſt)
Iam captare fugam tractant; iamque aère cæco
Excedit

Excedit furtiuè aliquis. Gofredus id audit.
Inſuper & proprio Gofredus lumine cernit.
Ille quidē promptū aſperius medicamē haberet;
At pius cuitat, clemens & abhorret ab illo;
Conſtantique fide, rapidum quā ſiſtere Rhenum,
Montibus alpinis curſum præſtareque poſſet,
Iam fontes charitum Cœli Terræque Regente
Vt referet, Pius expoſcit: palmam vnit vtramque,
Et zelo accenſus cum verbis lumina vertit
Ad Cœlum. Pater, & Dominus dulcedine roris
Si caro Populo intra iam deſerta pluiſti:
Frangere ſi petram, ſciſſo de monteque viuum
Terrigenę fluuium virtutem haurire dediſti;
Ipſa (rogo) hiſce viris miranda exempla nouato:
Sique impar longè meritum; tua gratia culpis
Suppleat illorum: atque iuuet tua Caſtra vocari.
Tarda nihil fuerunt certè iſta precantia verba,
Iuſto, humili deſiderio, quæ exorta fuere:
Prompta ſed ad Cœlum rapidarum more volucrū
Aligerùm Regem ante ſupremum iuere volatu.
Æternus Pater excepit, ſuaque agmina fida
Luce pia aſpexit: de tot, tantiſque periclis,
De tantoque labore ipſorum tædia ſenſit;
Poſtea ſic verbis ex alto effatus amicis.
Hactenus aduerſos caſus, diſcriminaq. aſpra
Sint paſſæ dilectæ Acies: atque artibus, armis
Tartareus Pluto pugnarit, & orbis in illas.
Incipiat rerum ordo nouus; vertatur & ipſis
Proſperus, & felix: optatus decidat imber,
Belliger & redeat ſuus inſuperabilis armis,
Ad laudem veniatque ſuam Babilonicus Hoſtis.
Sic dicens mouit caput: amplaq; Machina Cœli
Contremuit, fixa intremuere, errantiaque Aſtra:
Æther & intremuit reuerens, ac Æquoris arua,
Aërij Montes, cæcæ tremuereque Abyſſi.
Ad leuam accenſi fulgores mittere flammas
Sunt viſi; clarum ſimul auditumque tonitru.
Vocibus aſſociant lætis, altoque ſonore
Fulgorem, ac tonitrū Gentes. Verùm ecce repentè
Nubi-

Nubila, non iam de terra virtute Planetæ
Regis in excelſum ſublata: aſt Æthere ab alto,
Oſtia qui ſua recludit, delapſa momento.
Ecce diem nox improuiſa occludit in vmbris,
Quas latè circum diſtendit in Aëris arua.
Subſequitur nimbus, ſic creſcit riuus, vt alueo
Exeat. Interdum vt ſcindit Sol ignibus agros;
Cœlo fortè cupita cadat ſi copia aquarum,
Turma loquax Anatum in ſicca cū murmure rauco
Expectat læte ripa, imbrique explicat alas;
Nullaque ſe madidam deuitat reddere in illo;
Atque vbi ſe còëat delapſa profundior vnda,
Se ſe mergit ibi, ſitis & reſtinguit amorem.
Haud aliter Franci quàm dextra benigna cadentē
Ætheris effundit pluuiam, læto ore ſalutant:
Quemque iuuat crines aſperſos, pallia ne dum
Ferre. Bibunt alij in vitris, in caſſide multi:
Immerſam retinent quamplures frigida in vnda
Palmam: alij faciem, quàm multi tēpora ſpargunt:
Vaſa replent alij meliora ad tempora cauti
Plurima ne dū turba hominū modò gaudia captat,
Compenſatque ſuum damnum, ſed languida Tellus
Plena prius rimis in ventre recolligit imbrem,
Integrat & ſe ipſam, & dehinc interioribus illum
Impertit venis. Humores floribus, herbis,
Arboribus nutricantes largèque miniſtrat.
Aſſimilatque Ægram, ſuccus cui frigerat vſtas
Viuificus partes internas: atque malorum
Depellens cauſam, quibus artus eſca fuere
Iam proprij; recreatque illam, confertq; vigorem
Extitit vtque ſuo viridi mage tempore, reddit;
Propterea planè exactos oblita labores,
Lætificas veſtes, & florea ſerta reſumit.
Denique iam ceſſat nimbus, Titanque reuertit:
Explicat aſt dulces radios, ac temperat illos
Maſculeæ plenos virtutis, vt eſſe ſueſcunt
Præcipiti læto Aprili, incipienteque Maio.
Magna fides! verè Numen qui diligit altum.
Aëra lethali purgatum reddere damno;

Tempo.

Temporipus præſtare vices, mutare ſtatumque,
Aſtrorum diram rabiem, ſuperareque Fatum.

HIEROSOLYMÆ VINDICATÆ
Liber Quartus Decimus.
ARGVMENTVM.

Gallicus in ſomnis reuocari ad caſtra Rinaldum
Dux nouit Procerũ hoc humaniter inde rogatis
Reſpondet. Petrus verò qui viderat antè
Cuncta, viros mittit, fit vbi ipſis obuius hoſpes
Humanus Magus: Armida qui detegit antè
Occultas fraudes, opera & ſuccurrit ijſdem.

IAm molli gremio propriæ nox atra Parentis
Exibat, lenibus cum auris largumque ferebat
Humentem roris nimbum: & velaminis oram
Excutiens vdam flores ſpargebat, & herbas;
Et tenues auræ placido quaſſantibus alis
Laſſa virûm dulcè inuitabant membra ſopori.
Quaſque ipſi fert tota dies merſere profundo
In lethe curas. Vigilans Regnator at Orbis
Æterna ad regimen totius luce ſedebat.
In francumque Ducem fauſtũ è celſo Æthere lumẽ
Vertebat; lætum ſomnum mittebat & indè;
Decretum quod ei diſtinctè panderet altum.
Haud procul auratis foribus Sol naſcitur vnde,
Eſt plaga in eoa quædam chryſtallina porta:
Quæ priſco de more ſolet reſerarier antè,
Naſcenti quàm pandantur ſpecioſa diei
Oſtia. Ab hac veniunt, quæ vult non munere paruo
Mittere cunctipotens integræ ſomnia menti.
Quod nunc ad Bulliona pium deſcendit; ab iſta
Dulciter auratas alas extendit in illum.
Temporibus nullis aliud viſum obtulit vlli
In ſomnis ſimulacra adeo læta, atque venuſta,

Hoc

Hoc vt ei, quod clarè arcana retexit Olympi,
Aſtrorumque ideo vt ſpeculo in puro,atq; nitenti,
Quicquid ineſt Cœlo, verè conſpexit in illis.
Ille videbatur tranſlatus in eſſe ſerenum
Tunc quoddam niueum,& flammis auroq; refertū.
Dumque amplos tractus, concentū,lumina, motus
Sede in ea ſublimi intentus lumine ſpectat:
En Eques obcinctus radijs, obcinctus & igne,
Ad ſe qui venit; & tali ſermone profatur;
Rauca foret præ illo vox hìc dulciſſima quæuis.
Gofredus me non recipis? non faris amicum
Fidum,adeo carum? modò non agnoſcis Vgonem?
Sic & ei: nouus hic vultus, qui ſole videtur
Ornatus, veterem mihi notitiam abſtulit omnem.
Poſtea prædulci affectu tendebat amicè
Brachia ter collum circum,& ter cincta vacanter,
Somnium vt,effugiebat imago, vel æther vt errans.
Ille tamen ſubridebat; neque [credis vt ipſe]
Nunc ego ſum cinctus terrena veſte, ferebat:
Nudam Animā, hìc Ciuē cœleſtis conſpicis Vrbis.
Hocce Dei Templum eſt; ſunt hìc ſedeſq; ſuorum
Belligerum; propriumq; locum retinebis in iſtis.
Accidet id quando? (reddit) mortale ſecetur
Ah vinclum modò, ſi hìc illud ſit cauſa morandi.
Gloria magna Triumphantum te [replicat Vgo]
Quāprimū excipiet. Sed opus multū antè cruoris,
Sudoriſque tibi cæpto profundere bello.
Pagano Imperium ſanctæ Vrbis demere oportet:
Chriſtigenamque in ea regalem ponere ſedem,
In qua deinde tuum Fratrem regnare decebit.
Sed mage quò tua vota Poli accendātur amore,
Aſpicito has quæſo nitidas intentiùs Ædes,
Haſceq; viuentes flammas, quæ mente rotantur
Æterna: angeliciſque modis audito canentes
Sirenas, Diuas cytharæ ipſarumque ſonorem
Cœleſtis. Dehinc demittito lumina, dixit.
[Indice monſtrauit terram] tuq; inſpice quicquid
Summus is occludit globus, vt viliſſima cauſa,
Quæ virtuti hominū in terris eſt præmium, ebexq;
Orbeq;

Orbeque quo paruo anguſtata ſuperbia veſtra eſt:
Illa mari circũ præcluditur Inſula tanquam:
Nunc quod & Oceani, nunc dicunt nomine vaſti;
Nominibus magni his nihil in ſe continet æquum,
Ima palus eſt, & paruum tantummodò ſtagnum.
Vnus ità effatus; deiecit lumina & alter,
Eſſet vt iratus, ſimul & ſubriſit: vt vnum
Conſpexit ſiquidẽ punctũ æquora, flumina, terras,
Quæ tantis inibi apparent diſtincta figuris:
Humana intuituſque eſt quod veſania noſtra
In vanos fumos, & in vmbras lumina fixit,
Imperium quærens ſeruum, famãque ſilentem:
Nec mirare Polum, qui inuitat & aduocat ad ſe.
Poſteà quàm fragili renuit Regnator Olympi.
Me ſoluiſſe meo (reſpondit) carcere Summus:
Semita, quæ minus eſt fallax, nunc opto doceri
Fraudibus in medijs hominũ. Hìc eſt ſubdidit Vgo,
Quẽ ſequeris, verus trames: ne hoc vertito greſſus.
Longinquo tantũm vt reuoces tibi ſuadeo Natum
Bertoldi exilio. Quoniam ſi cuncta Mouente
Nobilis es lectus cœpti Dux ipſe ſupremus;
Conſilij ille qui voluit primarius eſſet
Effector. Tibi nam primæ; illi verò ſecundæ
Sunt partes conceſſæ. Tu caput; eſt manus ille
Agminis iſtius: partes ſupplere ſuaſque
Non alij poſſunt, minus & tibi (duco) licere.
Sylua, ſuo quæ protegitur ſic carmine, ſolùm
Cædi eius dextra poterit: tua turmaque ab illo;
Tanto operi gentis defectu quæ eſſe videtur
Apta minus trepidans greſſumque coacta referre;
Ad noua maiores vires incœpta reſumet.
Munitos muros pollens Orientis & agmen
Deuincet. Siluit: tunc quam gratiſſimus eſſet
Herois reditus mihi Bullio reddidit idem:
Vos ſuperi cordis clarè, qui templa videtis,
Si mihi diligitur, noſtis, ſi veraque dico.
Quomodò dic verò, aut mitti quo Nuncius ipſi
Debet? vis ne rogẽ, an iubeã? aſt hìc quomodò ho-
Actus erit, leges & iuxta? replicat alter. (neſtus
Gra-

Gratibus excelſis tot Rex te excelſus honorans,
Vult etiam vnde tibi ſceptrum, afficiaris honore,
Atque colaris eis. Ideò ne poſcito, (fortè
Nec ſine ludibrio Imperij depoſcere celſi
Afforet); at concede requiſitus, veniamque
Alterius primis precibus præſtato rogatus:
Te Guelfus rogitabit (ita inſpiratur ab alto)
Vt Iuueni errorem condones multa feroci,
In quem prænimia lapſus iam feruidus ira;
Noſtra vt caſtra petat, propriũq;reſumat honorẽ.
Atque licet modò deliret longinquus amore,
Torpeat ac otio Iuuenis, ne hac ambige cauſa,
Tempora quandò magis depoſcent; ipſe diebus
Tempore quin paucis has regrediatur ad oras
Namque bonus veſter Petrus, cui condita Cœli
Noſſe datum eſt, homines partes ad diriget illas,
Certa vbi cognoſcent de illo, & mõnſtrabitur ipſis
Et modus, atq; ars eximere, ac adducere caſtra.
Sicque tuos ſocios errantes denique ſancta
Sub tua propitium Cœlum Vexilla reducet.
Nunc paucis quæ grata tibi cognoſco futura
Concludam. Tuus Herois cum ſanguine ſanguis
Mixtus erit, clara enaſcetur, & inclita Proles.
Hic ſiluit: leuis atque ſtatim ceu fumus ob auras,
Arida vel nubes ob ſolem euanuit Vgo:
Depulit & ſomnum; gaudi affectumque ſtuporis
Pectore ei liquit confuſum. Bullio pandit
Tunc oculos, hortumque diẽ, & iam cernit adultũ;
Deſerit id circò lectum, propriamque quietem,
Atque laboriferos artus circum induit armis.
Paulò poſtque duces illius caſtra petebant
Ad ſolitam ſedem, ſidunt vbi quando ſenatum
Militiæ de rebus habent: concluditur hicque
Quicquid agunt alibi. Guelfus qui apprima recentẽ
Fixam inſpirata curam tunc mente tenebat;
Incipiens primus Gofredo talia dixit.
O pius, o clemens Princeps, nunc poſcere ſiſto
Erroris veniam, erroris veniamque recentis;
Id properum fortaſſe videbitur eſſe rogatum;
Gofre-

Gofredo ſed enim leni, pro acrique Rinaldo
Quòd petitur, perpēdens, iſta remiſſio culpæ,
Meque videns ipſum pariter, qui deprecor illam,
Qui neque ſum vilis planè Interceſſor habendus;
Id facile impetrare puto; quod & vtile cunctis
Munus erit. Da (oro) greſſus ad caſtra referre,
Fundereque in culpæ pœnam vtilitate cruorem
Communi proprium. Ecquis erit fortiſſimus ille
Præter eum, horrificas, qui tentet cædere plantas?
Pectore quis magis impauido, mage cordeq; firmo
Irruet horribiles clara in diſcrimina Mortis?
Excutere & muros, portaſque euertere cernes,
Scandere & ante alios ſolum. Nunc ergo Cateruæ
Redde tuæ, eſt eius ſpes alta, eiuſque cupido.
Per ſuperos precor ah mihi carum redde Nepotē,
Fortem adeò, actoremq; tibi ipſi reddito promptū:
Torpeat in vili neque tu ſufferto quiete,
Gloriam ei reddaſque ſuam, nomenque, decuſque;
Vexillum ipſe tuum aſſociet quocunq; triumphans
Non terris careat virtus ſua teſtibus alta:
Qualia conueniunt ſibi geſta operetur in Orbe,
Teque Ducem ſpectans, inſpectans teq; Magiſtrum.
Feruidus orabat ſic: aſſociare preceſque
Fauſto alij fremitu. Vt mentem non antè voluto
Tunc facto flectat Gofredus; quomodò, dixit,
Gratia, quæ à vobis petitur, feruoreque tanto
Concupitur, mihi non fiet? nunc cedo rigori;
Sit lex, & ratio, aſſenſus quò deligit omnis.
Rinnaldus redeat, ſe iræ tamen impete poſthac
Temperet: atque ſpei de illo reſpondeat altæ
Conceptæ geſtis, votis communibus atque:
Sed reuocare illum fuerint tua munera Guelfe;
Ad reditum valde celerem, reor eſſe futurum:
Delige, qui vadat, pariter tu dirigito illùc,
Credis vbi fortem Iuuenem modò poſſe morari.

Conticuit. Surgens Miles tum Danicus inquit.
Tendere ſum promptus: ſiuè anceps, ſiuè repoſtū
Non ego reſpuo iter, gladij vt dem munus honori.
Corde manuque ſimul longè fortiſſimus hic eſt.;
Reddi-

Redditur hæc Guelfo in primis oblatio grata.
Ille ſit ex nuntiis vnus vult, alter Vbaldus
Prudẽs, cautus homo, atq; ſagax, iuuenilibus annis,
Diuerſos mores, varias & viderat Oras:
Noſtri frigidiore globo Mundi vſque flagrantes
Æthyopes peragrans tanquam Mercator is eſſet,
Virtutis ſapidæ mores idiomata, ritus
Ceperat. Atque dein Guelfo maturior annis
Exceptus ſocios inter cariſſimus ipſi.
His reuocare viris Heroem credita cura eſt:
Atque vbi fixa Boemundi iam Regia ſedes,
Tunc mittebat eò Guelfus; quòd publica fama
Vulgat ibi, cunctique putant communiter eſſe.
Sed benè non mitti cognoſcens Incola eremi
Illicò ſe fert in medium, interpellat eorum
Sermonem; atque ait. O Equites communia dicta
Sectantes famæ popularis (credite certò)
Vos eſtis Ducis infidi, falſique ſequaces,
Qui facit è recto flectatis tramite fruſtra.
Littus ad Aſcalonis vos itòte propinquum;
Flumen vbi ingreditur Pontũ. Iſtic noſter Amicus
Veſtros ſe dabit ante oculos: quod dicet & ille,
Credite: ego dico quoq; multùm proſpicit ex ſe:
Deq; via veſtra multũ ex me tempore iam antè
Non modico audiuit. Certè teneoque futurum
In vos humanum, vt ſapiens eſt. Dixit ità illis:
Carolus haud vltrà, atq; comes, qui Nuncius ibat
Quæſijt; at prompti dictis parere fuerunt,
Cœlicus illius quæ infundere corde ſueſcit
Spiritus. Expoſcunt veniam: ſic magna cupido
Vrget eos, vt iter celeres, atq; illicò captent.
Direxere ſuum curſum Aſcalonis ad Vrbem,
Se vicinus vbi confringit littore Pontus.
Hi fremitum nec adhuc audibant Æquoris altum,
Cuiuſdam quando venerunt amnis ad vndam,
Quê noua aqua, ibre nouoq; auctũ ſic alueus intra
Se, nulla ratione queat capere: ocior atque
Decurrit iaculo. Dum animis hic menteq; pẽdent,
Aſpectu venerandus eis. Antiquus, honeſtus,

Tempo-

Tempora & obcinctus fago, cum veſteque pura,
Et longa apparet, niueo contextaque lino.
Excutit hic virgam: ſicco pede calcat & vndā:
Flumineq; aduerſo trānſit. Ceu tempore hyberno,
Quando Polum iuxta in glaciem ſe flumina duram
Conuertunt, Rhenumq; ſuper concurrere ſueſcunt
Ruſticolæ in turmas, longis & lapſibus omnes
Securè labi: haud aliter ſuper aduenit vndas
Inſtabiles, neque concretas, neque frigore duras:
Et citò venit eò: quapropter lumina in illum
Bini Equites valdè mirantes fixa tenebant.
Ardua tum inquit eis mandata tenetis Amici:
Vos duce habetis opus. Terra nam diſſitus iſta
Eſt quæſitus Eques, ſidas neue incolit Oras.
O quantum vobis operis, quantumque laboris
Reſtat adhuc! freta quot verretis littora, quotque
Curretis: trans noſtri etiam Orbis currere fines
Eſt vobis opus. Aſt tectas penetrare cauernas
Ne graue ſit, mea vbi poſita eſt abſcondita ſedes.
De me percipietis ibi res ponderis alti,
Et quicquid veſtra magni cognoſcere refert.
Dixit. Eiſque locum lymphæ concedere iuſſit:
Illa ſtatim cedit parens voci, atque recedit
Partibus ambabus curuata, & montis ad inſtar
Pendet, & in medio rectè diuiſa videtur.
Perque manus Equites comprenſi maius in imum
Subter eum riuum bini ducuntur ab illo.
Debilis incertus lucis diſcernitur iſtic,
At radius veluti in ſyluis nondum orbe Dianæ
Perfecto: fœtas ſed aquis apprima cauernas
Aſpiciunt, nobis quibus omnis vena reſurgit,
In fontem quæ vel ſaliat, vel currat in amnem,
Tēdatur ue lacum, aut etiam tantummodò ſtagnet;
Vnde Padus, Ganges, Euphrates, Iſter, Hydaſpes
Principium ducant, illi cognoſcere poſſunt:
Qua Tanais prodit: ſua nec primordia Nilus
Hic condit. Riuum inferius quoq; poſtea cernunt,
Sulphura, & Argentum fulgens qui & fuſile ſpargit.
Iſta dein purgat Phœbus, mollemque liquorem
In cu-

In cumulos albos, in glebas denſat & aureas.
Et diues flumen pretioſis margina circum
Conſpiciunt gemmis depictum; Sic quaſi multis
Ille locus rutilet faculis, fuſcatus & horror
Eſt victus. Rutilat cœleſti hic luce Saphirus,
Atque Hyacintus: ibi flamat Carbunculus ardens,
Effulget ſolidusque Adamas, lætuſque Smaragdus
Ridet. Eunt Equites ſtupidi, ſunt menteque tota
Rebus fixi omnino nouis, vt nullus eiſdem
Edatur motus. Vocem ſed denique Vbaldus
Diſſoluit, rogitatque Ducem. Dic o Pater (oro)
Qua regione ſumus: tibi quò perducimur ipſi:
Pande tuumque ſtatum: ſiquidem ſum neſcius ipſe,
Verane cõſpiciã, an potius nunc ſomnia, & vmbrã:
Sic mea mirando mens eſt correpta ſtupore.
In vaſto terræ gremio vos [reddidit] eſtis,
Omnia quæ tanquam Mater ſe parturit intra.
Nec penetrare valeretis ſua viſcera denſa,
Dux ego ni vobis eſſem. Ducimini ad aulam
Nempè meam, quam mox cernetis lumine miro
Fulgentem. Ethnicus enatus ſum; numini at alto
Eſt placitum ſancto poſt me purgare lauacro.
Et mea mira opera Aligerum virtute Stygiorum
Non ago. Cocytũ, & Phlegetõta auertat Olympus
Vt cogam verbis ego, vel ſuffitibus vtar.
Scrutor at à ſignis ipſorum fontis, & herbæ
Virtutes: naturæ ignotaque cætera ſcrutor
Arcana, Aſtrorum & varios conſidero motus;
Non mea ſemper abeſt ſuperis habitatio longè
Subter humi clauſtris: alta ſed ſæpiùs Æde
Aut Libanum ſuper, aut Carmelum corpore ſiſto;
Hic Venus, & Mauors mihi ſe velamine nullo
Ipſorum oſtendunt aſpectu ſemper in omni:
Inſimul vt velox aſpecto, tarda rotetue
Stella omnis, quando bona, vel prædicat iniqua;
Sub pedibusq; meis modò denſas, & modò raras,
Nunc atras video nubes, nunc Iride pictas:
Quomodò ibi rores generẽtur, quomodò & imber;
Quomodò & obliquè ſpiret vẽtus, ſe fulgura fla-
(mẽt;
K Decor-

Deorſum per quaſque vias compulſa retortas
Se voluant: alios ignes ſpecto, atque Cometas
Sic propè, ſæpè mei quaſi amans tunc eſſe ſolerem.
Sic me ſum oblectatus ego, vt certam eſſe putarem
Cunctorum menſuram operũ dextræ omnipotẽtis
Scire meum. Petrus at veſter cùm flumine ſacro
Et mihi perfudit crines, animamque piauit
Immundam; altiùs erecta eſt Mens,ſenſit & vnà,
Quòd ſua per ſe ipſam breuis eſt, & notio cæca.
Tunc ego cognoui mentem noſtram eſſe volucrem
Nocturnam ad Solem, Veri ad radioſque Supremi
Ne ve parùm me ipſum riſi figmentaque cuncta,
Multà tumens quibus inceſſi, multumq; ſuperbus.
Ipſe meas ſed adhuc iuxta vſum perſequor artes
Antiquum ſolitas, cùm vult, & præcipit ille.
Sum vir ego certè partim diuerſus ab illo,
Qui fueram: illi namque regor;me vertoq;ad illũ,
Atque quieſco in eo: iubet, vnàque inſtruit ille
Præceptor ſummus, Dominus pariterq, ſupremus:
Iam neque digna ſuis manibus patrare recuſat
Per nos interdum. De longo inuictus at Heros
Carcere curabo ſolers ad caſtra reuertat:
Quod mihi mandauit, nec non per tempora multa
Aduentum opperior veſtrum notum antè per illũ.
Militibus binis Senior ſic iſta renarrans
Venit eò, reperitur vbi ſua priſtina ſedes.
Iſta ſpecus retinet formam, atria cumq; cubiclis
Ampla capit multa,& ſpatioſa eſt: quicquid hono-
Quicquid alit tellus intra ſua viſcera clari, (rũ,
Aut pulchri, aut etiam pretioſi,hìc omne refulget:
Et tali exornata modo eſt, ornatus vt omnis
Non hominum ſit opus, ſed Naturæ arte creatus;
Defueruntque minus centũ hìc, centumq; miniſtri,
Qui cauti Hoſpitibus celeres ſeruire duobus.
Magnifica in menſa ex argento poſtea, & auro,
Nec quoq; de chryſtallo vaſa ampliſſima deerant.
Naturæ ſed quando fames, potuſque libido
Sedata eſt in eis; Magus his Heroibus inquit.
Veſtro tempus adeſt voto ſeruire ſupremo.

Geſta,

Geſta, doloſque (urſus) partim nõ credo latere
Vos diræ ſaltem Armidæ: quì venit ad agmen,
Queiſque modis plures ſecum de milite traxit,
Ipſorumque fuit Ductrix. Nouiſtis & vltrà,
Poſtea quòd nodis illos connexuit arctis
Hoſpita fida nihil: Gazæ & direxit ad Vrbem
Sub duce multorum Cuſtodum, qui inde ſoluti
Sunt omnes per iter. Vobis nunc ordine pandam,
Quod paulò pòſt euenit: neque venit ad aures
Cenſeo adhuc veſtras, & verum. Saga vbi caram
Praua ſibi raptam potuit cognoſcere prædam,
Quam cepit tanta arte; ſibi ambas dente momordit
Illa dolore manus: ardenti feruida & ira
Hæc ſecum. Ille meos ſoluiſſe reuinctos
Haud equidem iactet: captiuus ſeruiat idem,
Addictaſque alijs pœnas, tormentaque longa
Suſtineat. Mihi nec ſatis hęc; incommoda cunctos
Cuncta volo tangant. Secum ſic: illa parare
Hanc ſtatuit fraudem, quam nunc capietis iniquã.
Aduenit ipſa locum, crudeli in marte Rinaldo
Bellica gens vbi victa fuit ſua, cædeque partim
Proſtrata. Arma ſua hìc poſitus, ſuper induit arma
Pagani. Optabat fortaſsè recedere furtim
Tale minus ſub notum Inſigne, minuſque decorum
Arma capit Circe: truncumque inuoluit in illis
Corpus: & expoſuit Francùm quò turma venire
Debebat, fluuij ad ripam; illudque antè videbat:
Clariùs & dubio poterat prænoſcere nullo;
Mittere quòq circùm ſcrutores mille ſolebat:
Nuntia de caſtris id circo ſæpe tenebat:
Sicque alij inde recedebant, & quando redibant:
Præterea cum ſpiritibus profatur, & hiſcũm
Sæpe moras ducit longas. Maga corpus in apta
Ergo doloſæ arti defunctum parte locauit.
Haud procul & cautũ Famulum Paſtoris ad inſtar
Indutum poſuit: quod agi, dici vel ab ipſo
Debebat fictè, iuſſit; ſunt factaque iuſſa.
Cum veſtris fuit iſte locutus; ſparſit & illud
Suſpectus ſemen, quod cretum poſtea in illis

Diſſidia, & rixas, nec non quaſi ciuica bella
Progenuit tandem. Siquidem veluti illa putarat
Eſt præſtata fides proſtratum morte Rinaldum
Ordine Gofredi: quamuis ſuſpectio tandem
Falſo habita ex veri fugeret rumore priori.
Ars fuit hæc primùm Armidæ,quā diſplico vobis.
Quomodò præfortem ſequeretur deindè Rinaldū,
Nunc etiam referam, quid pòſt ſucceſſit & vnà.
Ad loca ceu venatrix cauta Armida Rinaldum
Expectat certa: is ripas attingit Orontis;
Riuus vbi ſurgit, faciens Inslamque puſillam
Se mox vnit ei rurſum: erectam ille Columnam
Aſpicit in ripa, ſcaphulam procul eſſe nec indè.
Lumina pulchrū ad opus niueo de marmore figit,
Auratiſque notis legit. Aduena quiſquis es o tu,
Qui peragrans ſpontè,aut caſu iſtas aduenis Oras;
Nil mage mirandum,Occaſus, ſiuè occulit Ortus,
Inſula quàm condit: cupidus ſi cernere; tranſi.
Protinus incautus riuū tranſuadere cernit,
Quodq; capax malè erat nauis, tunc deſerit omnes
Armigeros; tranat ſolus, nulloque ſodali.
Vt peruenit eò, vertit mox lumina circum;
Nil niſi aquas,flores,herbas,miratur, & antra;
Propterea quaſi deluſum ſe exiſtimat eſſe.
Eſt tamen ille locus iucundus, ita allicit illum
Totque modis,vt ibi aſſidat. Poſt tegmine frontē
Ex ferro ſpoliat; flatu ſpirantis & auræ
Perplacidæ recreat. Capiebat murmure miro
Auribus interea lymphæ reſonare fluentum,
Lumina vertit eò: riui conſpexit & vndam
In medio, in ſe ipſam quæ voluit ſe, atq; retorſit:
Poſtea flauentis modicùm exijt indè capilli:
Indè puellarem vidit conſurgere vultum,
Indeque cum mammis pectus, propriæque figuræ
Limite eò tenus, in quo contegit illa pudorem;
Sic Scenæ podio nocturnæ Diua ve lentè,
Nympha vel exurgens apparet. Vera nec iſta
Sit Syren licet, aſt rantummodò Larua Magiæ;
Vna tamen de illis, thyrrenas eſſe videtur
Oras

Oras, quæ iuxta Pelagus coluere doloſum:
Nec formoſa minus viſu eſt, quàm uoce ſuauis;
Illaque ſic cantat: Cœlum demulcet, & Auras.
O Iuuenes dùm vos Aprilis, Maius & vnà
Pulchro habitu viridi, lætis & floribus ornat;
Gloriæ, item vanus virtutis quæſo tenellam
Ne radius mentem accendat. Tantummodò ſectās
Quod iuuat, ille ſapit: qui annorū tempore vero
Colligit & fructus; Naturæ id buccina clamat.
Ergone mens veſtra obdureſcet vocibus iſtis?
Quid modò proijcitis veſani cara virentis
Munera veſtri æui, paruo quod tempore tranſit?
Nomina ſuntque Idola vllo ſine corpore prorſus,
Quicquid ibi decus & virtutem nominat Orbis.
Quæ dulci ſonitu accendit vos Fama ſuperbos
Mortales, cunctiſque adeò pulchra eſſe videtur;
Eſt Echo, ſomnium eſt, ſomni quin ipſamet vmbra,
Quæ fugit & rapidè, quauis vaneſcit & aura.
Gaudia ſecuri capiant nunc corporis artus,
Per lætas ſpecies ægris & ſenſibus aura
Complaceat tranquilla: exactæ obliuia curæ
Detineat ſemper, mala præſtolando futura
Neue ſuos celeret caſus. Cœlumue toneſcat,
Nil penitus curet, celeres iaciatue ſagittas,
Quomodocūque minas iactet, vèl ſpicula flammet;
Hoc verum ſapere, hæc felix, & uita beata eſt:
Sic Natura docet, ſic nobis indicat ipſa.
Impia ſic cantat; placidum Iuuenique ſoporem
Dulcibus hiſce notis ſuadet; proſerpit & ille
Paulatim, illius & ſenſus tandem occupat omnes.
Iam nec ea tonitru diſſoluere imagine Mortis
Tranquilla uallet. Egreditur tunc Saga paratis.
Inſidijs fallax, ulciſcique ipſa peroptans
Supra illum ruit. Aſt quando ſpectauit eundem,
Et uidit, quòd tam placidus reſpirat in ore:
In pulchris dulcemque actum, qui ridet ocellis,
Sint licet occluſi (quid erunt ſi poſteà luſtret?)
Subſiſtit ſuſpenſa priùs: pòſtque aſſidet illum,
Ponere & omnem iram ſentit, dum ſpectat eundem

Fronte ſuper pulchra & pendet Narciſſus vt alter
Ad fontem. Et viuos ſudores inde fruentes
Excipit in proprio leuiter velamine quodam:
Dulcèq; flabello illi temperat Ætheris æſtus.
Sopitus celati oculi [quis crederet] ardor
Soluere eam glaciem potuit, quæ corde rigebat
Pluſquã adamas, deq; inſenſa illã reddere Amantẽ!
Inde liguſtra, roſas, & candida lilia legit
Plurima, quæ læta efflorebant rura per illa:
Ex his arte noua lentas texitque catenas,
Sed valde ſolidas. Pedibus, collo, atque lacertis
Has poſuit: ſic incinxit, ſic atque ligatum
Detinet. Hinc cum dormit adhuc, vult ille locetur
Carpento in proprio, volucriſq; per ethera currit.
Non ea iam flectit greſſus ad regna Damaſci:
Neue ſuum ad Caſtrũ, medijs quod ſiſtit in vndis;
Pignoris at cari zelo, correpta pudore,
Atque ſuæ curæ, in vaſto ſe gurgite condit,
Quo rarò, aut nunquam de noſtris peruenit oris
Vlla rates; noſtri confinia littoris extra:
Proque ſua eſt hic lecta ſibi parua Inſula ſede.
Inſula, finitimis cum alijs quæ nomina ſumit
A' fortuna. Hinc illa euadit ad ardua Montis
Inculti, obſcuras nec non aterrimi ob vmbras.
Viribus & cantus cliuos, & dorſa niuoſa
Reddit ei: caput aſt viridans & linquit amænum.
Palati iuxtaque lacum hìc fundamina ponit.
Lætus vbi ſemper molli ſecumque in amore
Dilectus fruitur vita. De tamque repoſto
Carcere, tamque occulto vos educere oportet
Nunc iuuenem, pauidæ, tanto zeloque repletæ
Vincere Cuſtodes, qui montem, & tecta tuentur.
Iam neque defuerit, qui illam vos ducat ad Ædem,
Aptaque grande ad opus qui vobis arma miniſtret.
Vix fluuio egreſſi, iuuenem ore, ætate ſenili,
Matrem offendetis, quæ ſat benè crineque longo,
Fronteque criſpato, & varij de veſte coloris
Nota erit. Oceanum hæc vos peruehet ociùs altũ,
Quàm volucrum Regina volat, fulmenq; vibratum:
Nec

Nec minus in vitro fuerit fida ipſa regreſſu.
Saga vbi verſatur radicem montis ad alti;
Serpere Phythones, monſtroſos, ſibilaque ora;
Aſpera terga ſua arrigere inſpectabitis Apros;
Lataque pandentes Vrſos ora, atque Leones.
Virgam verò meam quaſſate, accedere nolent,
Quò reſonet, trepidi; ſummo ſed culmine maius
(Si benè pendatur verùm) diſcrimen aditis.
Fons in eo ſurgit, claras qui continet undas,
Et pariter mundas, quibus inſpectator ad hauſtum
Allicitur mirè; chriſtalla ſed illa recondunt
Intus ſecretum uirus; nam paruulus hauſtus
Illius laticis temulentam reddit, & unà
Lætam animã ſubitò, inde uiro riſum excit alacrẽ,
Creſcit ita & riſus; iaceat quoque funere preſſus.
Vos diris ab aquis veſtra & lethalibus ora
Deuitate; dapes ripa in viridante locatæ
Ne vos pelliciant; minus infidæque Puellæ,
Vox iucunda quibus fuerit, laſciuaque valdè,
Dulcis & aſpectus ridens: ſed callida verba,
Obtutuſque ſimul temnentes, alta ſubite
Oſtia. Ineſt muri orbis inextricabilis intus,
Implicitos in ſe gyros qui mille retorquet:
Sed folij modico vobis clarè ipſe notabo,
Ne uos hùc illuc aliquis circumferat error.
Dedalei in medio labyrinthi eſt conſitus hortus;
Frondibus ex cunctis qui flare uidetur amorem:
Hìc Eques in gremio herbarum, atq; Puella ſedebit.
Aſt aliò greſſum quando conuerterit illa
Dilectum linquẽs; uos ipſi oſtendite amicos:
Et clypeũ ex adamante ſuũ ante apponite uultum,
Quem tradam uobis, ut ſe ſe ſpectet in ipſo,
Laſciuum mollemq; habitũ, in quo eſt ille uolutus,
Inſpiciat; quòd eo uiſu pudor, ira flagranſq;
Corde ſuo indignum poterit depellere amorem.
Dicere nil aliud reſtat; niſi ferre licebit
Securos uobis greſſus, penetralia & Ædis
Intrare implicitę, ſiquidem uis ulla Magię
Curſum cunctari, aut aditũ prohibere nequibit.

Quin ea vos ducit virtus, Armida nec ipſa
Senſerit aduentum veſtrum, ſecurus & æquè
Egreſſus fuerit tali hoſpitio, atque regreſſus
Veſter. Sed placidi ſomni iam proximat hora;
Surgere cras quoque debetis cum luce diei,
Talia dixit eis. Et ubi poſt nocte cubare
Debebant, perduxit eò, lætoſque relinquens,
Suſpenſoſque tulit ſenior ſua membra quieti.

HIEROSOLYMÆ VINDICATÆ
Liber Quintus Decimus.
ARGVMENTVM.

AMbo Mago benè docti Equites veſtigia carpunt,
Quò fatalis eos expectat littore nauis.
Carbaſa diſtendunt; videre ſed antè Tyranni
Niliaci naues, magnum pariterque paratum.
Poſtea talis adeſt ventus, talique reguntur
Nauclero, vt quamquam via longa, putetur ab ipſis
Perbreuis. Impulſi ſed ad Inſlam multà remotam
Robora Monſtrorum, illecebras deindeque vincunt.

IAm lucis radius naſcens Animalia, terris
Quæ ſtabulant, ad opus ſolitũ quęcũq; vocabat;
Quando Senex ſapiens Equitem conuenit vtrumq;
Cum folio ſcutum, nec non virgam attulit auro.
Antè dies qui iam ſurgit, ſe ſubleuet vltrà,
Vos (ait) imēnſam captate viam. Ecce quod ipſe
Pollicitus, Sagæque poteſt deuincere cantum.
Iamque cubile viri liquere, & fortia membra
Induerant armis: Longeuum moxque ſequuntur
Per calles, vbi non fulget lux vlla diei:
Ipſorum redituque eadem veſtigia calcant,
Quæ priùs aduentu pedibus ſignata fuere.
Alueum verò ſui vt tetigerunt amnis; Amici
Vos ego dimitto [dixit]; fauſto omine abite.

Riuus eos alto recipit gremio, vndaque ſurſum
Suauiter impellit, defertque, vt tollere frondem
Aſſolet illa leuem, quæ vi reflexa deorſum:
Exponitque ſuper ripam illos poſtea mollem.
Promiſſam hinc videre Ducem, paruumq; phaſelũ,
Cuius erat puppi, miſſos quæ addicta Puella
Ducere debebat. Comptam frontem illa capillis,
Tranquillos oculos, fauſtos, monſtratq; benignos:
Aligerum ore refert: in eo lux tanta refulget.
Ceruleam ipſius veſtem nunc diceret eſſe,
Nunc aliquis rubeam, & mutat ſe in mille colores:
Propterea quoties illam vir lumine ſpectat,
Eſt ſemper diuerſa ſibi. Sic pluma Columbæ,
Quæ collum cingit, ſibi non eſt concolor vnquam;
Sed mutat varios aduerſo ſole colores.
Ardentum reffert aliquando monile pyropùm:
Nuncque ſmaragdorum viridantum lumina fingit:
Nunc ſimul & miſcet viſus, variatque tuentum,
Delectatque modis centum. Conſcendite nauim
Hanc (ait) o fortunati, qua transfreto tuta
Oceanum; cui proſpera adeſt vel quælibet aura,
Tempeſtas tranquilla omnis, leue pondus & omne.
Meque ducem fidam Princeps meus, atq; miniſtrã
Nunc offert vobis proprij nunquam ille fauoris
Parcus. Sic Mulier fata eſt; propiùſque recuruam
Admouit ripę pinum. Aſt vbi cepit in illa
Nobile par, ripam impellit, frenumque relaxat.
Linea cùm fauſtis dederit iam carbaſa ventis,
Illa tenet clauum, ſolers curſumque gubernat.
Turgidus eſt torrens, vt poſſit ferre triremes;
Nauis at iſta leuis ſic eſt, deferret vt ipſam
Qui minus increuit riuus iam humore recenti:
Trans proprium morem celeres ad littora venti
Turgida vela premunt: caneſcunt fluminis vndæ
Spumis, ponèque eas audis cum murmure fractas.
Ecce ſed adueniunt illùc, vbi flumen in alueo
Ponit aquæ curſum maiori: gurgite & amplo
Diſperſum maris aut abit in nihilum, aut nihil vltrà
Apparet. Vix mira rates, tunc littoris oram

Turbati tetigit, ſubito quòd nubila cedunt;
Obſcurumque minans nimbū, prægurgidus Auſter
Sedatur. Montes vndarum ſuauis & aura
Æquat, ceruleumque ſinum tantummodò criſpat;
Diffuſo ridet Cœlum dulcique ſereno,
Tempore quòd nullo vidit ſe clarius ipſum.
Trans Aſcalonem currit, puppiſque volauit
A' læua heſperium robuſti Atlantis ad Orbem:
Temporis & modico venit propè littora Gazæ;
Quæ fuit antiqua in Gazeum ſecula portus.
Multa ſed increſcens alienis inde ruinis,
Vrbs ampla, atque potens euaſit: & ora virorum
Tunc impleta erat, vt confertum littus arenis.
Cerula verrentes ad humum dum lumina torquêt,
Quæ numero poſſent claudi tentoria nullo
Cernebant. Equites, Pediteſque ad littus ab Vrbe
Ire, redire, viam multis tritamque Camelis.
Corporibus nec non Elephantum terga grauatis:
Inde tuebantur deuinctas dentibus vncis
In fundis naues; alias expandere lina,
Spectabant, alias remos agitare volucres:
Percuſſum roſtriſque ſinum vehementer, & ipſis,
Hoc, & eo ſpumare loco. Tunc Fœmina dixit.
Sit littus praua licet, & mare gente refertum;
Non collegit adhuc tamē agmina cuncta Tyrannus
Bellipotens: de Ægyptiaco Regno iſta coëgit,
Finitimiſque modò: expectat nunc multa remota:
Illius Imperium valde ſe extendit ad Ortum,
Auſtraleſque plagas. Ideo feciſſe regreſſum
Nos, ſua ſit (ſpero) antè paratus caſtra mouere
Ipſe vel, aut debens pro illo Dux eſſe ſupremus
Agminis ingentis. Mulier dum talia fatur;
Regia Auis, medias vt pertranſire volucres
Tuta ſolet, celeri Solemque prope ire volatu
Sic, oculis hominum vt poſſit contingere nullus;
Haud aliter medijs ſua abire carina videtur
In ratibus: retineri nec formidat ab vllo,
Ne ue premi: verùm fugit, ac ſe tollit ab illis.
Temporis & modico Raphiā contra aduenit Vrbē,
Quam

Quam primam aſpicit in Syria qui cedit ab Oris
Ægypti: ſterilem ripam deindeque tangit
Rhinocere. Sibi mons deinceps non diſſitus offert,
Qui caput elatum Ponti ſuper eleuat æquor,
Alluit atque ſibi plantas vnda: oſſaque in aluo
Pompei condit. Peluſi poſtea rura
Conſpicit: & ſeptem qui per ſua magna tributum
Oſtia vectet aquæ celeſtis Nilus ad æquor,
Per fauces alias centum pariterque minores.
Nauigat & dein trans Vrbem, quam fortis Achiuus
Fundauit Danais habitantibus, atque Pharum vltra:
Inſula & iſta fuit iam quondam littore multo
Diſſita, nunc ipſo ſe ſe cum littore iungit.
Illa polum verſus Cretamq; Rhodumque repoſtas
Non videt; adueniat quamuis iuxta Africa rura:
Eſt propè culta mare, atque ferax; ſed fertilis intra
Monſtrorum tantùm; ſterilis, fęcundaque arenæ.
Marmaricam radit. Tellurem radit & illam,
Vrbibus in quinis vbi iam dominata Cyrene;
Vrbs Ptolemais ibi: pacatis fluctibus inde
Vatibus aſpicitur confictus ſurgere lethe.
Maiorem Syrtim, quæ adeo eſt infeſta carinis
Alta petens Pelagi, vaſtas dimittit ad oras.
Retrò manetque caput Trierorum: tranſit & inde
Os Macris: Tripoliſque apparet littore in ipſo;
Contraq; hanc Melite iacet ima, occultaq; in vndis.
Poſtea cum reliquis Alzerbes ſyrtibus vnà
A' tergo remanet, quæ tellus hoſpita quondam
Lotophagûm. Curuo Tunetem pòſt littore cernit,
Quæ tenet excelſum Montem ex vtraque ſuimet
Parte ſinus: & diues opum, ſedes & honora
Omnibus æqua alijs Tunetes, quas Africa laudet.
A' latere illius reſidet Trinacria tellus,
Oppoſitumque ipſi Lilybeum ſubleuat ingens.
Hinc nunc Belligero Ductrix demonſtrat vtriq;
Virgo locum, ſteterunt vbi iam Carthaginis Arces.
Carthago alta iacet: littus, vix nomina ſeruat
Excidij: Regna intereunt, moriuntur & Vrbes;
Obruit & faſtus, & pompas puluis, & herba.

Ingenij humani generoſos arcuit auſus.
Cernere ſed cupidus, nec non cognoſcere multa
Quæ poſuit ſigna, omnino contempſit Vliſſes.
Herculis is metas tranſcurrit, per mare apertum
Remigij celeres alas expandit & audax:
Profuit at nihil vndarum valde eſſe peritum,
Oceano miserè eſt abſorptus nempè voraci:
Atque etiam proprio iacuit cum corpore opertus:
Infelix caſus vos inter nemine dictus.
Et ſi quiſquam alius tumidis compulſus ab Euris
Hùc venit, vel non redijt, vel opertus ab vndis
Hìc iacuit. Quare pelagus, quod verris, habetur
Ignotum: tegit & mille Inſlas, milleque Regna;
Terræ nec viduæ ſunt hìc habitantibus vllæ:
Sed veluti veſtræ cernuntur multà feraces,
Gignere ſunt aptæ: ſterilis valet eſſe nec vnquam;
Illa potens virtus, quam infundit ſolis imago.
Tunc Vbaldus ait; celato de orbe renarra
Quas habeant leges, quos ritus. Reddidit illa.
Sunt variæ leges, habitus, idiomata, ritus
Partibus in varijs: alij pro Numine adorant
Beluas: dant alij communi thura Parenti:
Solem alij; Aſtrorumque globos in vota precātur.
Eſt Populus, menſas dapibus qui reddat onuſtas
Multà ſacris. Quiſquis reſidet cis deniq; Calpem,
Barbaricos ſeruat mores, falſæ fideique
Impius eſt Cultor. Sed Eques: Deus ergo benignus
Panderet vt propriam Æthereo delapſus ab Axe
In terras legem, radios vult condere veri
Huic penitus, longè quæ pars eſt maxima Mundi?
Reſpondet: minimè: intro nam ducetur & illùc
Vera fides Petri cum vrbanis artibus vnà.
Iam neque ſemper erit, quod iter ſic ſeparet iſtos
A' Populis longum veſtris. Nam ſecla ſequentur,
In quibus experto Nauclero fabula vilis
Alcidis fuerint metæ: Pontique repoſti;
Nomine neue vllo, cunctis ignotaque Regna,
Vos etiam inter erunt clara. Audaciſſima nauis
Cunctarum fiet, quòd quantum circumit altum,
Tunc

Tunc luſtret molem telluris & æmula ſolis
Immenſam victrix metet. Ligurinus at Heros
Ignaris audebit aquis ſe exponere primus:
Nec minitans venti fremitus, nec inhoſpita ponti,
Clima nec ambiguũ, nec maius quodue periclum
Terrorem ve ferat, mentem generoſus vt altam
Anguſtos Abilæ fines intra arceat vnquam
Efficiet. Fauſtè tibi ſic longinqua Columbe
Carbaſa non vlli viſum expandentur ad Orbem,
Vt vix fama oculis proprijs, cui lumina mille
Et totidem pennæ fuerit ſectata volatu.
Hæc canat Alcidem cum Baccho; ſufficit autem,
Quòd feris modicum Natis de te indicet ipſa:
Illud enim modicum reddet durabile nomen,
Hiſtoria, & ſummè prolixo carmine dignum.
Sic ea fatur: & Heſperium decurrit ad Axem
Æquoreum per iter, nec non deflectit ad Auſtrum,
Proſpicit & contra quì ſol ſe condat in vndis.
Quomodo & á tergo ipſorum lux alma diei
Exurgat. Quando radios, roreſque ferebat
Leucothoe circùm: longè ſe ſe obtulit illis
Obſcurus Mons, qui caput inter nubila habebat.
Et procedentes cernebant poſtea eundem
Inſtar Pyramidum, nubes cum ceſſerat omnis:
Scilicet in medio craſſum, atque in vertice acutum;
Atque ita fumantem interdum ſe præbuit ipſis,
Enceladi qualem ſuſtentant terga Gygantis;
Qui propriam iuxta naturam luce diurna
Dat fumum, flammiſque Polo dat lumina noctu.
En ſimul Insłæ aliæ apparent, diuerſaque tandē
Appendix; minus aſt accliuis, celſa nec æquè.
Inſulæ erant iſtæ felices: priſca vocauit
Sic ætas; quibus Aſtra adeò cenſebat amica,
Crederet vt ſpontè hìc inaratam gignere terram,
Cumque magis grato fructu dare germina vites
Incultas. Hic nunquam oleas florere vacanter,
Emanare caua, dicebat, & illice mella,
Cum dulci & riuos deſcendere montibus vnda,
Et ſuaui ſonitu. Zephyros & frigora rorum
Æſti-

Æſtiuos radios moderari; nullus vt ardor
Sit grauis: Elyſios campos, Animæque beatæ
Hocque loco linguis celebrata cubicla locauit.
Aduenit has Mulier: vos iam [dicebat] & eſtis
Haud procul à curſus fine; aſpectatis & Inſlas
Nunc fortunatas; de his veſtras maxima ad aures
Fama venit, non certa tamen: ſunt namque feraces
Lactificæ, & pulchræ; fa ſa at quampluriina veris
Adduntur vulgo. Iſta loquens, accedit ad illam,
Quæ prior eſt inter denas. Tunc Carolus infit.
Si magnũ (Mulier) cęptum, ad quod ducimur ipſi
Id det, me pedibus ſine iam contingere terram,
Littora & hæc ignota, & Gentes cernere; cultum
Et fidei illarũ, & quicquid, mihi quò inuidus adſit
Vir ſapiens; alijs noua cum narrare iuuabit
Luminibus conſpecta meis, & dicere, adiui.
Eſt equidem dignum te (reddidit illa) rogatum;
Sed quid ego poſſum; alto ſi inuiolabile voto
Ætheris obſiſtit decretum? nempè volutum
Tempus adhuc totum non eſt, quòd totius Orbis
Præſcripſit Regnator, vt oræ prorſus apertæ
Sint hæ; de Oceano vobis nec conuenit alto
Veram notitiem veſtrum deferre per orbem.
Munere præclaro, nautarum præter & artem,
Ac vſum has per aquas vobis conceditur ire:
Et penetrare illuc, vbi tanquam carcere clauſus
Miles adeſt, aliam Mundique adducere partem.
Sit ſatis hoc vobis: maiora inquirere, mentem
Reddere non modicum tumidam, pugnareq; fato
Afforet. Hìc tacuit, ſenſim deſcendere ad imum
Inſula prima videbatur; mage verò ſecunda
Attolli. Illaque monſtrabat iam Solis ad Ortum
Ordine directas omnes, latum inter & ipſas
Vix æque maris id ſpatium; quòd ponitur inter.
Tecta licet ſpectare Colonûm, ruraque culta
In ſeptem cum alij ſignis; tres gente carere;
Montibus & ſyluis loca ſunt tutiſſima beluis.
Vna locum tenet ex deſertis multa repoſitum;
Littus vbi ſe ſe curuat, protendit & extra

Cor-

Se locat obliquam, ſquallenti attollit & auro
Squamoſam criſtam, atque caput, turgeſcit & ira
Collum: oculis ardet, calles & ventre ſub omnes
Occultos tenet, & fumum, ſpiratque venenum.
Nunc in ſe penetrare vides; nunc tendere gyros
Nodoſos, ductim ſeque ipſam ducere poſt ſe.
Excubijs talem ſolitis hæc belua ſe offert:
Non Equitum fortes greſſus idcirco moratur.
Iam Carolus ferrum denudat, & aſſilit Anguem:
Alter at extẽplo clamat, quid agis? quid & audes?
Robore tu dextrę cuſtodem, talibus armis
Vincere Serpentem credis? virgam excutit auream
Protinus ille, atque immortalem, vt ſibila belua
Audiat; & fugiens ſonitu perterrita tali,
Vt citò linquat iter vacuum, ſeſeque recondat.
Vlteriùs paulò greſſus contendit at iſtis
Crudelis Leo, qui rugit, toruùmque tuetur.
Arrigit & flauum vellus, reſeratque voracis
Dilatatque oris vaſtam horribilemque cauernam;
Verberat hic ſe ipſum; cauda ſuccendit & iras:
Ille ſed vt virgam miratur, conditus horror
Iram corde gelat, naturæ, & quemlibet auſum,
Adque fugam cogit. Pergunt iter ambo volucres:
Brutorum aſt terrens ſe offert exercitus illis
Belligerum, quæ ſunt vocis diſtincta ſonore
Diſſimili motu, & varijs diſtincta figuris.
Quicquid & auſtralis Nili, inter Atlantis & errat
Monſtroſi, atque feri fines hic eſſe videtur;
Quas alit & beluæ Hircana, atquè Ercynia ſylua.
Aſt adeò numeroſa Cohors, truculentaque viſu
Non adigit Equites, nulla aut ratione reſiſtit;
Quin leuis [o mirum] fugat illam ſibilus omnem,
Atque breuis viſus. Victores obijce nullo
Iã dorſum ambo tenent Mõtis: tãtumodo paulùm
His gelidæ, alpinæque viæ veſtigia tardant.
Nix vbi traiecta his, prærupta, accliueque totum:
Iucundæ æſtatis repererunt Æthera pulchrum;
Planitiemque ſupra montẽ amplã, multàq; apertã.
Frigidæ ibi ſpirant auræ per tempora cuncta,
Mul-

Multàquè odoriferæ certo, ſtabilique tenore:
Ne ve hic vt flatus alibi ſol ſueſcit earum
Suſcitat, aut ſopit luſtrans. Nec frigora, & æſtus
His nubes, & clarum, alijs alternat vt oris.
At ſemper niueis ſe ornat ſplendoribus Æther;
Nec gelidas hyemes, & non incendia præbet.
Et pratis herbam, flores enutrit & herbæ,
Arboribuſque vmbrã, floriq; æternat odorẽ.
Pulchra lacum ſupra reſidet, dominatur & aula
Montibus, atque fretis, aſcenſum propter & aſprũ
Sublimèque Equites ſub languida membra tenebãt:
Propterea per iter ſublenti floribus illud
Tendebant pictum, & carpebant ſæpe quietem.
Cùm fons ecce fluit clarus de rupibus altis
Largiflua & vena, ſicca humectare labella
Dulcè vocans, ac euripis conſpergere mille
Per ſtillas herbam. Sed tota ſub inde canalem
Se virides inter ripas aqua cogit in altum:
Perpetuæ & frondis cum murmure ſubfluit vmbra
Frigida, fuſca ſimul; ſed ſic tranſlucida, vt vllam
Illa venuſtatem proprij non occulat aluei:
Alta ſuaſque ſupra ripas attollitur herba,
Atque ibi molle ſedile facit cum frigore grato.
En modò fons riſus, en riuus multa pericla
Lethifera in gremio celans. Nunc noſtra cupido
Eſt ibi frænanda, & cautos benè conuenit eſſe.
Noſtra voluptatis Syrenum dulcibus harum
Falſarum, nouis claudatur cantibus auris.
Sic petiere viri vſque locum, iucundus vbi amnis
Se ſe alueo ſpargit maiore, lacum ipſeque format.
Hic ſupra ripas pretioſa eſt menſa parata,
Et pergrata dapum: per aquam binæque Puellæ
Ludentes adeunt laſciuæ, & dulcè loquaces:
Quæ modò cõſpergũt vultũ, modò prima ſtatutã
Quæ tangat metam, certant, ſe abduntq; ſub vndis
Nunc: caput, atq; humeros cæcũ poſt deniq; curſũ
Oſtendunt. Nudæ tunc, formoſæque natantes,
Pectora ſubmorunt Equitum ferrata duorum;
Propterea has ſteterunt ſpectantes lumine, & ipſæ
Luſibus

Luſibus in proprijs, ac oblectamine cœpto
Perſtabant. Vna interea ſe erexit, & alba
Vbera monſtrauit, magis & quod lumina noſtra
Pectore pelliciat ſurſum, tegumenque venuſtum
Vnda lacus currens reliquis erat artubus omnis,
Lucifer vt matutinus ſe extollit ab vndis
Roſcidus, & ſtillans: ſpumis vel ſicut Amoris
Prodijt exoriens fœcundis Diua marinis;
Hæc ita conſpecta eſt: talis chryſtallinus humor
Crinibus è flauis ſtillabat. Lumina dein
Luſtrauit, ſolùmque illos tunc cernere binos
Confinxit, totam ſe ipſam in ſe moxque coiuit.
Et quos in nodo crines collegerat vno
Vertice ſublimi capitis, tunc illicò ſoluit:
Poſteà qui longi deórſum, denſique cadentes
Molle ebur inuoluere illud velamine, & auro.
O quod tunc lepidum ſpectaclum demitur illis!
Sed minus haud placuit tum quæ priuauerat illo.
Claris ſic & aquis, nec non adoperta capillis,
Læta ſimul, pudibundaque ſe conuertit ad ipſos.
Illa ſimul ridebat, & inſimul illa rubebat:
Pulchrior & riſus fieri comitante rubore,
In riſuque rubor, totum qui molle tegebat
Os mento tenus. Inde ita vocem carmine mouit
Dulciſonã, atque piam, vt correptus quiſq; fuiſſet.
O uos exterpi, quibus hanc attingere ſedem
Fas eſt felicem, Orbis portus totius hìc eſt:
Hìc ſunt cunctorum ſolamina vera laborum:
Atque ea percipitur, quam Gens antiqua voluptas
Libera & à freno ſenſit, quãdo aurea ſecla manebãt.
Arma quibus fuerunt ſic tempus ad vſque
Iſtud, opus, ſecuri nunc deponere quitis;
Ipſaque in hac vmbra placidæ ſacrare quieti:
Hìc Equites eritis ſiquidem dumtaxat Amoris.
Dulcis erit pugnæ campus vobiſque cubile;
Herbaque Pratorum mollis. Nos illius ante
Reginæ aſpectum ducemus reddere ſuetæ
Hìc famulos felices: vos humaniter illa
Excipiet; certè illorum numeroque reponet,

Gaudia

Gaudia qui ſua ſunt electi magna tenere.
Antè tamen libeat ſordes his ponere in vndis,
Atque dapes aliquas illa decerpere menſa.
Altera ſic dixit: ſociauit & altera concors
Geſtibus, atque obtutibus inuitamen adulans;
Cum ſonitu vt dulcis cytharæ paſſus modò lentos,
Et modò veloces aliquis ſociare ſueſcit.
Blanditijs verò prauis fallacibus illis
Reddiderunt Equites adamantina, ſurdaque corda:
Blandulus illarumque aſpectus, ſermoque dulcis
Voluitur extrorſum, & ſenſus tantummodò mulcet.
Et ſi quam partem talis dulcedo penetret
Internam, forſan qua germinet vlla cupido;
Protinus euellit ratio, optatumque recedit
Exoriens. Remanent nympharum corpora bina
Deuicta, & deluſa: Equites amboque recedunt,
Nec veniam poſcunt. Subiere hi regia tecta;
Corpore cum tuto illæ ſe merſere ſub vndis.
Tantùm diſplicuit nymphis retuliſſe repulſam."

HIEROSOLYMÆ VINDICATÆ

Liber Sextus Decimus.

ARGVMENTVM.

Bini equites ampli ſubeunt ad limina tecti,
Degit vbi vitam Rinaldus carcere dulci.
Sic & agunt, ſecum hinc diſcedat turgidus ira.
Vt ſiſtat dilectum equitem, orat Saga, gemitque.
Attamen ille abit, & quò vindicet ipſa dolorem
Deſtruit incantatam aulam, per & aëra mittit.

ORbis ad exemplar cōſtructa eſt Regia diues:
Illius interiore ſinu, qui cernitur eſſe
Vt centrum in cyclo, ſatus eſt pulcherrimus hortus
Ornatu ſuperans cunctos, qui nomine claro
Floruerunt, Confuſus; inobſeruabilis ordo

Porticuum circùm eſt; Plutonis regna colentes
Nunc orſi: inter eos falſos, flexoſque viarum
Anphractus reſidet, non & penetrabilis vlli.
Per maiorem aditum ſubiere hi (cōtinet autem
Ampla domus centum) nitido ſub cardine & auro
Stridebant ex argento mirè oſtia ſculpto.
Lumina celatis tenuere intenta figuris:
Materiam ſuperabat opus. Vox deficit illis;
Nil aliud viuum quæris: neque deficit iſta,
Ipſe fidem ſi habeas oculis. Hic cernitur inter
Meonides famulas Alcides ore referre
Cum fuſo, atque colu nugas. Si tartara vicit,
Aſtra ſimul rexit; nunc lanea ſtamina torquet;
Illum ſpectat Amor mirus, deindeque ridet.
Dextra Iòle imbelli lethantia cernitur arma
Ludibrio tractare: Leonis poſtea tergus
Conueſtit, teneris quod membris eſſe videtur
Plus nimio rigidum. Eregione eſt poſtea Pontus;
Fluctibus & canis ſua ſpumare arua videntur.
Cernitur in medio duplex inſtructus & ordo
Nauibus, atque armis: fulgores mittere & arma;
Flammeſcunt auro fluctus: mauortio & igne
Leucadis exardere quaſi Inſula tota videtur:
Romuleam Auguſtus Gentem hinc, Antonius illinc
Ægyptum, Eöos Arabes, ſecum attrahit Indos.
Æquoris auulſas dixiſſes nare per vndas
Cycladas, & montes concurrere montibus altos:
Impete ſe tanto turritis puppibus vrgent
Omni ex parte viri. Volat ignis, miſſile ferrum:
Triſtia iamque noua ſparguntur cerula ſtrage.
En [nec adhuc pugna inclinat] Regina Canopi
Barbara profugiens. Fugit atque Antonius vnà:
Orbis & imperijs, ardenter quod diſcupit, omnes
Ponere ſpes certò valet. Haud fugit, haud timet a-
Quę fugit, at ſequitur, trahitur violēter ab illa (cer,
Secum. Cernis amore, pudore, iraque frementem
Tu ſub idem tempus: martem nunc lumina ad acrē
Vertit adhuc dubium, nunc ad fugientia vela.
In proprijs Nili exceptus deinde latebris,

Illius

Illius in gremio mortem expectare videtur.
Contràque formoſi magno ableċtamine vultus
Lene ſibi dicis prædurum reddere fatum.
Talia erant Portæ regalis ſculpta metallo.
Hiſtorijs oculos ſimul auertere venuſtis,
Bini Equites dubij ſubierunt mœnia tecti.
Ancipites inter ripas Mæander vt vndis
Ludit, & ambiguo lapſu refluitque, fluitque:
Occurrenſque ſibi venientes arietat vndas,
Has & aquas ad fontes, ad mare vertit & illas;
Sunt ita conſerti, impliciti & forta ſsè viarum
De magis hi flexus; in ſe ſed pagina ſignat:
Pagina dona Magi, & verbis ſic exprimit illos,
Explicet vt clarè, nodum diſſoluat & omnem.
Implicitos poſtquàm amphractus liquere viarũ;
Prodijt in læto aſpectu pulcherrimus hortus;
Stagnãtes lymphas, chryſtalla fluentia dulcè,
Diuerſas Plantas, varijs cum floribus herbiſque
Apricos colles vmbris ualleſque refertas,
Antraque cum ſyluis aſpectu hic obtulit vno.
Quodque venuſtatem adiungit, pretiumque labori,
Quæ totum peragit, penitus nil proditur artis.
Ornamenta ſitus ſolùm natiua putares.
(Inculto cultum ſic cernitur eſſe remixtum)
Naturæ ludentis opus tale eſſe videtur:
Cui placitum eſt artis pulchros ſimulare labores,
Omnia ſunt ſagæ effectus: & ipſa vel aura:
Aura ferax, qua cernuntur floreſcere plantæ:
Cum flore æterno fructus per ſecla perennat:
Propterea egreditur dum vnus, maturat & alter.
Arboris ipſomet trunco, & frondem inter eamdẽ
Naſcentem ſupra ficum aret languida ficus.
Pendulus ex ramo eſt ipſo veſte aureus alter,
Alter cum viridi fœtus, iuueniſque ſenexque.
Flexa ibi luxurians vitis proſerpit in altum,
Germina & edit, ubi eſt aprici maius in horto;
Hic immatura eſt teneris in floribus vna,
Hic habet auratam, rubeamque, & nectare fętam.
Pulchra, inter virides frõdes hic turma volucrum
Dulci-

Dulciſonans grato ſoluunt modulamine voces.
Murmurat aura leuis, garrit cum frondibus vnda
Multis pulſa modis ab ea. Quandoque volucres
Ore premunt vocem, reſpondet & altius illa:
Quando & aues cantum fundunt; & lenius ipſa
Excutit: aut ars, aut caſus ſit, carmina earum
Nunc ſociat, nunc alternat, modulamen & ipſum.
Aduolat aſt inter reliquas, quæ diſcolor vna
Plumis, purpurea & roſtro, linguamque reſoluit
Quàm latè, ſcinditque ita vocem, reddat vt ipſa
Sermonem noſtrum. Tanta hæc ibi protulit arte
Eloquium, vt cunctis fuerit mirabile Monſtrum.
Conticuere aliæ, intentæ ſimul ora tenebant;
Murmur & ipſi etiam tenuere per Aëra venti.
Cerne roſam (cecinit) viridi quæ virgo modeſta
Egreditur, quæ ſemirecluſa, & condita ſemis
Quantò minus ſe aperit, tantoq; venuſtior illa eſt.
Explicat ecce ſubinde ſinum nudata, ſuperba,
Ecce dein langueſcit, non apparet & illa,
Illa nec apparet, quæ iam exoptata Puellis
Mille fuit, totidemque cupita ardenter Amaſcis.
Sic flos, atque virens vitæ mortalis in vna
Luce breui fugitat, neque iam quòd denuò Aprilis
Adueniat, rurſus floret, rurſuſue vireſcit:
Manè roſam carpamus nos huiuſce diei,
Tempore, qui modico viduatur munere lucis:
Multà roſam oblectantem nos carpamus amoris:
Inſit amor nobis, cùm reſpondetur amori.
Conticuit: totus concors Cœtuſq; Volucrum
Approbet id tanquam, cantum ſimul inde reſumit,
Oſcula tunc niueæ geminant conſueta Columbæ:
Omne animal ſtatuit ſeruare in pectore amorem.
Quercea ſic arbos, redolens ſic caſtaque Laurus,
Sic frondoſa domus tota, & ſic arida, & vnda
Senſus, & gemitus formare videntur amoris.
Aſt adeò inter dulce melos, ſolatia totque
Blandula, bini Equites conſtantes, atque ſeueri
Procedunt, & blanditijs ſua pectora durant.
Frondibus in medijs obtutus ante penetrant,
Hincq;

Hincque vident ipſimet; ſiue videre videntur
Dilectum, certòque vident, & denique Amaſcam,
In gremio Mulieris eum, herbæ hanc dulcè iacentē,
Auratum antè tenet diuiſum pectora velum,
Incultos crines æſtiuam ſpargit ad auram.
Blanditijs languet: pulchro ſudoreque vultus
Candicat ignitus, nec non viuacior idem eſt,
Luminibus madidis tremulus riſus: laſciuus & vnà
Titanis veluti radius ſcintillat in vndis.
Pendet eum ſuper hæc; molli caput ille reponit
In gremio oſq; ſuum illius ſublimat ad ora.
Hic auidos paſcens oculos conſumitur intus.
Illaque ſe inclinans oculis nunc oſcula libat,
Nunc teneris fugit labijs: tunc temporis ipſe
Emittit tales gemitus de pectoris imo;
Nunc animam exhalat (dices) & migrat in illam.
Ambo Equites actus obſeruant conditi amoris.
Exterſum à latere, ac niditus pendebat Amantis
Chryſtallum ſurrexit, & hoc ſuſpendit ad ipſum
Inter utramque manū; eſt famulus delectus amoris
Officijs. Ridenti oculo illa; ac ille flagranti
Inſpiciunt vultum varijs in vultibus vnum.
Illi chryſtallum ſpeculi deſeruit in vſum:
Formoſa hìcque ſpeculum ſibi lumina Amaſcæ.
Se tantùm de ſeruitio Vnus, at Altera iactat
Imperio: illa ſibi ſolùm intenta, ipſeque in ipſa.
O vertas dicebat Eques, modò lumina vertas
Illa mihi, quibus ipſa beata beare ſueſcis:
Sunt mea vera tuæ (noſcas) incendia formæ
Effigies. Eius formam, planèque ſtuporem
Quàm ſpeculare tuū multò mea pectora monſtrāt
Clariùs. Ah poſtquàm me non dignaris honore
Tanto, tu proprium ſaltem inſpectare valeres
Quàm ſit formoſus, vultum: tua lumina certè,
Quæ nequeunt alibi plenam reperire quietem,
Gaudia conuerſa in ſe tantùm mira tenerent.
Anguſto nequit in ſpeculo tam dulcis imago
Effingi: nec eo poſitum eſt vitro omne venuſtum;
Te dignum ſpecular forma eſt cœleſtis Olympi,
Tu

Tu potes atq; tuam ſpeciem cognoſcere in Aſtris;
His ridet dictis Armida: nec attamen illa
Deſiſtit ſpeculi intuitu, pulchroue labore.
Texuit vt tricas, repreſſitque ordine bello
Laſciuos illarum errores, torſit in orbes
Vel minimos crines, vt concauſtum ſuper auro
Mille & odoriferos flores conſperſit in illis:
Externaſque roſas formoſo in pectore lilis
Adiecit proprijs, velumque aptauit amuſſim.
Non expandit Auis talem Iunonia plumę
Pompam oculis cultę, Iris non ſic roſcida inaurat,
Purpurat & gremium phæbeo lumine curuum.
At ſuper ornatus omnes pulchrum explicat illa
Cinctum, quem ne nuda quidem deponere ſueſcit.
Cui nec erat corpus dedit: & cùm condidit illum,
Miſcuit hic res, quas alijs miſcere nefas eſt.
Iras nimirùm teneras, leneſque repulſas,
Blanditiès caras, paces, bona verbula, riſus,
Lacrymulas dulces, ſuſpiria, & oſcula tandem.
Hæc cuncta infudit, coniunxit gnauiter vnà,
Igne facis lento ſolidauit poſtea rectè,
Cingulum & id tandem valdè mirabile finxit,
Quo pulchrum latus aſſiduè ſuccinta tenebat.
Cùm primùm propriam ſpeciē oblectata tueri,
Expoſcit veniam, oſcula figit ei, atque recedit.
Illa die ſemel & plantas efferre ſueſcit,
Reſque ſuas, magicoſque ſuos inuiſere libros,
Ille manet ſolus: non vllo namque momento
Ipſi aliò conceditur vnquam ducere greſſus:
Inter Eques beluas, plantas ſpatiatur & inter
Solus Amans, ſola niſi cum ſecum ipſe moratur
Nocte ſed vmbroſa, per quando ſilentia amica
Ad ſua furta duo cauti inuitantur amantes,
Pictos inter eos hortos ſub tegmine eodem,
Tempora felices traducunt noctis amicę.
Aſt Armida mage officijs intenta ſeueris
Pòſtquā hortum penitùs, ſuaq; oblectamina liquit,
Qui latuere inter viridem iam ceſpita bini
Obtulerunt ſe armis illi tunc multà decoros,

Ceu bellator Equus, Martis qui abductus honore;
Et petulans, deſes ſine fræno armenta maritus
Inter, & in pratis erret: ſi fortè tubarum
Clangor eũ moueat, chalybis vel ſplendida lãpas;
Continuò hĩnitu crebro conuertitur illùc;
Appetit & pugnam, ſupra robuſtaque portans
Terga virum, cupit impulſus reppellere curſu.
Haud aliter Iuuenis ſe oſtendit; quando repentè
Armorum ſua tunc offendit lumina ſplendor.
Spiritus ille ſuus pugnax ſic, ſpiritus ille
Sic ardens nitidi chalybis fulgore reſurxit:
Mollia quantumuis inter tot commoda languens,
Ebrius in luxu, ſopituſque afforet ipſe.
Interea promptè & properè procedit Vbaldus,
Et nitidum ſcutum, ac adamas conuertit in illum.
Ille ſua in clypeum pellucens lumina figit;
Seque videt quis ſit, quantum ſpirent & odoris
Et luxus culti crines, ornata clamyſque.
Et ferrum, ferrum lateri feciſſe tuetur
Molle nimis luxu; nimirùm cernitur arte
Hoc ita adornatum, ornatus dicatur inanis,
Non belli telum. Vt vir ſomno oppreſſus ab alto
Tempore pręlongo poſtquàm in ſe uana reuoluit,
Ad mentem inde redit; ſic ſe collegit & ipſe
Se bene ſpectando: at ſe ipſum ſpectare nec vltra
Suſtinet. Obtutus deorſum cadit: atq; grauatus
Multà pudore ſolo trepidans immobilis hæret.
Se pelago Iuuenis ſubter concluderet alto;
Ignem intus; centrum terrę, vt ſe conderet ipſum.
Guttura tunc referãs dictis his ortus Vbaldus.
Cunctæ Aſiæ partes, Europaque tota mouetur
Ad bellum: quicumque decus vult, nomen adorat
Et Chriſti, Aſſiria in terra modò ſudat in armis.
Tu ſolus ſate Bertoldo nunc clauderis anglo
Extra Orbem anguſto deſes? tu ſolus ad Orbis
Non ſurgis motum vnius innuptæ inclitus Heros?
Quo ſomno tua, vel quo ſic ſopita veterno
Eſt virtus? qua deſſidia vel carpitur illa?
Eia age tota Manus, noſter Gofredus & idem

Te vocitant, expectat Fors, Victoriaque ipſa:
Belliger ergò veni properè, quem fata dedere,
Incepto finis tandem imponatur vt alto,
Atque extincta tuo ſub corruat impia Secta,
Per quem iam concuſſa fuit fataliter enſe.
Dixerat: & motu & lingua ſine nobilis hæſit
Per modicum tempus Iuuenis, confuſus & vnà.
Iræ verò locum poſtquàm verecundia ceſſit:
Iræ belligeræ pro alta ratione feroci:
Succeſſitque oris rubeo aduentitius ignis,
Qui magè ſuccendit, necnon vehementiùs ardet;
Ornatus vanos, pompas lacerauit & illas
Indignas, quæ ſeruitij iam ſigna fuere,
Seque fugæ citiùs dedit, atque amphractibus illis
Exijt obliquis. Extinctum Armida ferocem
Regalis portæ Cuſtodem lumine vidit
Intereà; primùm ſuſpexit, certa deindè
Effecta eſt, quòd erat dilectus abire paratus;
Vidit eum [viſus proh durus!] credere terga
Hoſpitio dulci fugientem & multà volucrem.
Clamaret crudelis vbi nunc ipſe relinquis
Me ſolam? aſt aditum voci dolor illicò clauſit:
Flebilis & verbi ſuprà cor triſte recurrit
Aſperior ſonus. O miſeram! ſolatia nunc tot
Vis illi rapit, arſque ſua præſentior arte.
Hoc oculis videt & proprijs; tamen autumat ipſa
Siſtere poſſe illum, & rurſus ſua carmina tentat.
Theſſala quotquot Saga notas olim ore profano
Dixit: quodque poteſt cœleſtes ſiſtere Sphæras,
Carcere de ſtygio necnon educere Manes,
(Omne tenebat enim) neque tanti eſt ponderis iſta
Ipſius vt verbis ſaltem reſpondeat Orcus.
Carmina dimittit, vult & feciſſe periclum,
An ſupplex multò potior ſit Saga venuſtas.
Procurrit, frenum temnit, nil curat honorem.
Gloria vbi ſua? nunc vbi decantata trophea?
Nutibus hæc ſolis totum antè reuoluit Amoris
Regnum ità pro faſtu parilem ſeruauit & iram:
Diligier cupijt, vehementer & odit Amantes:

Grata ſibi tantum, ſi ſemet præter at ipſam
Fortè alijs, formę, atque oculorum effecta ſuorum
Hæc fuerunt ſolùm. Nunc & neglecta remanſit,
Et deluſa ſimul; caro deſertaque Amaſco,
Qui fugit inſequitur tandem, qui ſpernit & ipſam:
Contemptumque ſuę ſpeciei comere donum
Contendit lacrymis: currit, pedibuſque tenellis
Non glacies obſtat, non illius aſpera montis,
Antèque clamores mittit, non attamen illum
Aſſequitur, carum littus quin venerit antè.
Clamabat demens: o qui cum corpore tecum
Fers animæ partem ipſe meę, partemque relinquis:
Tu modò vel captato meam, vel reddito captam;
Vel ſaltem ambabus diram conſciſcito mortem:
Siſte, ah ſiſte gradus, tantùm ſumma accipe verba,
Oſcula non dico: iſthæc dignior altera habebit,
Impie quid pauitas, ſi nunc veſtigia ſiſtas?
Ah quia fugiſti furtim ipſe negare valebis?
Tunc Iuuenis ſtetit: & lacrymis humecta, & anhel-
Illa ſuperuenit, ſumo & perculſa dolore (lans
Non verò formoſa minus, quàm afflicta, dolenſq;
Obtutus in eum figit, fert nullaque verba:
Vel dedignatur, vel cogitat, aut nihil audet.
Ille oculos ab ea auertit; ſi verò tuetur,
Intuitum vertit lentum, & clàm, cumque pudore.
Muſicus, vt pręſtans, linguam altiùs antè reſoluat
Ad cantum, dulci præcentu præparat antè
Ad concentum animos ſubmiſsè; non ſecus iſta,
Quæ tanto in mœrore nec obliuiſcitur artes
Iam cunctas, gemitus breuioris conficit antè
Concentū, quò animā diſponat, deindeq; in ipsā
Infigat voces. Quocirca, Barbare, cœpit:
Orem te, ne expecta, vt Amaſia debet Amaſcum
Iam fuimus: notum eſt; penitus modò ſi abnuis eſſe
Tu talis, patriſque animo ęgro nomen & ipſum;
Saltem audito meas voces inimicus vt acer:
Alter enim alterius placidè interdū accipit hoſtis
Oratus: quod ego poſco concedere ſanè
Ipſe potes, cunctas ſeruare in pectore & iras.

Ṣique

Sique peroſa tibi: idcirco oblectamen & hauris
Nonnullũ; haud ego te viduo: vt vis gaudia ſume.
Par reputas, eſto. Odi etiam furialiter ipſa
Chriſtiadum Gentes (fateor) te hoſtiliter odi.
Ethnica ſum nata: & diuerſis fraudibus vſa,
Imperio vt veſtro ſupremum ferre valerem
Exitium: te inſectata: & te fraude, doloque
Corripui: longè mihi tu perductus ab armis
Ad loca non nota. Accedit, quod turpius eſſe
Ferre tibi cenſes probrum, maioraque damna:
Tu captus mihi: tuque meo pellectus amori:
Impia blandities verè fraus quippe ſceleſta,
Virginei proprium florem donaſſe pudoris:
Atque ſui pulchri quemquam feciſſe Tyrannum;
Mille quod antiquis iam pro mercede negatum
Vni conceſſiſſe nouo pro munere Amanti.
Iſta quidem ſit vera meis ex fraudibus vna:
Totque meæ culpæ tanti ſint ponderis in te,
Vt citus abſcedas hinc: hoſpitium amplius iſtud
Iam tibi dilectum neque cures. Vade volucris:
 Traijcito oceanum: pugna: ſudato: labora:
Noſtram euerte fidẽ: ipſa tuos etiam vrgeo greſſus
Noſtrã autem? ah mea nõ vltrà eſt: tantũmodo fida
Sũ tibi triſte meum Numen. Solummodo detur
Hoc mihi te ſecter: paruum quid ab hoſte petitũ.
Captam Prædator prædam non retrò relinquit:
Dum petit & victor, captiuus pergit & ipſe.
Turma tuas inter prædas me maxima ſpectet,
Adiungat reliquiſque tuis quoque laudibus iſtam;
Quæ te deluſit modò, quòd deluſeris illam,
Me famulam meritò neglectã de indice mõſtrans.
Contempta Ancilla! hos vltrà cui ſeruo capillos,
Cùm tibi ſint habiti viles? hos dextra minutos
Reddet: ſeruilem ornatum cum nomine Seruæ
Aſſociare volo. Quandò mage ferueat ardor
Martis, ero tecum in medijs hoſtilibus armis.
Non mihi deeſt animus: certè nec robora deſunt
Ducere equos, haſtile tibi deferreque longum.
Scutigera, aut ſcutum fuero quodcũque libebit:

Quò te defendam ipſa meæ (mihi credito) vitæ
Nam parcam. Hoc collum, nudatū pectus & iſtud
Te prius adueniant, transfigent hoſtica tela.
Fortè nec exiſtet quiſquam tam Barbarus hoſtis,
Qui me ne feriat velit in te figere plagas,
Ille voluptatem vindictæ ſpontè remittens
Huic formæ neglectæ quomodòcunque ſit ipſa
Demens! audeo adhuc? ſpreta me iactoque forma,
Quæ nihil impetrat, quæ robore prædita nullo?
Plura hæc: ſed vehemēs ploratus verba repreſſit:
Qui veluti fons alpina de caute fluebat.
Tunc eius dextrā, aut ſagulū comprendere quærit
Supplicis in morem; verùm celer ille recedit.
Luctatur, ſuperatque aditus præcluſus amori eſt,
Panditur atque in eo lacrymis egreſſus obortis.
Non vltrà quò inſtauret, amor ſua corda penetrat,
Quem ratio in glaciem antiquum mutauerat ignē.
Sed ſaltem pro illo pietas, caſta aſſecla amoris:
Sic & eum mouet, vt lacrymas vix ſiſtere poſſit.
Attamen affectum tenerum arcet pectoris imo,
Vtque poteſt, actus componit, fingit & vnà.
Poſteà reſpondet. Multùm te Armida laboro;
O poſſem, vt facerem ipſe, tuo diuellere corde
Iam malè conceptum ardorem; non dimico tecum
Aut odio, aut ira: vindictam elimino prorſus:
Neue meo offenſæ ſeruo iam pectore nomen:
Tu neque ſerua es; tu mihi non infenſa putaris.
Erraſti verum eſt, fines trānſgreſſa fuiſti
Turgida nunc odijs pugnans, nunc feruida amore;
Sed quid? ſunt hominum culpæ, moremq; ſecundū.
Lex natiua mihi, ſexus, purgantur & anni.
Ipſe quoque errraui partim. Si nolo negetur
Et mihimet pietas; mihi nec damnaberis ipſa.
Gaudia vel ſumam, duros patiarue labores,
Nominis ipſe tui fuero non immemor vnquam.
Ipſe tuus Miles fuero, vt permittitur armis
Nunc Aſiæ, decus & concedit, noſtra fideſque
Hic finem ah mendis ponat modò noſtra voluntas,
Facti pœniteat noſtri te multà pudendi:

Orbis

Orbis in hoc iaceat deſerto fine ſepultum
Illius & nomen. Ne Europa in parteque vtraque
Contigua factum hoc nulla ratione pateſcat
Noſtrum. Dedecore ah turpi ne forma notetur
Des tua, Regalis ſanguis, tua Regia virtus.
Vado; mane cum pace. Nefas tibi pergere mecum:
A' quo ducor ego, renuit planè. Ergo maneto;
Siue per oppoſitum felix contendito callem:
Atque tuam ueluti prudens deponito mentem.
Dum ſic alloquitur Iuuenis; conſiſtere neſcit.
Turbida, non vlla requie, ſtans fronte ſeuera
Tempore non modico miratur lumine toruo,
Denique conuicis illum caſtigat acerbis.
Tu Sophia minime genitus; non ſanguine natus
Acci: tu Pelagi inſanis generatus ab vndis,
Caucaſioque gelu, & te lactauere mamillæ
Tigridis hircanæ. Sed quid mihi fingitur vltrà?
Dirus homo ſignum humani nec præbuit vnum.
An color immutatus ei? noſtroque dolore
Rorauit ne oculos ſalten? de corde vel vnum
Edidit an gemitum? quæ mitto, quæue renarro?
Ille mihi ſe offert: fugit, & me deſerit idem.
Optimus vt victor non obliuiſcitur hoſtis
Offenſas nocui; grauia ac errata remittit.
Quì det conſilium accipias: audito pudicum
Xenocratem quo nunc pacto de fatur amore.
O Cœlum! o Superi; cur hos toleratis iniquos;
Tangitis & turres pòſt, veſtraq; fulmine templa?
Vadito crudelis, cumque illa vadito pace,
Quam mihi tu linquis læta: iam vadito inique.
Spiritus & nudus mox te ſectabor, & vmbra.
Cum facibus iugiter, ſerpentibus altera Erinni
Sic æquè exagitatus eris mihi, ſicut amatus.
Si velit & fatum, euadas vt cerula vaſta,
Saxaque declines cum vndis, ſis præſtoque pugnæ;
Sanguine ibi in medio, medijs in cædibus illis
Ipſe iacens, æger pœnas mihi miles iniquè
Promeritas ſolues. Armidam ſæpè vocabis
Extremis ſingultibus; id penetrabit ad aurem

Spero meam. Hìc animus defecit multà querenti:
Verba nec integrè poſtrema hæc protulit illa:
Exanimus cecidit, gelido ſudoreque ſparſa
Concluſit luces. Armida o lumina clauſti,
Nunc tibi ſolamen tantis inuidit auarum
Martyrijs Cœlum. Infelix àh lumina pande;
Ipſa tui planctum quid non miraris amarum
Infenſi? O ſi illum audires, o quomodo magni
Ipſius gemitus facerent tua corda tenella:
Dat quantùm ille poteſt, ac abs te verba ſuprema
(Nec credis) ſumit vultu pietate referto.
Nunc quid agat? ſolam ſuper iſta linquet arena
Semianimem? Officium retinet; pietaſq; refrænat;
Dura ſed, atque grauis ſecum illum ducit egeſtas.
Abſcedit, comaque illius, qua ducitur, auris
Repleta eſt leuibus. Velum mare peruolat aureũ:
Reſpicit is littus, littus celatur & ipſi.
Poſteaquàm ad ſenſus redijt; quod cernere circũ
Tunc valuit; tacitum, & deſertum vidit ocellis.
Tandẽ abijt; vitamq; meã iſtic linquere (dixit)
Expoſitam ſorti potuit, minimùmque moratus
Temporis: auxilij modicum mihi proditor atrox
Nec dedit extremo in caſu, & quaſi luce carenti?
Illũ & adhuc adamo? gemo adhuc? aſſidoq; inulta
Littore in hoc? quid agit fletus? nõ ergo protecta
Arte alia, aut alijs telis? ah perſequar impium:
Nec mage celato (credas) imæ angulo Abyſſi,
Neue Polo vt templo fuerit ſecurus in ipſo.
Iam aſſequor, en capio, manibus cor eique reuello,
Membraque diuiſa appendo, vt crudelibus extet
Exemplum. Eſt opifex feritatis, vincereque illum
Arte ſua cupio. Sed vbi ſum? quid loquor ipſa?
Armida infelix! debebas, atque decebat
Tunc iugiter crudelem in eum ſæuire furenter,
Cùm captiuus erat; modò ſera accenderis ira.
Forma tamen valeat ſi quidquam, callida menſue,
Non equidem optato effectu mea vota carebunt.
O ſpecies mea ſpreta tuum eſt deponere pœnas;
Maxima namque tibi facta eſt iniuria ab illo.

Cæ-

Cædenti caput exoſum hanc pro munere formam
Aſſignabo meam. Ecce mei nunc incliti Amantes,
Arduum opus certè à vobis, ſed flagito honeſtum.
Me, quæ hæres amplæ fuero ditiſſima Gazæ,
Vna pro vindicta ſum donare parata.
Dignaque ſi tali pretio non cenſeor emptu;
Forma nec exiſtis tu naturæ vtile donum;
Infelix donum te reijcio: inſimul eſſe
Reginam nec amo: quin odi degere vitam,
Eſſeque progenitam. Vindictæ ſolaque dulcis
Spes tantùm dat adhuc vitali vexier aura.
Sic fremit Armida interruptis vocibus ira,
Et ſua deſertis torquet veſtigia ripis
Pectore quantum iræ oſtendens collegit in alto
Torua oculos, diſperſa comam, ſuccenſaq; vultũ.
Venit vbi ad proprias ſedes, tricena vocauit
Ore horrendo tenebroſi Numina Auerni.
Nubibus impletur nigris Cœlum, atque momento
Magnus, & æternus palleſcit in ore Planeta:
Impete perſufflat, quaſſatque iuga ardua ventus;
En pedibus ſubter mugit iam Tartarus horrens.
Regia circumdat quantùm,tu ſibila, & iras
Cum fremitu audires, vlulatus, atque latratus.
Nocturnam ſuperans, vlla neque luce remixta
Aulam regalem totam vndique circumit vmbra;
Inſtabilis noctem intra illam tantummodò fulgor
Tranſlucet. Ceſſat tandem nox: Solque reducit
Pallentes radios; nec adhuc iucundior æthra eſt,
Neue vltrà apparent regalis mœnia tecti,
Signa nec illius: fuit hic, neque diceret vllus.
Nubibus ac veluti formatur molis imago
Æthere in interdum immenſæ, ſed tempore durat
Quã modico; nã auræ perdunt,Phœbuſue reſoluit,
Somnia vt euanent, quæ confinguntur ab ægro;
Haud aliter cunctæ fugerunt illius Ædes;
Aſpera dumtaxat rupes, natiuus & horror
Manſit ibi. Proprio curru ſuper aſſidet illa
Iam prompto; vtq; ſolet ſe tollit ad Æthera velox
Saga premit nubes, auras tractatque volatu

Turbinibus præſepta ſonoris. Littora tranat
Oppoſito ſubiecta polo, terraſque Coloni
Ignoti: Alcidis fines tranſcurrit, & Oræ
Heſperiæ, vel Maurorum non proximat vnquam;
Suſtinet at ſupra ſuſpenſum cerula curſum,
Aſſyriæ donec pertingat littora curſu.
Hinc minimè defert greſſus ad tecta Damaſci;
Sedis at antiquæ dulcem viſum illa paternæ
Declinat. ſterilemque ad ripam dirigit axem
Carpenti, in medijs vbi aquis eſt conſita moles
Magna ſui Caſtri. Quò cùm peruenerit ipſa,
Ore ſuo priuat famulos, legit atque receſſum:
Et varias inter curas ſuſpenſa reuoluit;
Sed pudor irato cordi mox denique cedit.
Ibo quidē (dixit) priùs, èòa arma Tyrannus
Ægypti moueat. Tentabo quamlibet artem
Denuò, & inſolitam conabor ſumere formam:
Spicula tractabo, atq; enſem. Famulamque dicabo
Me mage Robuſtis, iram contraque mouebo.
Ipſa modò optatas vindictas cernere poſſim,
Et pudor intereat, fiat iacturaque honoris.
Me neque reprendat; culpam ſed conferat in ſe
Ille meus bonus & Cuſtos, & Patruus vnà, (bā,
Quòd ſibi ſic placitū eſt. Animā ſiquidē ille ſuper-
Et fragilem ſexum non debita munera ad antè
Vertit: eum propter Mulier ſum facta pererrans:
Addidit ille animum, penitus ſoluitq; pudorem.
Ergò quod indigni commiſi propter amorem,
Siue patrabo ira, totum vertatur in illum.
Sic eā concludit: mox feſtinanter adunat
Cum pueris Equites, famulos, & corpora matrum:
Barbaricæ veſtes, pariterque ſuperba ſupellex
Oſtentant artem, regalem multaque ſortem:
Carpit iter, nec eam iuuat vnquā admittere ſomnū,
Sumere ſub Luna, vel ſub Titane quietem,
Dum non conſiſtat plantas, vbi amica replebant
Apricos Gazæ ſpatioſos Agmina campos.

Finis Sexti Decimi Libri Hieroſolyma Vindicata R. D. Hieronymi de Placentinis.

HIE-

HIEROSOLYMÆ VINDICATÆ

Liber Decimus Septimus.

ARGVMENTVM.

ADuocat innumeras Ægyptius antè recenſum
Rex acies proprias, contra tum dirigit arma
Chriſticolùm. Cædis ſitiens Armida Rinaldi
Milite cum proprio venit. Et quò dira cupido
Reddatur ſatura, offert ſe ipſam vindicis iræ
Pro dono. Se conueſtit fatalibus armis:
Geſta vbi clara Atauùm ſpectat celata Rinaldus.

GAza Palæſtinæ extremis in finibus Vrbs eſt,
Semita ea, Peluſiacas quæ ducit ad Oras:
Æquoris ad ripam ſita; cui ſunt proxima arenæ
Vaſta quaſi deſerta: & vt vndas aſſolet Auſter
Æquoreas iſtic perflans, ita turbo remiſcet;
Vnde Peregrinus multo non abſque labore
Inſtabilis campi ſe tempeſtate tuetur.
Vrbs eſt Niliaci Regis frons, captaque ab illo
Iam Turcis olim. Quòd commoda, ſatq; propinqua
Alto operi, propriam mentē ad quod verterat ipſe;
Deſtituens Memphim, ſua quæ extat Regia Sedes,
Auguſtum huc tulerat ſoliū, innumerabileq; agmen
Partibus huc varijs ad cœtum legerat vnà.
Nunc age Muſa, meæ quęſo tu ſuffice menti
Tempora quæ, & qualis rerum ſtatus afforet illic:
Quas vires, arma Induperator magnus haberet;
Quam ſibi ſubiectam Gentem, ſociamque teneret,
Quando plagis auſtralibus ille ad prælia dura
Mouit opes, Reges, partis ſupremaq; èôæ
Agmina, Ductores tantùm mihi tuque ſub arma
Nunc dictare potes totum Orbem penè coactum.
Poſtquā ſe Imperio Ægyptus ſubtraxit Achiuo,
Mutauitque fidem. Miles de ſtirpe Maconis
Natus eum ſibi ſumpſit, ibi ſedemque locauit.
Caliſſus fuit is dictus: de nomine Primi

Tale gerens ſceptrum ſuccedit nomine eodem;
Sicque ſuos vidit Pharaones ordine longo,
Atque ſuos tandem Ptolemæos poſtea Nilus.
Taliter at regnum eſt auctum volentibus annis,
Occupet atque Aſiam, Lybiamq; ad littora Syrûm
Limite Malmarico & Cyrene: tranſit & intra
Aduerſus Nili curſum ſupra arua Syrenes
Immodicum hincque Sabæ deſertas tendit ad oras;
Indeque ad Euphratē magnū. A dextra, atq; ſiniſtra
Littus odoratum comprendit, Diues, & Æquor,
Præter Erithreum multùm diſtenditur illud
A' Sole, vt Maurum videatur. Continet in ſe
Imperium magnas vires, redduntur & ipſæ
Nunc magis illuſtres, claræque à ſceptra Regente:
Sanguine qui Princeps, merito ſed clarior alto,
Artibus, & Regum belli quoque multa peritus.
Hic modò cum Turcis, Perſis modò plurima geſſit
Bella & ſuſtinuit, victuſque & victor in illis.
Sorteque in aduerſa ſemper quàm Marte ſecundo
Maior erat. Sed vbi grauis ætas pondera ferre
Armorum haud potuit, diſcinxit denique ferrum;
Belligerum verò ingenium, regni, decoriſque
Immane optatum nulla ratione reliquit.
Per Proceres decertat adhuc: ſic pollet in illo
Mens ſana; atque potens dictis vt pondera ferre
Imperij haud dubitet, grauibus ſi preſſus ab annis.
Tota ſuum Nomen diuiſa in Regna minora
Multà timet Lybiæ Regio: veneratur & Indus:
Subſidio armatos alij ipſi ſponte miniſtrant,
Auri proque tributo alij dant pondera fului.
Rex igitur tantus, taliſque recolligit arma;
Quin collecta ſtudet quamprimùm mittere contra
Imperium ſurgens, Gallùm fortemque ſecundam
Tot palmis hodiè ſuſpectam. Armida ſuprema
Peruenit: opportuna tamen; nā eſt hora recenſus.
Æquore in immenſo muros extra ordine ſtructo
Præterit innumerus coram illo exercitus omnis.
Sublimi in Solio, ad quod per centū itur eburnos.
Ille gradus ſidit grauis. Ingentiſque ſub vmbra
Cœli

Cœli ex argento, fuluo contexta metallo
Murice conculcat depictâ tapetia plantis.
Regalique habitu diues fulgere videtur.
Mirifica Sertum forma altum tempora circum
Candida faſciolis efformant lina retortis.
Sceptrum habet in dextra: venerabilis, atq; ſeuerus
Canitie apparet barbæ. Sed lumine ab ipſo
Ætatem nec adhuc mutare, animumque priorem
Robore cum primo oſtendit. Benè quolibet actu
Suſtinet annorum, Imperij quoque Maieſtatem.
Iuppiter à Phydia, inſigni aut fortaſſis Apelle
Sic fictus fuit, aſt tunc Iuppiter altâ tonefcens.
Maiores Satrapæ bini, ad dextram vnus, & alter
Ad læuam aſſiſtunt: nudatum dignior enſem
Iuſtitiæ in ſignum rigidæ ſublimat; & alter
Muneris in proprij demonſtrat ſigna ſigillum.
Arcanùm Cuſtos ciuile opus exhibet vnus
In rebus Regni grauibus Regi: imperat alter
Militiæ pleno imperio, pœnas ſtatuitque.
Circaſſi cum haſtis Cuſtodes multâ fideles
Deorſum ſolio faciunt deinde coronam:
Thoracêque gerunt cum ipſis haſtilibus omnes,
Et longos latere ex vno enſes, atque recuruos.
Sic ſidebat, & excelſa ſic parte Tyrannus
Lectos ſpectabat Populos. Acieſque abeuntes
Ipſius arma pedi inclinant, Vexillaque cunctæ.
Ægypti Populus ſe luſtrat in ordine primus:
Sunt quatuorque Duces, Regionis ſcilicet altæ
Bini, imæque duo. Cœleſtis munera Nili,
Quodque opus eſt. Pelago rapuit nam fertilis alueū
Limus, qui ſolidus dehinc fuit aptus aratro.
Creuit ità Ægyptus: proh quā intrà eſt, quod fuit
Expoſitū littus nautis. En agmine primo (olim
Gens apparet Alexandriæ, quæ æquor abundans
Incoluit, quæ reſpicies habitauit ad Oras
Heſperias littus, quod dehinc incipit Afrum
Eſſe. Præeſt iſtis pollens Dux nomine Araſpes,
Ingenio pluſquàm dextra; eſt fraudumq; Magiſter
Egregius, quauis Maurorumque obtinet arte

In

In bello primas. Partes qui verſus eoas
Ad coſtas Aſiæ coluere, deinde ſequuntur:
Hi ducuntur Aronteo, quem nomen honorat
Virtutis nullum; titulis ſed redditur idem
Clarus. Sub galea ſudarunt tempora nunquam:
Matutina minus ſomnos huic buccina rupit;
Sed duram ad vitam celeri ambitione vocatur
Delitijs proprijs. Acies quæ tertia deinceps
Aduenit, haud acies, immenſum dicitur agmen:
Littora & arma tegit. Certè non credis arare
Ac metere Ægyptum pro tot: tamen aduenit Vrbe
Vna, quæ potius Prouincia vaſta videtur:
Sexcentas etenim ſola in ſe continet Vrbes:
De Babilone loquor; vulgus qua ducitur ingens
Armorum renuens; Campſon moderatur & iſtos.
Sub duce Gazello veniunt, qui falce feraci
In campo ſegetes cunctas ſecuere propinquo:
Parte mage & ſupera vſque illò, quò decidit amnis
Natiuum iuxta curſum. Nilotica turba
Cingebat ſolùm gladios, arcuſque gerebat;
Loricæ aut galeæ pondus perferre nequiret.
Eſt habitu locuples: ad prædam prouocat hoſtem,
Nilue metus mortis defert. Nuda, & quaſi inermis
Poſtea Plebs Barcea venit, Dux huius Alarcon:
Deſertis quæ inopem vitam nutriuit in oris
Tempore non modico prædis. Succedit & inde
Agmine cum nocuo minus; at pugnæ ſtatæ inapto
Rex Zoaræ. Deinceps Tripolis ſed doctus vterq;
Pugnando gyrans, ſolerſque. Hos deinde ſecuti
Petrei, atque Arabi felices: frigus & æſtus
Quos nõ multa premunt (verum ſi fama renarret:)
Thus vbi ſudatum, & reliqui naſcuntur odores:
Immortalis vbi Phœnix enaſcitur Ales:
Inter odoriferos flores, quos colligit vnà,
Hæc habet exequias, ortum, cum funere, cunas.
Hi minus exornant ſe habitu; arma ſimillima geſtãt
Niligenis. Arabum en veniunt pòſt turba recentũ,
Haud ſtabilis ſedes iſtis eſt: certa nec vlla
Hoſpitia ædificant, ſecum tentoria ſueſcunt
Ducere

Ducere perpetui Errones, vrbeſque vagantes.
Fœminea his vox, & ſtatura: nigerque capillus
Et longus, facies nigra, cum pulloque colore.
Indica,longaq; arundo breui hos cũ cuſpide ferrea
Armat: equoſque ſuper currentes turbine ferri
Aſſereres: ventis ſi adeò ſit turbo volucris.
Primæ acies ducebantur Ductore Syphace:
Gentis & Aldinus tractabat fræna ſecundæ:
Tertia Gens Albizarro pòſt ducitur; iſte
Non Equitis partes habet, eſt homicida, latroque.
Subſequitur Populus, terras qui liquerat vndis
Cinctas arabicis: grauidas quibus, atque feraces
Margaritis conchas expiſcans ferre ſolebat.
Littore Erithreo poſiti ad ripamque ſiniſtram
Aſſociantur ijs Nigri, primos Agricaltes,
Hos Oſmidda regit, legem qui deſpicit omnem,
Et fidei omne genus. Meroes deinde ſecuti
Æthiopes: Meroes, quam hinc Nilus cõficit Inſlã,
Aſtrabora hinc: cuius luſtrat terna ambitus ingens
Regna, tamen fecit binorum verò capacem.
Horum fræna Canarius, Aſſimiruſque regebat:
Sunt ambo Reges: venerantur & ambo Maconem:
Calliſſo præſtantque tributum; tertius aſt hùc
Non venit, ſanctam ille fidem quòd ritè profeſſus.
Poſtéa cum armatis turmis arcu, atque ſagittis.
Subiecti veniunt Reges bini. Imperat vnus
Armuzæ, ſinus immenſus quam Perſicus ambit,
Nobilis eſt tellus, ac formoſa. Imperat alter
Beucamæ; æquoreique ſinu æſtus conſita magni
Inſula & illa; aſt cùm decreſcit poſtea Pontus,
Vel ſiccis pedibus Peregrinus tranſmeat iſtic.
Nec te Sponſa tua Altomorus dilecta pudico
Iam potuit retinere toro. Plorauit amarè,
Auratos crines laniauit, pectus & icit,
Quò fatali abitu reuocares denique mentem.
Ergone dire tibi pluſquam mea Imago ferebat
Horrida grata maris facies? plus arma lacertis
Pondera grata tuis, paruus quàm dulcibus Infans
Luſibus intentus? Sarmcanti hic regnat in Oris:
Quod

Quod minus ornet eum eſt nulli ſubiecta coronâ:
Sic Martis gnarus, ſic grandē animūq; ſupremis
Viribus adiungit, certè (prænuncio) norit
Gallica Gens etiā; atq;ipſi modò multà timendus.
Ægide conueſtit pectus, lateri aptat & enſem,
Clauam & equo ipſius miles. Succedit ab Indis,
Hoſpitioq; Auroræ Adraſtus: tergore hic Anguis
Veſtitus uiridi, nigris maculiſq; notato
Pro thorace: Gigas elephantis terga fatigat
Sicut equi. Gens cis Gangetem ducitur iſti,
Qui ſe ſe luit in Pelago, quod diuidit Indum.
Agmine, quod ſequitur, lectus ſpectatur ineſſe
Militiæ Regis flos: aduenereque cuncti,
Qui fuerant magno bellorum, & tempore pacis
Auro conducti, digno vel ſemper honore.
Armati veniunt iſti ad tutamen, & hoſtis
Terrorem doctos ſupra, forteſque Caballos:
Purpureæ chlamydis calybum, auri luceq; magna
Effulget Cœlum. Inter & hos eſt acer Alarcus,
Necnō Oddemarus, qui acies diſponit: Hydraortes,
Et Rimedon, magno qui auſu pręclarus habetur,
Contemptorq; virum, mortis contemptor & acris:
Tigranes ibi; Rappoldus pirata Tyrannus
Famoſus maris: Ormundus cognomine fortis:
Marlabuſtus adeſt, qui propter Regna ſubacta
Arabię Arabicus pòſt eſt cognomine dictus:
Eſt Orrindus ibi; eſt Arimon hic: Pirga: Brimartes
Expugnās vrbes: Siſas frenator equorum:
Tuq; etiam Aridamas præceptor clare paleſtrę:
Eſt Tiſafernus item, fulgur qui Martis habetur,
Quē nemo æquiparat vel, equo, certèue pedeſter,
Siue rotet ferrum, longa vel curſitet haſta.
Armenius moderat turmam, qui ætate uirenti
Tranſijt ad Paganùm errores, dogmata verę
Deſtituens fidei: nomen Clementis habebat,
Nunc Emireni: Ægyptiaco gratiſſimus hic eſt
Regi equites inter: dux eſt, ſupremus equeſque
Conſilio, ac animo, inſigni virtuteque dextræ.
Vltrà nullus erat; quando Armida aduenit ecce
Ex

Ex improuiſo, lepidè ſuaq;. agmina luſtrat.
Sublimis ſidens Curru apparebat in alto,
Cyclade ſuccincta, & pharetrā geſtabat, & arcū,
Formoſo noua ſic fuerat vultu ira remixta
Naturę dulci, ſuper addat vt illa vigorem;
Crudaque deterrere minis & acerbula duris,.
Sic verò minitans dulce illectare videtur.
Qui lucem vehit, hic currus non diſtat ab illo
Mirificè rutilans hyacintis, atque pyropis.
Doctus adornatum Vncornes Auriga quaternos
Temonem victos binos, binoſque refrenat:
Innuptæ centum circumtotidemq; Puelli
Obcingunt humeros pharetra prægnante ſagittis:
Terga premūt&equis niueis,ſunt qui Orbibus apti
Mirificèque leues rapido contendere curſu.
Subſequitur manus ipſius: dehinc Aradinus
Cum turma,Syrijs quam Hydraortes legerat Oris.
Vnica ſicut vbi Phœnix reuocata Iuuentam
Æthiopes viſit proprios nitidiſſima plumis,
Verſicolor, capitis natiuo diues & auro,
Miratur Mundus: retrò comitantur euntem
Ad latera & volucrum mirans exercitus alis:
Sic habitu, & geſtu hæc tranſit, ſic miraq; vultu.
Tunc anima haud ſic eſt renuens,inimicaq; amoris,
Quæ non fiat amans. Vix viſa irata, grauiſque
Tot Gentes, nec non varias inducere amorem
Ad proprium valet: ecquid erit cum lætior ore,
Formoſis oculis, pulchro blanditaque riſu?
Hæc vbi luſtrauit; Regum Rex imperat ire
Ad ſe Emirenum: Ductori vult nempe cuiuis
Præſideat plenè,Ductor ſit Maximus: ille
Præſcius ad meritos ſolers accedit honores
Fronte, gradu tali, quæ perdigna eſſe putatur:
In binas Circaſſorum cuſtodia partes
Diditur, ad Soliumque viam dat: ſcandit & ipſe.
Demiſſus caput aſcendit, genibuſque plicatis,
Pectore ſub poſita dextra; & Rex talia dicit:
Accipito ſceptrum hoc: Gentes Emirene tibique
Committo; atq; vices noſtras tu ſuſtine in omnes:
Exime

Exime ſubiectum Regem: ſis vltor & *iræ*
Tu noſtræ in Francos.Pete,conſpice, vinceq; *felix*:
Ne ſine reliquias victi, non funera paſſos
Ducito captiuos tecum: ſic ore Tyrannus:
Atque Eques Imperij ſummi baculum illicò cepit.
Sceptrũ[ait]inuicta dextra o Rex ipſe prehẽdo,
Auſpicibuſque tuis auſus me defero ad altos,
Et virtute tua ſpero me vlciſcier acres
Læſuras *Aſiæ*. Nec ego illinc quippe reuertar,
Ni redeam victor: vitam non dedecus vnquam
Amittam. Cœlum precor, vt ſi damna minetur
(Quæ certè non credo)meũ in caput omnia vertat:
Saluaque ſe referant patrios ad caſtra Penates,
Atque triumphali pompa magis ipſe feratur
Dux, quàm funerea. Siluit: clamorque ſecutus
Cum ſonitu armorum popularis barbarum ad vſum
Vocibus, atq; ſonis, media inſignique caterua
Summus abit Regum, pòſtquã tentoriũ ad ingens
Se tulit, ad menſam Ductores excipit omnes
Regalem lætus, diſcumbit & ille ſeorſim:
Fercula nunc diſpenſat; nunc dat verba benignè:
Neue in honoratam partem vllam præterit idem.
Artibus hicque ſuis, & luſus, gaudia & inter
Inuenit aptum Armida locum. Vt ſublata fuere
Omnia de menſis; cernit, quòd lumina fixa
In ſe cuncta, ſuum virus ſparſumque per omnes
Præſentit mentes: ſurgit, ſe vertit & actu
Elato ad Regem, reuerenteque vocibus ore
Magnanima, atque ferox valde ſtudet illa videri.
O Rex ſummus [ait] ſum ego profundere vitã
Pro Patria,atq;Fide prompta: adſũ fœmina;verùm
Fœmina Regalis, claro de ſanguine nata:
Nec mihi Regina indignum pugnare videtur.
Regna volens regali vtatur qualibet arte:
Ipſimet manui ſceptrum, creduntur & arma.
Et mea callebit (neque torpet)vulnera ferre,
Vulneribuſque datis imbres haurire cruoris.
Neue diẽ hũc primũ,credas, mihi quo alta cupido
Legeque pro noſtra,Imperioque tuo armá ferendi,
Ante

Ante ego ſum multò pugnam pugnare ſueta.
Tu certè meminiſſe potes, ſi vera renarro;
Noſtri operis non ignarus: tibi ritè pateſcit
Iam mihi captiuos plures de heroibus eſſe
Effectos, qui ſigna Crucis ſublimia pandant;
Ad te magnificoque mihi pro munere miſſos:
Hi cuſtodirentur adhuc in carceris imo:
Certior atque fores vincens abſoluere bella,
Ni ferus ille Rinaldus, qui demiſit ad Orcum
Belligeros noſtros, illis daret ire ſolutos.
Quis ſit Rinaldus patet: hìcque attexitur eius
Plurima de rebus ſeries. Hic ille ferox eſt,
A' quo læſa fui grauiter: nullas & ab illo
Deſumpſi pœnas. Magis hoc impellor ad iram;
Prôptaq; ad arma magis reddor. Mea læſio quæ ſit
Iam tibi dicetur multis: hoc ſufficit vnum;
Appeto vindictam. Et curabo: namque ſagittas
Flamina nequicquam cunctas deferre ſueſcunt.
Dextraque iuxtà Poli nonnunquam tela nocentes
Dirigit aduerſus. Si quis tamen amputet acri
Barbarũ, & exoſum caput, atq; mihi offerat illud,
Grata erit hæc vindicta quoque, & ſi gratior eſſet
Per noſtras ſuſcepta manus. Sic chara futura,
Vt conceſſa mihi fuerit, largiſſima merces.
Scilicet vxorem ducet cum dote perampla
Pro merito me, quando petat. Sic firmiter ipſa
Polliceor: ſic integram ſeruare fidemque
Hìc iuro. Si igitur ducat quis digna periclo
Præmia nunc oblata, loquatur & indicet hìc ſe.
 Talia dùm fatur Mulier, conuertit in illam
Lumina Adraſtus: aitq; dehinc: auertat Olympus
Barbarum in interfectorem tu ſpicula iactes:
Cor agreſte tuo indignum eſt tangatur ab ictu
O formoſa ſagittatrix. Sum (crede) Miniſter
Aptus vindictæ ipſe tuæ: donabo caputque
Illius tibi. Ego de pectore corda reuellam:
Vulturibus laceros artus tradam ipſe vorandos.
Talia tunc Indus tumidè dicebat Adraſtus:
 Non tulit at zelans Tiſafernus dicta ſuperba
Tu

Tu quis es (hic dixit) qui oſtentas talia Rege;
Et nobis coram? tua ſic audacia verba
Forſan adeſt factis, qui vincet, & obticet iſte.
Indus atrox reſpondit. Ego ſum parcus in ore
Præ factis. Si alibi, quàm hic, importuna ferebas
Verba hæc, polliceor, te extrema fuiſſe locutum.
Iurgia plura ſequebantur; frænauit at ambos
Extendens dextram ſummus Rex. Poſtea dixit
Armidæ. Ingenua o Mulier, tu corque virile,
Magnanimumque tenes: Certè dignaris, vterque
Cui proprias donent iras: quò ſpontè tuapte
Fortem in eum prædatorem tu poſſis adire.
Tractabunt illic meliùs, tua magnaque virtus
Oſtendi poterit, clarèque pateſcere ab vſu.
Dixerat: atque illi certatim denuo velle
Eius pro offenſis pœnas ſe poſcere ſpondent.
Neue duo tantùm; ſe offert quiſq; inclitus armis;
Iurarunt caput vlciſci execrabile cuncti:
Arma tot in Bellatorem, ſibi qui extitit olim
Carus, ita iſta mouet, tantaſque exſuſcitat iras.
Interea felix, poſtquàm ipſe reliquit arenam,
Maturabat iter magnum, atque vias per eaſdem
Regreditur puppis vento perflante ſecundo.
Hùcq; Poli Iuuenis ſpectat, nunc ſpectat & Arcton,
Fulgida nunc Aſtra, vmbroſæ quæ ſemita noctis;
Nunc fluuios, monteſque ſupra qui cerula frontes
Tollunt Caſtrorumque ſtatum nunc Gentis & vſus
Diuerſæ nouit rogitans. Salſaſque per vndas
Sic currunt, vt eis niteat Sol quartus ab Ortu.
Iamque dies quando ſeceſſit littora tangit
Nauis. Ait mulier tunc Iudææ adſumus Oris:
Hìc & iter finem tenet. Hìc in littore ponit
Tres Equites, dicto & citiùs diſparuit illa.
Interea nox ſurgebat, variæque figuræ
Aſpectu rerum confūdebantur in vno,
His nec arenoſis deſertis mœnia ſiue,
Siue domos cernunt: nuſquam veſtigia parent
Siue Viri, vel equi ipſis demonſtrantia callem.
Poſteaquam fuerunt ſuſpenſi mente parumper,
Corri-

Corripuere vias, & Ponto terga dedere:
Eminus en ipſis ſe offert quid neſcio fulgens,
Quod radijs ac argento, fulgoreque & auro
Illuſtrat noctem, raras mage reddit & vmbras.
Illi tunc adeunt conuerſi lumen ad illud:
Iamque oculis ſpectant, quid tam reſplendeat illic:
Craſſo appenſa vident trunco arma recentia Lunæ
Aduerſus radios ocreis, in caſſide & aurea
Effulgere magis gemmas, quàm ſidera Cœlo:
Lucem ad eam pulchras diſcernunt inde figuras
Ingenti in clypeo celatas ordine longo.
Vir ſedet hic iuxta vt Cuſtos ætate ſenili,
Quos vbi proſpectat, non illos tardat adire.
Belligeris vultus ſapientis ritè duobus
Noſcitur antiqui venerabilis. Ille ſalutem
Cepit vbi lætam, nec non humaniter ipſos
Excepit. Iuuenem tacitum, à quo lumine fixo
Aſpiciebatur, ſermonem vertit & ora.
Te moror hic Princeps tali[inquit]tẽpore ſolus.
Iunctus amicitia tibi ſum: quantùmque laborem
Pro te, nunc ſcitator ab his, qui faſcina per me
Vicerunt, vbi iam miſerabilis ipſe trahebas
Vitam. Dicta modò auſcultes contraria voci
Syrenum mea: neue tibi ſint (quæſo] moleſta;
Corde ſed aſſerues: melior dum lingua recludat,
Sancta magiſque tibi verũ. Non quippe ſub umbra
Mollibus in villis Nymphas, Syrenes & inter,
Flores, ac Fontes, celſi ſed vertice Montis.
Atque laborioſi virtutis noſtra repoſta
Sunt bona. Qui minimè ſudat, minimèque gelaſcit,
Tramite ſeque voluptatum non abdicat, illuc
Scandere ne credat. Nunc longè culmine ab alto
Degere ceu valles inter vis cœlicus Ales?
Os natura dedit ſublime, quòd Aſtra videres,
Et tibi ſublimes animos dedit, inclita quòd te
Geſta vehant celebrem ſumma ad faſtigia honoris:
Indomitas, promptaſque tibi non præſtitit iras,
Ciuis in aggreſſum quo vtaris; ſintque miniſtræ
Optati effrenis recta ratione remoti;

Sed tua quòd virtus cum ipſis irrumpat in hoſtes
Acrior externos : vi ſitque repreſſa cupido
Maiori multò, quæ eſt impius intimus hoſtis.
Dux igitur ſapiens conceſſo vtatur in vſu,
Et regat; arbitrioque ſuo ardentes, tepidaſque
Reddat: nunc celeret rectè, & nunc tempore laxet.
Talia dicebat: taciturſque attentus & alter
Pectore dicta ſua aſſeruabat: lumina humique.
Manſuetus, magnoque pudore affixa tenebat.
Ritè Magus Senior cordis ſua condita vidit,
Et ſubiunxit ei. Modò frontem attollito Gnate:
Lumina in hunc clypeum vertas, ibi geſta tuorum
Maiorum aſpicies. Clarè ſpectabis Auorum
Vndique vulgatas laudes: tu ponè manebis
Lentus adhuc curſor clari certamine in iſto
Nominis? eia, eia moueat te maxima virtus
Nunc tua: te ſtimulent, illic quas pingo figuras.
Lumina fixit eò Miles, dum hæc protulit ille.
Subtili in campo anguſto Faber arte peritus
Innumeras ſculpſit formas. Ibi ſanguinis Acci
Incliti, & auguſti ſeriem non tempore ruptam;
Atque ſuos riuos Romano è fonte vetuſto
Cernere erat ſemper puro, integroque venire.
Sunt ibi Dynaſtæ redimiti tempora lauro:
Bella ſenex illorum, nec non monſtrat honores.
Monſtrat ei Caium, cùm Genus barbaræ iniquæ
Iam præda Imperium preſſum antè euadit opima;
Spontalis Populi tunc promptum fræna tenere,
Et primũ ante omnes Comitem ſe reddere Ateſtes:
Confugere auxilio & celeres oſtendit ad illum
Finitimos validos minus, & Rectoris egentes.
Poſtea cùm Italiam ſtimulis aduenit Honori
Gottus atrox. Et ſuccendi quàndo igne videtur
Barbarico tota Heſperia: & cum Roma paueſcit
Funditus euerti captiua; oſtendit in omni
Gente ſua, quòd libertatem Aurelius acer
Conſeruat Regemque Foreſtus pugnat in Hunnum.
Attila trux rectè proprio dignoſcitur ore,
Luminibus qui præſefert ſpectare draconis:
Aſſi-

Aſſimilatque canem facie: miraris & illum,
Ringere tu dices, credisque audire latratus.
Poſtea ſinglari cùm acrem certamine vicit,
Belligeros inter reliquos ſe ferre tueris:
Tutamenque Aquileiæ ſuſcepiſſe Foreſtum
Hectora Romanum. Sua ſed crudelia fata
Sunt alibi: fatumque ſuum ſunt patria fata.
En magni Proles Acarinus clara Parentis,
Italico decori ſuccedens Inclitus Heros.
Altinus fatis, non iam credebat at Hunnis:
Poſtea ſecuras mage confugiebat ad Oras:
Valle Padi ex caſulis vnam tum mille legebat
Ruribus in ſparſis Vrbem. Munibat & ipſam
Immanem contra fluuium, qui largiter vndat,
Magnanimùmque hinc Eſtenſium per ſecla futura
Surgeret Vrbs, quæ debebat poſt Regia haberi.
Fundit Alanorum Gentes: at fortis iniquæ
Contra Odoacrum ictus ſæuos perferre videtur.
Regno proque mori Italico, proh nobile lethum!
Quod patrij verum conſortem reddit honoris.
Aphriſius ſterni ſecum, oraque exul abire
Cum Fratre à propria cognoſcitur Accius acer:
Conſilio, ac armis regredi tùm, quando Tyrannus
Erulus occubuit. Transfixus lumine dextro
Hos iuxta ſequitur pennata deinde ſagitta
Ille Epaminondas Eſtenſis: obire videtur
Et lætè, Totila deuicto, ac ægide ſaluo.
De Boni ego facio memini: & veſtigia Patris
Molis adhuc calcabat Valerianus in annis:
Pectore iamq; manu fortè Gothùm agmina centũ
Stare in eũ haud poterant. Nec longe acerimus ore
Illiricos contra Erneſtus miranda patrabat.
Monſelice Inſubrum Regem pellebat at ante
Illum Aldoardus caſu imperterritus omni.
Hìc Henricus erat, tum Berengarrius acer,
Carolo & à Magno quòcunque Auguſta feruntur
Vexilla, hic primus Miles, vel ductor adeſſe
Cernitur inſignis cœpti. Sequitur Ludouicus;
Quì regit Auſonios, in mittitur iſte Nepotem,

In pugna ſuperat, captiuum reddit & ipſum
Cernitur hic Ottho quinis cum poſtea Natis.
Almericus erat: Dominę Vrbis Marchio factus
Eridani, Cœlum ſpectat meditantis ad inſtar,
Sancta pius fundare ſolens, excelſaque Templa.
Poſtea pictus erat contrà Accius ille Secundus,
Sæua Berengarium aduerſus qui bella gerebat:
Et variam pòſt fortunam ſuperabat in armis,
Heſperiæ magnæ clarum regimenque tenebat.
Albertum aſpicito Natum Germaniæ ad Orbem
Tendentem, atque illic adeo inclita facta patrantē,
Vt Danos contra haſtæ in ludo; Marteque victor,
Poſtea dote Gener larga redimatur Othone.
A' tergo Vgonem aſpicito, qui frangere vires
Romulidis valuit: dicetur Marchioque iſte
Italiæ, & Tirrhenas ſub ditione tenebit
Oras. Pòſt Thebaldus erat: Bonfaccius atque
Inde Beatricem propè. Deerat maſcula Proles
Succedens tanto Patri. Matilda deinde
Subſequitur, numero & ſexui quod deerat adiplet:
Nam ſapiens, fortiſque poteſt præcedere ſceptris,
Fœmina Maſculeos animos, os nobile monſtrat;
Maſculeas pluſquam demonſtrant lumina vires.
Vidiſſes Normannorum illic fundere Gentes,
Guiſcardum, inuictum & pedibus celerare fugatū:
Profligabat ibi Henricum de nomine Quartum:
Cæſareum huic raptum Signū appendebat & Ædi,
Hicque reponebat Petri tum ſede ſuprema
Pontificem ſummum. Venerantis, amantis & inſtar
Accius eſt Quintus iuxta illam, nuncque ſecundat:
Ait Acci Quarti varios fecunda propago
Spargebat ramos. Quò optat Germanicus Orbis,
Guelfus adit, Soboles Chunigundæ; ſorteq; dextra
Romanum germen transfertur in arua Bauorum.
Illic Eſtenſi ex ramo inſeruiſſe videtur
Guelfonis truncum, qui monſtrat ferre ſenectam.
Inſpiceres Guelfis ſceptra, & renouare coronas
Quàm lætè, auſpicibuſque Aſtris aſcendere ſēper.
Sidera iam tangit, medium iamque occupat Orbē
Ger-

Germanum ingentem, totū quin prorſus adūbrat ;
Italicis verò ramis ſpecioſa vigebat
Regia non minus hæc arbos ; Bertoldus ad auras
Guelfi è conſpectu prodibat ibi: Accius atque
Hic Sextus renouat priſcorum nomina Auorum.
Hæc eſt heroum ſeries, quę viua metallo
Creditur: hæc ſpectat, natiuis deque fauillis
Suſcitat innumeros animos Rinaldus honoris.
Succenditque animum ſic comotum æmula virtus ;
Sicque alta rapitur cura, vt quod mente ſua iam eſt,
Scilicet Vrbs quaſſa, expugnataque, &agmina cæſa,
Ipſe putet tanquam verum id, præſenſque videre.
Propterea arma capit celer, & ſpe pręuenit ipſam
Palmam. Sed Carolus, Regis qui funus acerbum
Danorum hæredis iam iam narrauerat illi
Tradidit addictum gladium; tunc vocibus iſtis :
Hunc capias enſem, & tibi ſors fæliciter adſit:
Proque fide Chriſti vera pius vtere tantùm,
Et iuſtus, fortiſque ſimul. Tu vlciſcere primi
Ipſe vicem Domini, à quo eſt tam feruēter amatus;
Idque tuum eſt: Bellatori tunc reddidit ille.
Denique dent Superi, dextram, quæ ſuſpicit enſem,
Poſſe ſui Domini vlciſci laudabile lethum;
Debita quò ſoluam. Læto ſed Carolus ore
Mox grates breuibus multas conuerſus ad illum
Complexus. Verùm ſe ſe Magus obtulit illis
Nobilis & ſapiens, nocturnum & carpere callem
Inſtabat. Rapidè (dicebat) tempus eundi eſt,
Præſtolatur vbi Gofredus, cunctaque caſtra:
Tu certè opportunus adis. Nunc pergite mecum:
Aëra per cæcum vos ad tentoria ducam
Chriſtigenū. Aſcēdit poſt curſum, ac excipit illos:
Frænaq; equis laxans ferula hos diuerberat. Oras
Tendit ad èoas. Taciti ibant nocte ſilenti
Et cæca, Iuueni quando confectus ab annis
Ipſe tuæ ſtirpis præclaræ germina, & altam
Antiquam tuitus radicem lumine [dixit.]
Et licet heroum felix, fœcunda parenſque
A' prima ætate extiterit; non eſt, neque fiet

Effœta: ob ſenium virtus non deficit illi.
O vtinam veluti obſcuro de ventre Parentes
Antiquæ potui ætatis iam educere primos;
Sic etiam ipſe tuos per ſecla futura Nepotes
Pandere perſpicuè, terris & reddere notos
Antè, Poli lucem pulchram per lumina ſpectent:
Non minus heroum, aut clarorum cernere longam
Geſtorum ſeriem poſſes; non tangit at intus
Per ſe ipſam verum profeſſio noſtra futurum;
Eſt nimis occultum: niſi ſub caligine cæca
Sub dubio vt procul incertum per nubila lumen.
Sique tibi quidquam pertento dicere certi,
Hoc nec ego ſum audax; quodam, velamine nullo
Qui Cœli interdum retegit ſecreta, recepi.
Ergo quod afflatu diuino nouerit ille,
Et mihi recluſit, cano. Nunquam Græca, Latina,
Barbara Progenies fuit iſto, ſiue vetuſto
Tempore tot plena Heroum, quot Sidera amica
Corpora conſtituunt terris tibi clara Nepotum:
Æquabunt illum cunctis qui nomine habetur
Clarior & ſpartæ, & Tyri, Mauortis & Vrbis.
Præ reliquis autem Alphonſum mihi ſeligo (dixit)
Virtute hunc primum, claris tituliſque ſecundum:
Quando erit infectus vitijs, quandoque vetuſtus,
Clarorum orbis inops hominum, prodibit in auras.
Talis erit, quo non quiſquam hoc extabit in Orbe,
Qui meliùs tractet gladium, qui ſceptra regatque,
Armaque ſuſtineat meliùs, meliùſque coronam:
Sanguinis ipſe tui fuerit laus, gloria ſumma.
Certa feri varia, & diuerſa in imagine belli
Signa dabit celſæ virtutis mollis in æuo.
Terror erit nemorum, errantũ terrorque ferarũ:
Defert atque in luſu haſtarum nomina prima.
Ex veris palmas pugnis, prædas & opimas
Tum referet victor: fiet ſua tempora ſæpe
Nunc lauro, nunc quercu, nunc & gramine cingat.
Ætatis nec erit maturæ gloria diſpar,
Scilicet haud rarò lætas componere paces:
In medijs armis & iuxta regna Potentum

Subie-

Subiectas Vrbes ſemper ſeruare quietas:
Enutrire artes, fœcundas reddere mentes,
Illuſtres ludos, lætas celebrareque pompas:
Lance librare pari pœnas, & præmia ſemper,
Proſpicere à longe, & prudens extrema videre.
Si Turcas contra qui terras, arua mariſque
Vexabunt, Populis miſerando tempore & illo
Tam claris ſtatuent leges, & fœdera pacis,
Agmine cum valido ſupremus ductor adiret
Diruta templa vltum, & violata altaria ab ipſis
Quam iuſtam, atq; graue vindictã à Thrace Tyraño
Sumeret à Secta pariter Mahometis iniqua?
Agminibus mille æratis obſiſteret illi
Scytha ferus iunctim nequicquã, Maurus & atrox,
Euphratis fines vltra, Taurique niuoſi
Trans iuga, Regnaq; vbi non vnquam deficit æſtas,
Ferre Crucem, niueam Volucrẽ, aurea Lilia poſſet:
Proque viri Æthiopis ſacro Baptiſmate ſancto
Immodici Hili celatos prodere fontes.
Sic Senior. Iuuenis læte dicta aure bibebat:
Nempe voluptatem ſentibat Prole futura
In corde. Interea ſurgebat nuncia Phœbi,
Aurora; atq; Polus vultum mutabat in Ortu,
Eminus & poterant ſupra tentoria Signa
Cernere quàm tremula. Incepit tunc denuo Canus:
Aſpicitis ſolem, veſtro qui ſplendet in Ore?
Et radijs æquor, montes, tentoria, & Vrbem
Detegit: vſq; huc ſecuros obſtaculo ab omni,
Offenſaq; ſimul vos per non nota viarum
Perduxi: nullo ſocio nunc ire poteſtis
Abſq; duce, & mihi non vltra procedere fas eſt.
Sic ſe dimiſit: redijt, liquitque pedeſtres
Hic equites: ipſique orientis ad arua diei
Perrexere viam, petiere ſuetaque caſtra:
Detulit at circum de ternis fama Dynaſtis
Aduentum: ſurgens Solio ipſos ante cucurrit,
Quò pius exciperet caros Gofredus Amicos.

Liber Decimus Octauus.
ARGVMENTVM.

ANtè ſuas plorat culpas: & poſtea ſyluæ
Suſcipit auſũ ingens, fortis vincitq; Rinaldus:
Nuncius auditus de Ægypti eſt agmine certus
Aduentante ſagax ideo Vafrinus, & audax
Explorare petit. Dirus conflictus initur
Circa Vrbẽ Solymæ; at Genti datur Æthere Chriſti
Auxilium tale, illius vt ſit denique præda.

VEnit vbi optatus coram Bulione Rinaldus,
Qui pius, & lenis ſurrexit, vt obuiet ipſi,
Incipit. O Princeps zelo compulſus honoris
Contra Equitem vita caſſum arma vltricia cepi:
Sique ego te læſi, pòſt ſenſi in corde dolorem.
Per tua nunc iuſſa aduenio: ſum promptus & vnà
Soluere quam pœnam depoſces, dummodò gratus
Reddar vt antè tibi. Subitò complectitur illum,
Quem ſibi ſubiectum ſpectat Gofredus; & inquit.
De facto penitus triſtis ne mentio fiat:
Perpetua & ſint exactis obliuia rebus.
Pro mendaque volam tantùm, tu inſignia geſta
Perficias, ſolito quæ iam de more patrares:
Hoſtis & in damnum, noſtrorum proque ſalute,
Vincere magna tibi ſyluæ nunc Mõſtra neceſſe eſt:
Antiquum nemus, ex quo ligna reciſa fuere
Molibus apta meis (quicquid ſit cauſa malorum)
Carminis eſt modò facta domus ſecreta, metuſque:
Nec valet ex illo quiſquam vltrà cædere lignum:
Nec ſine tormentis quaſſari his mœnia par eſt
Vrbis: nunc ſi alij trepident, tua ſumma probetur
Hic virtus. Ita ait: breui Eques ſermone periclo,
Atque operi ſe offert: generoſo at noſcitur actu
Multa peracturum, quamquam nõ multa loquatur.
Tum dextrã, & vultũ in reliquos cõuertit amicos

Officij cauſa . Hîc Guelfus , Tancredus, & omnes
Caſtrorum adfuerant Proceres. Cùm ſæpius autem
Præſtiterit Ducibus cum illis ſignacula amoris ;
Pòſt comis gentem populariter ipſe minorem
Excepit . Mox militiæ neque lætior eſſet ;
Denſior aut turba hunc circum ; ſi Victor eòç,
Auſtraliſque plagæ aurato curru , atq; triumphans
Pergeret. Hoſpitium proprium ſic tendit ad vſque;
Et caros iuxta comites hìc ſidit in orbem :
Multaque eis reddit , de bello multa rogatque,
Multaque de nemoris cantu . Sed quando receſſit
Hinc omnis Populus , tunc ſanctus Cultor eremi .
Magna quidem, atq; diu Princeps mirabilis Erro
Vitaſti (dixit) debes o quanta regenti
Ætheris,atque ſoli . Cantato limine ſoluit :
Nunc Agnum errantem proprium te adducit ouile;
Atque ſuæ mentis Gofredi voce , ſecundus
Eligeris Factor . Sed adhuc es multà prophanus;
Ipſius officijs dextram te armare nefas eſt .
Es mundana adeo caligine , carneque ſparſus;
Nilus vt , aut Ganges,ſimul Oceanuſq; profundus ,
Candidum,& exterſum poſſent te reddere nunquã.
Gratia cœleſtis maculas tot demere ſolùm
Eſt potis ; ad Cœlum ergo te conuerte , petaſque
Tu reuerens veniam , tacitas & pandito culpas ,
Fundito nunc lacrymas,itereſq; ex corde precatus,
Sic illi : indomitas iras , cæcos & amores
Antè dolens fleuit : flexo dein poplite culpas
Illius ad plantas iuueniles prodidit omnes .
Aſt vbi conceſſit veniam cœli ille Miniſter,
Scandito tu montem oratum, qui vergit ad ortum,
Luce noua , dixit . Greſſus hinc vertito ſyluam
Verſus , vbi laruæ falſæ ſunt , atque doloſæ .
Tu vinces (certè teneo) Monſtra,atque Gygantes,
Dummodò non alio veſano errore moreris .
Vox aliqua aut dulcis lugens , prædulcèue cãtans ,
Suauiter aut ridens ſpecies, aut lumine ſpectans
Blanditijs teneris ah ne tua pectora flectat:
Sed fictos vultus , preculas & temnito fictas .

Sic monet: & ſperans, & auens ſe præparat Heros
Altũ ad opus. Ducitq; diẽ curis, traducit & vmbras
Quàm mæſtus noctis: lumenq; nouũ antè pateſcat
Auroræ, pulchra arma capit; clamidemq; recentẽ
Tincturæ inſolitæ: & ſic ſolùs, ſic tacituſque,
Atque pedes linquit ſocios, & caſtra relinquit.
Tempus erat, quo nox penitus non Ætheris amplũ
Cedebat luci ſpatium; ſed ſidera quædam
Spectabantur adhuc, Oriens paulùmque rubebat;
Quandò pedes flexit ſublato lumine ad alta
Montis Oliuarum nocturnas, atque diurnas
Contemplans ſpecies diuinas, atque manentes;
Voluebat ſecum. Æthereũ o quot lumina Templũ
Pulchra tenet, Proprio ornatur curru, atq; nitenti
Lucifer: & nox aurata explicat Aſtra: Diana
Argentũ; neue vllus adeſt, qui hanc ſpectet, & illa:
Nos miſeri obſcuram lucem miramur & atram:
Quamque oculi obtutus, quàm riſus fulgor & vnus
Limite in anguſto fragilis vix indicat oris.
Ardua ſic meditans aſcendit culmina Montis:
Cernuus hìc, reuerens mentẽ ſuper Ætheris Artem
Suſtulit, ad Soliſque Ortum pòſt lumina fixit.
O Pater, o Domine, ah pietatis luce benigne
Vitam quæſo meam, errores nunc reſpice primos;
Gratia me ſuper adueniat tua, fiat vt albus,
Et renouetur homo antiquus. Sic ille rogabat:
Lutea ſurgebat iam contrà aurora rubeſcens:
Caſſida quæ cũ ocreis circùm iuga Montis inaurat
Illuſtrans radijs: in pectore, fronteque flantem
Auram ſentibat placidam, quæ roris ab aluo
Auroræ in caput ipſius demitteret imbrem;
Roſcida gutta cadit (reffert cinerem iſta colore)
Veſtimenta ſupra, & ſpargit ſic, decoret omnem
Pallorem, & nitidum candorem inducat in ipſa.
Sic matutino areſcentes frigore flores
Priſtina adornantur ſpecie: perlætior Anguis
Sicque repubeſcit, primo ſe veſtit & auro.
Immutati habitus candorem ſuſpicit ipſe.
Ad nemus antiquum hìnc fidens veſtigia vertit:

Illuc

Illuc venit, vbi terret tantummodò viſus,
Atque minus fortes retinet; non attamen ipſi
Ingratum, horrificumque eſt, ſed lætanter opacum
Id nemus. Vlterius procedit, & accipit aure
Interea ſonitum, qui dulcè effunditur illic,
Ploratum riui raucum deinde per aures,
Et gemitus auræ medijs in frondibus haurit;
Muſici & exaudit Cicni tum flebile carmen,
Plorantem Philomelam, quę reſpondet & illi:
Organa cum cytharis, humanę & carmina vocis.
Et tot, ſic varioſque ſonos ſonus exprimit vnus.
Terroris magnum, reliquis velut accidit alti
Expectabat Eques tonitru. Sed poſtea dulcem
Ninpharũ, Syrenũ, & Aquæ, Venti, atq; Volucrum
Concentum aure bibit. Mirans hoc ille reſiſtit,
Poſtea progreditur ſuſpenſus, lentus: & Amnis
Tranſlucens, placidus tantùm ſe opponit eunti.
Ridet, olet duplex ornatus flore fragranti
Conſpicui margo fluuij ſua cornua circùm
Tendit ita, vt proprium gyrum intra ſylua locetur;
Attamen haud penitus dulcem facit ille coronam;
Namq; canale ſuũ ingreditur, quod ſcindit eũdem.
Amnis aquam ſyluæ, ſylua vmbram porrigit amni.
Quà vadet, inſpectat dum Heros; mirabilis ecce
Pons ibi comparet: pons & ditiſſimus auro,
Arcubus in ſolidis præbet qui lata viarum.
Tranſmeat auratum pontem: & mox decidit idem,
Oppoſitam quando ad ripam ſe detulit Heros:
Iſteque deorſum ſubito defertur ab vnda:
Vnda, ex conſpicuo riuo quæ euaſit in Amnem.
Reſpicit & mirè dilatatum, atque ſoluta
Ceu niue prætumidum, cernit, qui voluitur in ſe
Verticibus multis rapidus. Sed cura nouorum
In plantas veteres, ac denſas lumina ducit;
Re capiturque noua ſeceſſu ſemper in illo.
Ille vbi deponit plantas, ibi lilia florent,
Hicque roſæ fluit hic riuus, fons hicque ſcaturit;
Deſuper, atque illum circa iuueneſcere frondes
Annoſi nemoris ſpectabat. Mollior inde

Fit cortex, multòque mage omnis planta vireſcit:
Aèrium nectar frondes madefecèrat omnes,
Dulcia & è quouis manabant cortice mella.
Rurſus & inſolitus concentus, & ille ſuauis
Aure bibebatur cantus, triſtiſque querelæ.
At Chorus humanus, qui reſpondebat Olori,
Auræ, & aquis voce in media qua parte latèſcat;
Neſcius eſt. Et ſic vlla ratione nequibat
Cernere, quì humanos àccentus ore referrent,
Quoque loco inſtrumenta forent ea muſica noſſe
Aſpicit; aſt oblata oculis mens falſa putabat:
Seorſum videt ingentem Myrtum, illicò greſſus
Vertit, vbi in platea ſpatioſa ſemita finit.
Immodicos Myrtus ramos palma, atque cupreſſo
De magis elatos extendit: frondibus atq;
Exſuperat plantas omnes: ſic eſſe videtur
Regia ibi nemoris. Bellator lumina figit
In magna ſiſtens platea ad ſupremà nouorum.
Cernitur ecce ferax quercus, quę panditur ex ſe,
Ventre cauoque emittit Nymphæ corpus adultæ:
Hæc erat aſſuetum præter veſtitaque morem.
Poſtea centum alias videt (o mirabile!) plantas
E grauido gremio totidem progignere Nymphas,
Quales Scena refert, pictas aliquando videmus
Nos Dryades habitu ſuccintas, brachia nudas,
Crinibus & ſparſis, pulchris & crura cothurnis
Indutas: rigidò & ſylueſtri cortice natà
Haud aliter cernebatur conficta propago.
Hæ verò Nymphæ getico pro arcu, atq; pharetra
Barbiton in manibus, cytharaſue, fideſue tenebant,
Atque ſtatim cœperunt indulgere choreis:
Seque met ex ipſis hilarem texere coronam:
Ipſum cinxeruntque equitem, veluti aſſolet intra
Includi punctus cyclum, cinxereque plantam:
Verbaque in illarum capiebat talia cantu.
O Amor, o pulchræ noſtræ ſpes ſumma Puellæ
Expectate venis! per te ardens ſaucia amore
Optatam poterit ſubitò reuocare ſalutem.
Iſtud, quod fuerat nemus antè nigrore repletum

Apposi-

Appoſitum triſti vitæ; modò plaudere cernis
Ipſe tuo aduentu, formas valdeque venuſtas
Induere. Hic & cantus erat, ſonus indeque Myrto
Exibat dulcis, ſe ſe ſindebat & illa.
Dum ſe Silenus pandebat ruſticus, ætas
Priſca tuebatur mira; illa ex ventre recluſo
Res mage formoſas, & raras edidit arbor;
Scilicet oſtendit formæ ficto ore Puellam
Angelicæ ſimilem. Hanc aſpectat ritè Rinaldus,
Oſque ſibi Armidæ, vultus dulciſque videtur.
Hanc ſimul inſpectat lætam; pariterq; dolentē;
Affectus mille intuitu miſcentur in vno.
Poſtea ſic loquitur. Te te ipſum denique miror:
A' qua iam greſſus torſiſti, denique ad illam
Regrederis. Quorſum? vt viduas ſolereq; noctes,
Prætriſteſque dies noſtros? an bella mouere
Aduenis, & me propulſare? quòd ipſe recondis
Os mihi formoſum, nudata oſtendis & arma?
Hoſtis vt aduētas, an Amans? hoſti pons fulgidus
Nō mihi cōſtructus: nō fons, nō agmina florū (auro
Monſtrabantur ei, ſentes, neque claudere quicquid
Poſſet iter, remouebatur. Nunc caſſida tolle
Iſtam: frontem, oculoſq; aperi, ſi accedis amicus:
Iunge labris labium, cum pectore iungito pectus;
Dextram ſiue meam ſaltem tu prendito dextra.
Voce ſequebatur: pietate & lumina voluens
Pallida fiebat vultu ſuſpiria, ſuaues
Singultus, pulchros fletus falſare ſtudebat:
Incauta hoc pietas pœnis, angoribus illis
Certe equidem emollire adamātina corda valebat.
Aſt Eques apprimè cautus, non pectore durus,
Non vltra miratur eam, non verbaque curat,
Nudatum ſtringit gladium. Petit oppidò Myrtum:
Carum tunc truncum amplexa interponitur, atque
Clamitat. Ah mihi tam gratam ne cedito plantam.
Pone ferus ferrum; miſerę vel condito venis,
Tu prius Armidæ. Hoc per pectus, corque ꝑ iſtud
Enſis adire poteſt noſtram tantummodò Myrtum.
Eleuat is ferrum, curat neque verba precantis:

At ſubitò mutatur ea : [o portenta nouella !]
Somnia vt oſtendunt varias nocturna figuras :
Membra ita craſſeſcunt ; toto mutatur in ore ;
Factum os obſcurum , defecit purpura , eburque :
Creuit in immodicā molem,& centū aucta lacertis
Armatis facta eſt Briareus . Stringit & enſes
Centenos , clypeis totidem ſonat , atque minatur:
Nympha quoq; horrendis veſtit ſe quælibet armis.
Ipſa fit horrificus cyclops , neue ille paueſcit;
Arborem at in tectam diros conduplicat ictus ,
Quæ veluti exornata anima gemit ictibus aſpris.
Aëreicampi certè ſtygia arua videntur :
Sic in eis apparent tot noua , tantaque monſtra .
Fulminat,atque tonat cœlum, telluſq; tremeſcit:
Adueniunt venti , atque procellæ ad prælia diræ ,
Aſperam & illi hyemem perflant cōtra ora repētè,
Non heros tamen vllum ictum demittit inanem :
Nec tanta ſiſtit rabie . Nux cæditur illi :
Et nux , & myrtus viſa eſt . Hic carmina ceſſant,
Euanent laruæ ; iucundus redditur Æther ,
Aër fit placidus , remanet natiuus & horror
Dumtaxat ſyluæ . Si quid verò amplius obſtet ,
Ne nemus accidi poſſit , per denuo tentat
Victor Eques . Tum ſubridens , o vanida , dixit ,
Spectra! Equidē demens eſt,ob vos qui abſtinet vl- (tra,
Hinc rapidè flectit plātas tētoria verſus ;
Cultor & interea deſerti voce peralta
Clamabat Petrus . Iam iam fera faſcina ſyluæ
Sunt victa ; en remeat Bellator victor ab illa .
Illum proſpicito : & venerabilis ore , grauiſque,
Eminus in niuea apparebat veſte decorus : .
Lumine & inſolito fulgere argentea ſole
Pluma Aquilæ ipſius multò . Clamore virorum
Accipit ex lætis caſtris altam ille ſalutem :
Excipit inde virum læto Gofredus honore :
Ipſi qui inuideat nemo eſt ; pòſt talia . Ductor
Ad nemus ipſe tuo imperio veſtigia verti ,
Et vidi : vidi , nec non fera carmina vici .
Nunc illuc gentes adeant ; iam ſemita tuta eſt .
Itur

Itur ad antiquam ſyluam; illinc ligna ſecantur
Apta operi noſtro, quę hominis mens optima legit.
Obſcuruſque faber quamquam callere videtur
Artem quàm leuiter primas componere moles;
Clarus at eſt Opifex, trabibus qui vincula iungit;
Dux Ligur eſt Gulielmus, Pontum qui ante ſecabat
Claſſe ſua Dominus. Tethidis tum cedere regna
Eſt lignis actus Saracenùm. E nauibus arma,
Et nautas, modò caſtra adducit. Præſtat hic omnes
Ingenio: arte manus ipſum non vllus adæquat.
Centenoſque labore Fabros tenet iſte minores.
Arieta, baliſtas, catapultas fingere cœpit;
Mœnibus vt tollat defenſam, atque illa refringat.
Aſt opus abſoluit maius: pino, abiete textam
Intus compoſuit Turrim; extra pelle volutam,
Quò tegat a nimbo ſaxorum, & grandine telùm.
Soluitur hæc moles, nec non componitur vnà
Iunctura tenui: & trabs, quæ caput arietis inſtar
Quàm benè præſefert, dum erũpit, partibus imis
Arietat. A' medio pontem iaculatur & illa,
Et ſuper oppoſitos muros perſæpe reponit.
Atque minor Turris per culmen prodit ab ipſa,
Quæ manibus ſurſum mirè recreſcit adacta.
Supra extructa rotas centum currens, agiliſque
Perfacilem ire viam valet armis, genteque fœta,
Et facilè. Ignotas artes, celereſque miniſtros
Inſpectant acies. Duplex eſt textaque Turris
Prorſùs ad exemplar primæ quoq; tẽpore eodem.
Hoſtibus interea nec erant opera abdita planè;
Namque locis magè vicinis in mœnibus altis
Excubiæ explorant: vectari & lumine ad hoſtem
Ornorũ, & pinùm cumulos per plauſtra videbant:
Cernebant moles; formam ſed noſſe nequibant.
Ædificant ipſi quoque moles, arteque multa,
Præſidijſque nouis turres, & mœnia firmant:
Et qua parte minus ſunt apta obſiſtere pugnæ,
Suſtulerunt adeò, vt credant, quòd martia nunquã
Expugnare queat virtus. His inſuper addit
Inſolitos ignes, raroſque Iſmenus abundè.

Sulphura commiſcet prauus Magnus,atq; bitumen,
Ille lacu Sodomæ quæ iam collegerat atro :
Tartara (credo)adijt: magno & de flumine,de quo
Dicitur hæc nouies vndis incingere , ſumpſit ;
Sic facit , vt reddat fumum ille , & puteat ignis ;
Et vultum aſſiliat flammis . Vlciſcier igne
Hoc nemoris cæſi offenſam ſibi ſuadet amati . (trã
Dum manibus aggreſsũ parat, Vrbs tutamina cõ-
Taliter ; en viſa eſt tranſire Columba per Æthram
Gallica caſtra ſuper : celeres quę concutit alas,
Et tenſis pennis liquidum illud radit inane .
Nubibus & celſis iam ales deſcendit ad Vrbis
Nuncius externus muros . Cum neſcio & vnde
Egreditur Falco , roſtroque armatus adunco ,
Vngueq; prægrandi , qui turmas, mœnia & inter
Se ſe opponit ei : Pugnam declinat at hoſtis ;
Ille ſed ex alto volitans tentorium ad uſque
Inſequitur maius : jam , iam tetigiſſe videtur,
Et tenerum ſupra caput vnum detinet vnguem ;
Aſt rapidè in gremium Gofredi confugit illa .
Gofredo excipitur , duro & ſeruatur ab hoſte :
Poſtea conſpiciens , mirum quid cernit in ipſa .
E collo pendens filum , cui pagina clauſa
Vincta erat , & celata ſub ala conſpicit Heros .
Explicat : & benè cognoſcit quid continet in ſe ,
Iudææ Domino [dicebat carta] ſalutem
Ægypti mittit Dux . O Rex pelle timorem
Dura , ſuſtine adhuc quatuor , vel quinq; diebus :
Quod noſtris venio ereptum iſthæc mænia turmis :
Moxque tuos hoſtes deuictos ipſe videbis .
Hoc fuit arcanum , ſignis quod ſcripta tenebat
Litera barbaricis benè ſeruandum alite miſſo .
Tunc etenim èòi nuncis ſunt talibus vſi .
Principe Gofredo pòſt eſt dimiſſa Columba
Secreti manifeſtatrix : quòd ſe eſſe rebellem
Fortè putat Domino , non ampliùs auſa reuerti .
Summus verò Ducũ Proceres tunc aduocat omnes,
Monſtrat eis cartam allatam , & pòſt talia dicit ,
Cernite qui nobis Cœlorum cuncta reuelet

Rector.

Rector. Non rectum eſt ultrà conſumere tempus.
Nunc noua adæquetur terra: indulgere labori
Tædeat haud vllum, ſaxa vt ſuperemus ad auſtrũ.
Arduum erit certè callem illic ſternere ad arma.
Sternetur tamen; ipſe locumque, adituſque notaui:
Murus & is tutus poſitu, munitus & armis
Eſſe minus debet. Volo tu Raimundus ab illa
Parte tuis inſtrumentis benè mœnia lædas.
In portam aſt Aquilonarem noſtra arma ferantur;
Hoſtis vt hæc videat, ſic deluſuſque moretur
Maiores inibi vires. Mea poſtea Turris
Ingens atque agilis præcurrat, bellaque ducat
In partes alias. Opponas tuque Camille
Non multò procul à noſtra ſub tempore eodem
Turrim aliam. Siluit: Raimundus qui aſſidet illi,
Fanteque eo voluit ſecũ, atq; ait: Optima mens eſt
Gofredi, & ſenſus; minui, addi duco nihilque
Poſſe. Probo tantùm inſuper, vt mittatur ad hoſtẽ,
Qui benè ſcrutetur ſua ſecreta, atque requir..t.
Et numerũ, & mentẽ, & certi (quòd ſcire valebit)
Et veri, referat. Tancredus ſubdidit iſta
Tunc. Habeo Armigerũ, qui certè eſt aptus ad auſũ:
Munus ad hocque mihi nunc eſt proponere gratũ:
Vir pedibus leuis eſt, quã prõptus, dexter, & au- (dax:
Audax, ſed cautus, varioq; idiomate fatur;
Cum motu variat geſtum, vociſque ſonorem.
Accerſitus adeſt: vbi quod Gofredus, heruſque
Expetit, is nouit; ſubridens ora leuauit,
Et ſuſcepit onus dicens; nunc dirigo greſſum.
Mox vbi Nilaica illa manus ſua caſtra locarit,
Scrutor ero ignotus; medio vel Solis in æſtu
Ipſe petam vallũ, & mihi totus equùmq; virũmq;
Noſcetur numerus. Quantus ſit, qualis & hoſtis
Ductor & illorum quid voluat, ſpondeo vobis
Deferre, internos in eo cognoſcere ſenſus,
Pectore meque ſuo ſecreta educere, iacto.
Sic Vafrinus ait: tempus nec protrahit vltrà;
Sed proprium ſagulum in longũ permutat amictũ:
Collaque deueſtit, demonſtrat nudaque colla

Et

Et benè reflexis circumdat tempora vittis.
Indè humeris pharetrā,manibus Syrū aptat&arcū:
Barbaricique ſui geſtus cuncti eſſe videntur.
Omnes, qui audierunt vario ſermone loquentem
Ac promptè ſtupuerunt: vt Babilone creatum
Niliacus, Thyri, Phœnix, Gens illaque & iſta
Crediderit certè. Mollem vt vix ſignet arenam,
Sic celeri defertur equo: Sed tertia nondum
Præterijt lux, cum Franci ſtrauere viarum
Ardua: complerunt moles quoq; tempore eodem,
Tempore namque vllo non deſeruere labores;
Quin operi lucis iungebant noctis & illud.
Denique nil eſt, quod poſſit remorarier vltrà,
Quin ab eis iam teneantur ſuprema laborum.
Non modicam partem lucis, quæ ceſſerat antè
Aggreſſum, precibus præſentia Numina poſcit
Gofredus: cunctoſque iubet ſe tergere culpis,
Paneque cœleſti deuotè paſcere corda.
Hìc vbi vult moles minus, exercereque tela
Denſa magis monſtrat; recreat ſe ſe ethnicus hoſtis
Munitæ illuſus portæ hæc opponere cernens.
Nocte dehinc agilis grandis ſua machina fertur,
Curuus vbi minus eſt murus, minus atq; reſiſtit,
Angulus vllus ibi non eſt curuamen & vllum.
Atque ſuper collem propria ſuper eminet Vrbem.
Turri etiam Raimundus. Quæ ſub vergit ad axem
Heſperium à borea, parti propriamque Camillus
Admouet. Aſt nitidi vt conſpecta eſt nuncia ſolis
Partibus eòis, ſpectant, (turbantur & inde
Pagani) Turrim loca permutaſſe priora:
Atque vident hìc, atque hìc binas eſſe leuatas.
Non ipſis moles inſpectas amplius vnquam.
Vineæ & immenſo numero, plutei, catapultæ,
Arieta, baliſtæ pariter conſpecta fuere.
Turba nec Aſſyriæ multas deferre moratur
Defenſas, obices multos, quò Bullio moles
Obijcit, expectauit vbi illum ſcilicet antè.
Pectore ſed quoniam à tergo ſe ſeruat habere
Dux hoſtem Ægypti, ipſe vijs eſt antè potitus.

Atta-

Attamen accitis Guelſo, biniſque Robertis;
Siſtite (dixit] equo armati: curetis & ipſi,
Murus vbi minus eſt fortis dùm ſcandere tento,
Ne ſubitò veniens à tergo prælia ducat
Pugnanti manus. Obticuit; iam partibus illæ
Aſſiliunt ternis tam fortes acriter Vrbem
Ternæ acies: tribus atque ſuum Rex partibus agmē
Oppoſuit: qui luce illa poſita arma reſumpſit.
Corpore iam quamuis tremulo ſit pōdera propter
Annorum,atq; grauis naturæ pondus ob ipſum,
Illemet arma capit, veſtit, quæ tempore longo
Iam poſuit, Comiti Raimundoque obuius aſtat.
Solmannum Gottifredo, Argantemque Camillo
Opponit: ſocium retinet ſecumque Nepotem
Iſte Boèmundi: fortuna fortèque fertur,
Vt cadat à proprio ferro ſibi debitus hoſtis.
Tela Sagittari iactare infecta veneno
Cœpere: atq; orbē immodica ſub nube volantum
Telorum obductum Cœli nigreſcere dices.
Impete at erumpunt maiori è molibus ictus.
Marmore nam inde pilas iaciunt, ferrataque tigna
Cuſpide cū chalybe. Hic tot fulmina ſaxa vidētur;
Sic teritur læſo thorax, ſic membra teruntur,
Non modò ei vitam, ſed corporis auferat, oris
Et formam; iaculum non ſiſtit vulnere in ipſo:
Sed multùm ſupereſt tela pòſt vulnera curſus:
Per latus hoc ſcindens intrat, pertranſit & illud,
Effugiens rigidam & mortem fugiendo relinquit.
Impete ſed tanto Æthyopes non mœnia linquunt
Tecta: quòd aduerſum ictus iam diſtenſa fuere
Et lina, & lanæ: & vis, quæ torquetur in ipſa,
Cùm nihil obſiſtens habeat, frænatur ibidem:
Ipſi vbi cōſpiciunt cœtum magis eſſe frequentem,
Grandine telorum reſponſa per aſpera mittunt.
Non ideo aggreſſor, terna qui è parte mouebat,
Proceſſiſſe ſinit. Pergunt ſub vineam & iſti,
Quò cadit incaſſum telùm denſiſſima grando:
Arduaque apponunt alij propè mœnia turres,
Illas quando volunt remouent nā robore mēbrūm;

Quæ-

Quælibet attentat iam pontem emittere turris;
Arietat atque aries ferratus mœnia fronte.
Cernitur interea ſuſpenſus ad eſſe Rinaldus:
Cogitat indignum ſe tale ſubire periclum.
Per vulgi ire vias ducit, vulgareque nomen.
Lumina conuertit circùm, delectat & ipſum
Semita, quam reliqui deſperant carpere cuncti.
Ergo ſibi mirè placet illum inuadere murum,
Qui mage munitus, ſublimis, paceque gaudet.
Verſus ad heroas iam ſub Dudo arma gerentes;
Proh pudor (aiebat) medio quòd in agmine tanto
Pace in tranquilla murus nunc ille quieſcat.
Semper adeſt virtuti ſecurum omne periclum:
Suntque viæ ſemper faciles audacibus omnes.
Bella geramus eò, ex clypeis teſtudoque fiat,
Ictibus vt tegat à duris nos. Talibus omnes
Se iungunt ſocios: concordes ſcuta leuarunt
Ceruicem ſupra: ſic coniunxereque tectum
Vt ferro extruerent aſpros tutamen ad ictus.
Turma ferox iunctim curſu ſub tegmine pergunt
Præcipiti, & nihil eſt, cursū quod ſiſtere poſſit:
Ferrea quandoquidem teſtudo ſuſtinet omne,
Quod ruit è muris: ſunt iam ſub mœnibus ipſi:
Erigitur centum gradibus tunc ſcala Rinaldo:
Ceu calamus vento eſt proprijs tractata lacertis.
Haſta cadat, marmor, trabs, ingens ſiue columna,
Lentior haud ſcandit: verùm omnē inuictus ad ictū
Deſpiceret (ſi deciderent) quoq; Pelium, & Oſſam.
Supra humeros iaculùm ſyluam, montéq; ruinæ
Suſtinet vmbonùm ſupra. Manus excutit vna
Attiguum murum, defendit & altera vultum.
Exemplum ſocios inſignes vrget ad auſus;
Sed neque conſcendit ſolus: gens plurima ſecum
Applicat & ſcalas, at ſorte eſt diſſona virtus.
Hic perit, ille cadit: ſublimis ſcandit & ipſe:
Sufficit his animos, illos grauiterque minatur.
Altus ita eſt, vt iam manibus comprendere murum
Pinnatum queat. Accurrunt tunc multa caterua,
Impellunt, reprimunt, & præcipitare retentant,
Neue

Neue queunt deturbare (o mirabile viſu !)
Innumeros contra in ſcalæ ſummo vnus hic obſtat,
Obſtat, progreditur, ſemper vireſque reſumit:
Pondere ſicut & ingenti ſi palma grauetur,
Robora magna capit, mageque inclinata reſurgit;
Sic ſua maiores vires pugnata reſumit
Virtus, & mage ſe attollit quò oppreſſa videtur.
Hoſtes exſuperat tandē, haſtas, quicquid & obſtat,
Effringit, remouet: generoſus mœnia ſcandit,
Et dominatur eis, ponē ipſum & libera reddit
Scandere tentanti. Fratri iam iamque cadenti
Gofredi paruo palmam porrexit amicam,
Mœnia quò poſſet conſcendere celſa ſecundus.
Interea variæ ſortes, varia atque pericla
Contigerant alibi Ductori: hic bella geruntur
Non homines inter ſolùm; ſed machinæ & ipſæ
Decertant mutuò. Supra iam mœnia Syri
Suſtulerant truncum antennæ, ſuſpenſa trabeſque
Stabat eum ſupra tranſuersè fortis & ingens,
Fronteque ferrata: præduris funibus ille
Retrahitur, magno poſt impete labitur antè:
Ingreditur teſtam nunc, nunc teſtudoque collum
Prodit. Pòſt immenſa trabes duplici impulit ictu
In turrim, qui laxauit compagina in illa
Affabrè texta, & repulit, quaſſauit & ipſam.
Sed iam turris ad hunc vſum prõpta arma tenebat:
Protinus ingentes geminas extraxit aduncas
Falces, quæ contra lignum mira arte retortæ,
Quæ ſuſtentabant, illas ſecuere rudentes.
Immodicum veluti ſaxum, quod ſiue vetuſtas
Vertice diſſoluit Montis, vel tiue reſoluit
Ira, ruit præceps, virides ſyluaſque refringit,
Et ſecum inuoluit caſulas, armenta, gregeſque;
Haud aliter trabs horribilis de culmine celſo
Deorſum pinnas, homines, atque arma trahebat.
Quaſsũ ab eo motu dedit & primũ, atq; ſecundum
Turris contremuit murus, ſonuereq; colles.
Vlteriùs tendit, ſiquidem iam Victor habere
Mœnia Gofredus credit; ſed fætida flamma

Et valdè fumans tunc iaculatur in illum.
Sulphureos ignes nunquam tot Sicana Rupes
Ventre cauo emiſit: nunquam calidoſque vapores
Tot pluit æſtiuis ardoribus indicus Æther.
Vaſa ibi ſunt,circi,haſtæ ardentes. Flamaq; vt atra
Atque cruenta micat. Putorem exhalat odos hic,
Exurdat tonitru, cæcat fumus, cremat, hæretque
Ignis. Defenſæ & corium eſſet inutile Turris.
Iam ſudat, criſpatur: ſubſidioque morante
Vltra Cœlicolum eſt opus, vt cinefiat ab igne.
Magnanimus verò Ductor tunc ante ſtat omnes,
Neue locum mutat, neque mutat in ore colorem:
Atque viris animos addit, qui tergora ſupra
Arida aquam fundunt aduerſus robora flammæ.
Talis erat ſtatus iſtorum: remanebat aquarum
Paulùm,quandò repete Aquilo,qui turbidus afflat,
Auctores contra proprios incendia vertit.
Turbo ruit contra flamam,& mox flama retrorſum
Flectit,vbi ſua iam Pagani lina leuarunt:
Quicquid erat pro defenſa, illicò torruit ignis.
O laudis plene, o ſeruate à Numine Dio,
Careque ei Ductor. Totus tibi militat Æther:
Acciti & veniunt ſubitò ad tua claſſica venti.
Sulphureas Aquilo tedas quòd verterat in ſe,
Iſmenus rurſum voluit fallacibus vti
Artibus, vt naturam, & ventos cogat iniquos:
Ille duas inter Circes ſtans mœnia ſupra
Luminibus cunctis ſe ſe offert ritè videndum:
Squallidus,& toruus,barba promiſſus, & ater
Eumenides inter næ Pluto, Charonue videri.
Carmina iam audiri, metuunt quæ ſtagna Cociti,
Flamifer & Phlegeton: turbari iam Æthra videri,
Nubibus ac atris Titan obcingere frontem;
Cùm fuit intortum ſaxum ingens machina ab alta,
(Pars fuerat montis) quod & ictu perculit vno
Tres ſimul, ipſorum & diſperſit ſanguinem,& oſſa.
Praua minutatim ſic corpora fracta fuere,
Paulò vt plus ſegetes duro ſint marmore tritæ.
Tres peruerſæ animæ clarum liquere gementes
Æthe-

Æthera, tartareas fugerunt inter & vmbras.
Terrigenæ hinc moniti pietatem diſcite veram.
Interea flammis iam reddita turbine tuta
Vrbi ſit propior turris ſic, ſiſtere pontem
Vt valeat ſupra muros; accurrit at illuc
Soldanus; tenditque aditum arctum cædere fidens:
Ingeminatque ictus, certò ſecuiſſet & illum;
Altera ſed venit celſa, atque ex tempore turris.
Tectorum increſcens ſupra confinia moles
Ingens maiorum, ſe culmine tollit ad Æthram.
Monſtro illo attoniti ſubitò ethnica turba ſtetere;
Vrbem nam multò mage demiſſam eſſe tuentur.
Verùm Turca ferus, lapidum ſi nimbus in ipſum
Irruat: haud poſitum mutat; nec cedere pontem
Diffidit, flammatque alios, carpitque timentes:
Inuiſus reliquis, cinctus cœleſtibus armis
Tunc Michael Gofredi oculis ſe ſe obtulit Ales.
Ipſeque ſol foret in nubis deuictus ab illo.
En[ait] o Gofrede aduenit denique tempus,
Seruitij quo Sancta Sion fera vincla refringat.
Exanimes oculos pauidus demittere noli:
Suſpice, quot tibi præſidijs nunc adſit Olympus.
Lumine tāge Polum: imēnsū illuc ſuſpice & agmē:
Namque tibi viſum impedientia nubila tollam
Corporeum, & nudas animas ſic ore videbis,
Aligerum & radios breuiter quoque ferre valebis.
Qui fuerunt Chriſti Ductores poſtea ſpecta,
Auras illorum, quæ ſunt modò in Æthere ciues:
Hi pugnant tecum, & comites ſunt nobilis auſi.
Vndat vbi mixtus cernis cum puluere fumus,
Molis & infractæ eſt pariter non parua ruina,
Dimicat hìc Vgo fortis caligine in atra:
Turrium & altarum penitus fundamina quaſſat.
En illuc Dudo quoque, qui ferro, igneque portā
Impetit à Borea: bellanti ſufficit arma,
Erigit & ſcalas, alioſque aſcendere inurget.
Colle ſuper ſiſtens, ſacroque indutus amictu,
Atque ſacerdotalem fert in crine coronam,
Paſtor Ademarus eſt, ſigno Crucis ecce ſacratæ

Signat

Signat adhuc, nec non benedicit. Lumina ſurſum
Tu magis attollas atque agmina cuncta tuere
Cœlica collecta hic. Oculos mox ſuſtulit ille:
Et numerũ, numero quem non cõprendere poſſes,
Militiæ Aligerum vidit. Terna agmina denſa,
Et quæuis inſtructa acies triplici ordine gyrat,
Et ſe dilatat: mage ſe dilatat & ipſa,
Quò mage ſunt extra cicli: internique minores
Sunt. Victos oculos demiſit, & inde leuauit:
Grandeq; ſpectaclum non vltrà lumine vidit.
Ille ſed aſpiciens circùm videt vndique ſtantem
A' proprijs turmis palmam. Nam ponè Rinaldum
Scandebant multi Heroes: muroque potitus
Interimit Syrios. Dux, cui tardare moleſtum
Amplius, è manibus Vexillum tollit amici
Signiferi. Primus pontem omnes tranſit & ante;
Aſt medio in curſu Soldano ſemita clauſa eſt.
Campus ibi immenſæ virtutis paruulus eſt pons,
Ictibus in paucis certè quæ viſa fuiſſet.
Efferus exclamat Soldanus. Conſacro vitam
Ipſe meam hic vitæ alterius. Modò cædite amici
A' tergo hunc ponté: hic facilis nec præda manebo.
Sed quoniam videt horrendo aduentare Rinaldum
Ore, fugam & vilem quemq; arripuiſſe ſuorum.
Nunc quid agã (dixit) vitã ſi hic fundere tendo?
Certè ego profundo, & quod peius fundo vacãter.
Mente noua & ſecum pariter mutamina voluens
Explicitos aditus Ductori cedere; qui illum
Inſequitur minitans, Vexillum mœnia ſupra
Et ſanctæ Crucis erigit. Hoc inſigne triumphans
Voluitur in gyrum: venerantes flare videntur
Auræ in idem, atque dies in eo magè clara micare;
Quodlibet & telum, quod contorquetur in illud,
Aut declinare, aut mox inde reflectere curſum:
Arduus ipſe Sion: ſic mons obiectus & alter
Id colere, atque illi frontem inclinare videntur.
Agmina tunc lætos clamores cuncta leuarunt
Ob palmam: Montes ſonuere, ſonoſque ſupremos
Reddiderunt: fregit, vicit Tancredus & ipſo
Tem-

Tempore quæ oppoſuit iã Argas obſtacula contra.
Atque ſuum iaculans pontem, ales mœnia ſuprà
Tranſijt,erexitq; Curcê hic. Sed verſus ad Auſtrũ
Pugnat vbi Raimundus, Rex Solymæq; Tirannus,
Vaſcones nondum potuere attingere turri
Vrbem, militiæ melior gens adiuuat illum,
Atque ibi conſtantes ſtant ad tutamina cuncti:
Si minus hìc ſtabilis murus, tutantur at ipſi
Per moles melius. Præterquàm ſemita magnæ
Aſpera erat turri. Ars neque ſic operata, laborque
Vt ſitus hìc paulùm natura haud arduus extet:
Defenſoribus interea, Vaſconeque ſignum
Auditũ eſt palmæ: hoc monitus Rex, atq;Toloſas,
Planitiem verſus quòd iam vrbis mœnia capta.
Tunc parte ex alia Raimundus voce peralta:
O ſocij capta Vrbs eſt. Vel deuicta reſiſtit?
Nos ſoli cœptum non participemus honorum?
Denique Rex cedit, prorſus defendereque vltra
Deſperans, abit, inq; locũ fortẽ, & ſimul altum
Se ſe occultat, vbi aſſultum repellere ſperat.
Tunc intrat cunctus miles per mœnia victor,
Et quoq; per portas, totum nam cernit apertum,
Deiectum, euerſum quicquid cohibere valebat.
Efferа diſcurrit gladij totam ira per Vrbem:
Vt comites horror, luctus Mortemque ſequuntur,
Gurgitibus ſtagnat cruor, & diſcurrit in amnes
Corporibus functis plenos, mortique propinquis.

Finis Libri Decimi Octaui Hieroſolymæ Vindicatæ R. D. Hieronymi de Placentinis.

HIE-

Liber Decimus Nonus.

ARGVMENTVM.

SInglari plenam celebri certamine palmam
Tancredus de Argãte refert. Rex intrat in arcẽ.
Vafrinus prait Erminniam: ac addiſcit ab iſta
Magna. Redit doctus: ſecum hac: ſpectantque iacentẽ
Tancredum in ſabulo exanimẽ ſibi perditè amatũ.
Plorat eum largè: ipſius pòſt vulnera curat.
Inſidias ſcit Gofredus ſibi ab oſte paratas.

SIue metu, ſeu conſilio; ſeu morte repulſi
[Deme ferum Argantẽ) Pagani mœnia cũcti
Liquerunt: decertat adhùc ſecurus in hoſtes.
Plus timet expelli, propriã quàm pandere vitam:
Et moriens non victus adhuc vult ille videri.
Tancredus venit hùc, cunctis qui ex hoſtibus ipſi
Eſt magis infeſtus, petit atque illum. Ilicèt Argas
Actibus ex motu notis cognouit & armis;
Pugnarat ſecum, ſexta & quoquè luce reuerti
Pollicitus; ſed inania tunc tunc promiſſa fuere.
Propterea clamat. Tancrede ita fœdera ſeruas?
Sic redis ad pugnam? tardus ſic? denuò tecum
Nunc pugnare volo, quãquã hùc veniſſe videris
Non veluti miles, ſed gnauus molium vt Author.
Defendare tuis: arteſque nouas, nouaque arma
Inquire: ipſe meis manibus fortiſſime ſexus
Fœminei occiſor mortem euaſiſſe nequibis.
Subriſit tunc Tancredus; ſubriſit at ira
Turgidus haud modica, & reſpondit voce minanti.
Tarda quidem [fateor) mea nunc regreſſio certè;
Sed tibi mox valdè properata videbitur iſta:
Quàm cuperes nos diſiunctos per cerula, & alpes:
Non fuit aut timor, aut animi demiſſio longæ
Cauſa moræ (vt credis;) proprio tu videris vſu:
Seorſum venias, qui ſis homicida Gygantum,
Nec

Nec non Semideûm tantùm: te poſcit ad arma
Occiſor mulieris:ait. Mox vertit & ora
Ad ſocios dicens iſtum ne lœdite ſodes;
Nā magis eſt proprius mihi quàm cōmunis hic ho-
Sumque viro multùm deuinctus iure vetuſto. [ſtis;
Deſcendas ſolus modò, vel cum Gente ſequaci
Quomodocunque velis: Circaſſus replicat atrox;
Quò petis ipſe ſequor. Placet inuitatus vtrique.
Vnanimes ſoli vadunt; comitatur at ipſos
Tantùm odium: hoſtilis rabieſq; tuetur vtrumque:
Maximus eſt forti Tancredo zelus honoris,
Sanguinis atque ſimul Pagani magna cupido;
Neue ſitim planè irarum reſtinguere credit;
Per palmas aliorum exit, diſtillat & extra.
Nunc tegit & clypeo, & clamat, ne offendite quęsò,
Vel procul ad cunctos, in quos per compita cedit:
Sic hoſtem proprium penitus ſaluum inter amicos
Extrahit iratis, nec non victricibus armis.
Mœnibus excedunt pòſt, & tentoria linquunt;
Per calles adeunt obliquos: denique vallem
Collibus in medijs poſitā arctā lumine cernunt;
Vt foret, & pugnæ, aut venatus illa theatrum.
Ambo ibi ſubſiſtunt. Se Argas vertebat ad Vrbem
Afflictam pendens animi: haud vmbone protectus
Tancredo quoniam inſpicitur forti: ipſe ſuumque
Proijcit extemplo. Tum illi: quid mente volutas?
Quòd tua, num voluis, venerunt fata ſuprema?
Si pauitas hoc; ah timor eſt nunc (credito) inaptus.
Cogito (reſpondet) quòd Reginā occupet hoſtis
Iudææ antiquam, & fruſtra defendere nixus.
Quod caput atq; tuū à Cœlo mihi iure dicatum,
Conſilioque meo, indomitæque iræ vltio parua eſt.
Conticet: & mutuò concurrunt. Cautus vterq;
(Alterius validæ vires noſcuntur ab ipſis)
Eſt agilis, liber Tancredus, corpore velox,
Quà pede, quà manibus; capite at ſupereminet, alto
Nec craſſis modicùm ſuperans eſt artubus Argas.
Tancredus gyrat pronus, collectus & in ſe,
Quò petat, ac ſubeat: ferro ferrum aduenit hoſtis
Et

Et proprio ; tendit quauis abducere & arte ;
Aſt extenſus, & erectus ſimilem exhibet artem ;
Actibus aſt alijs longè tunc barbarus Argas.
Quò magis ille poteſt nam porrigit antè lacertum.
Non quærit gladium, corpus ſed quæritat hoſtis.
Ille nouos aditus pertentat : ſuſtinet iſte
Ad faciem conuerſum enſem ; ſemperque minatur;
Quo vetet ingreſſus ſubitos, ſtat luceque fixus.
Pugna ita naualis cùm per non æquora Ponti
Africus aut præceps, Auſter vel nubilus efflat,
Inter ligna duo imparia abs te cernitur æqua :
Scilicet hoc melius motu eſt, excelſius illud.
A' prora ad puppim hoc inuadit vortice multo ;
Illud & immotum ſtat : cum leuiuſque propinquat
Illi, mox alia minitatur parte ruinam
Ingentem: haud aliter ſub quando intrare Latinus
Oppoſitum ferrum deflectens denuò tentat ;
Euibrat enſem Argas, oculos atque obijcit ante
Mucronem ; currit defenſæ ; at deijcit ipſum
Sic celer, & violens, tutantem curtat vt ante ;
Vulneret atque latus. Plagatũ vbi conſpicit hoſtẽ,
Arte ſua victus (clamat) nunc ecce Laniſta.
Tancredus nimia rabie, nimioque pudore
Torquetur, ſolitas cautelas linquit : & ardens
Diſcupit vlciſci, atque adeo vt deuincere ſerò
Se victum reputet. Ferro tantummodò probris
Reſpondet ; galeam verſus mox dirigit ictum ;
Et ferro quoque cautè Argante repellitur ictus:
Ad medium gladium Tancredus certus & audens
Iam venit. Rapidus læuo pede ſe intulit vltrà,
Corripuit læua dextrum palmaque lacertum ;
In latus & dextra mortalia cuſpide dextrum
Vulnera figit ; ait victus nunc ecce Laniſta
Talia victori reddit reſponſa Magiſtro.
Circaſſus fremit, atq; quatit ſe, torquet & idem
Sed nequit aſtrictum palma reuocare lacertum.
Denique dextra ſinit gladium pendere catenæ,
Contraque Tancredum ruit; & Tancredus in illum:
Viribus & magnis ſe ſe compreſſit vterque.

Cin-

Cingitur hic illi, contrà ille obcingitur iſti.
Vi neque maiori ſtrinxit, terraque Gygantem
Suſtulit Alcides, quàm ſic neruoſa premebant
Arctatis, varijſque amborum brachia nodis.
Sic ſe concutiunt, ſic ſe torquentque viciſſim,
Tellurem vt pulſent latere ambo tempore eodem.
Æthnicus aut ars, aut forſan fortuna fuiſſet,
Eſt cubito ſupra meliori, ſubque ſiniſtro.
Sed manus illa, magis quæ multò eſt ictibus apta
Franco Equiti ſub preſſa iacet non vtilis ipſi;
Vnde ſuum cernens damnum, propriumque periclũ
Subſilit, & ſe diſſoluit. Sed tardior hoſtis;
Antèque conſurgat, magno percellitur ictu.
Ac veluti pini Vulturno flectitur acri
Frondoſus vertex, leuat & ſe tempore eodem!
Haud aliter propriam virtutem ſubleuat Argas,
Quando magis prona, & iam iam caſura videtur.
Denuo crudeles ictus cœpere viciſſim:
Et minus artis habet certamen, durius atque eſt.
Partibus ex multis Tancredus ſanguine manat,
Flumen at effundit Saracenus, languet, & ardor,
Atque furor primus languentia robora propter,
Deficit vt tenui interdum iam fomite flamma.
Tancredus verò aſpiciens quocunque momento
Lentius exanguem vt feriat tractare lacertum,
Iram depoſitus, placido ſic ore profatur.
Cede mihi o fortis, victorem meque renoſce,
Vel ſortè. Abs te non ſpolium, non quæro triũphũ;
Non vllum mihi ius in te penituſque reſeruo.
Terribilis mage Paganus, quàm ſueuerat eſſe,
Suſcitat & vires, cunctos cogitque furores,
Hæc reddens. Partem meliorem te ne tuliſſe?
Siccine tu de animo tentare Arganta pauenti?
Vtere ſorte tua; quòd ego non vlla paueſco;
Stultitiemque tuam haud impunè quippe relinquã.
Fax veluti flammas addit ſub fine ſupremo,
Deicit atque micans; reliquum ſic ille cruoris
Dira implens ira, vegetum quoque robore reddit:
Fineque magnanimo lethi vltima reddere clara

Tempora collibuit. Dextræ læuam admouet Argas
Inſimul, & coniuncta ictum demittit vtraque,
Extemplò licet opponatur ei hoſticus enſis;
Attamen impellit violens, hunc præterit vltrà,
Deſcendit, læditque humerum, vel peruenit vſque
Ad coſtas: ictu vno vulnera multa relinquit.
Ni modò Tancredus formidet, pectus id audax
Quippe metu quouis genuit natura ſolutum.
Duplicat ille ictum, vim, irã profudit in auras:
Illicò ſubtraxit ſe; ſe retulitque ſeorſum.
Tu mento pronus cecidiſti pondere tractus
Ipſe tuo: cecidiſti fortunatus ob vnum
Argas: nullus humi te deieciſſe tumeſcit.
Dum cadit, acceptæ plagæ panduntur; ab illis
Sanguinis expreſſi deſcendit copia inundans.
Læuam ponit humi palmam Ethnicus, atq; repentè
Conuertit faciem, & ſuper vno poplite ſiſtit
Se ſe recturus: mihi te nunc dedito (clamat)
Victor; & offenſa nulla ſe humaniter offert
Rurſus. At interea furtim Argas impulit enſem,
Atque ſuper talum percuſſit, poſtque minatus.
Tunc furor inceſſit Tancredum, ſicque locutus.
Siccine tu pietate mea modò abuteris impie?
Illicoq; in faciem fixit gladium, atque refixit;
Reddita tunc ſecura via eſt morti. Occidit Argas,
Occidit & qualis vixit; morienſque minatur.
Terrificant motus ſupremi, ſuminaque verba.
Tancredo in thecam victore reconditur enſis:
De palma ſuperis grates & poſtea reddit.
Viribus aſt ea victorem quaſi reddidit hauſtum:
Sanguinolenta, timetque via ne debile motu
Deficiat corpus. Graditur tamen ille pedatim.
Per calles iam calcatos, & greſſibus ægris.
Non valet vlterius ſecum artus ducere feſſos,
Quòque magis conatur, eò magis angitur ipſe.
Quare aſſidit humi, ſuſtentat dextera malas
Ceu tremulus calamus. Proprio quod lumine cer-
Ingyrũ volui ſibi proſpectare videtur: nit,
Lumina velantur tenebris, & denique languet

Victor.

Victor,& a victo neque notus quippe fuiſſet.
Iſtos dum inter ibi ſequitur certamen acerbum ,
Quod ius priuatum vehemens ſic mouit,& ardens;
Victoris Populi innocuum ira, furorq; per Vrbem
Bacchatur. Calamo mœſtam quis ſignet amuſſim
Expugnatæ Vrbis faciem? quis & explicet illud
Atrox ſpectaclum ſatis, & miſerabile fando?
Horrida iam clades poſitus repleuerat omnes:
Corpora & in cumulos, & montes lecta videri.
Hic iacet extinctum ſupra amplo vulnere læſus;
Hic iacet extincto ſubter tumulatus, & æger.
Crinibus effuſis Natorum corpora parua
Effugiunt preſſæ triſtes ad pectora matres:
Prædatorque grauis præda, hoſtilique rapina
Per crines premit innuptas. Per ſemitam at illam
Littus ad occiduum,collem quæ aſcendit ad altum
De magis, eſt vbi Tēplū ingens, tūc ſanguine lotus
Hoſtili currit; gentes agit atque Rinaldus.
Strenuus armatum ſupra caput eleuat enſem,
Efficit & ſtrages. Queuis galea, omnis & vmbo
Debile tutamen: ſolum deponere tela
Tuta ibi defenſa eſt. Tantummodò nobile ferrum
Contra adhibet ferrum: haud dignatur eſſe ferocē
In nudos armis: & quos non amplius armat
Aut animus, ferrum aut poſitum non protegit vllū;
Lumine terrifico, atque horrenda voce repellit.
Cernere virtutis claræ miranda liceret
Quomodò contemnit, minitatur, vulnerat acer:
Quomodò non parilique fuget diſcrimine nudos,
Armatoſque ſimul. Sacrę ſe ſe intulit Ædi
Cum magis imbelli vulgo quamplurima turba
Optima belligerū.Hoc Templū, quod tradidit igni
Impietas toties, etiam num Authore vocatur
A' primo titulo Salomonis: namque per illum
Marmoribus ſtructum, cedris auroque ſuperbum,
Haud ita nunc diues; ſolidum eſt, ac turribus altis
Sat benè munitum, ferratis poſtibus atque.
Aſt locum Eques magnus quando peruenit ad illum
Altum, vbi ſe turbæ plures iunxere pauentes

Occluſas valuas, obiceſque cacumine promptos
Repperit haud paucos. Obtutum ſuſtulit acer,
Partibus à celſis bis totum aſpexit ad imas
Anguſtum inquirens aditum; circumdedit & bis
Ales. Vt incluſo Lupus inſidiatus ouili
Infremit hoc circum nigra caligine noctis,
Iræ odij ſtimulis fauces ſiccaſque fatigat.
Haud ſecus explorat circùm, pandatur an iſtic
Quiſquam aditus vel ſit planus, fortaſsè vel altus.
Denique terribilis magna in platea ipſe reſiſtit:
Et miſeri aſſultum expectant de vertice ſummo.
Trabs erat excelſa (haud ſcio cur ſeruata ſeorſim)
Nunquam adeò craſſam, nunquam ſic explicat altã
Antennam Ligurum nauis. Mox oſtium in ingens
Mouit Eques dextra, quam nõ onus aggrauat vllũ:
Inſtar & haſtilis capiens contorſit in illud
Impete prævalido. Non marmor, neue metallum
Impulſu ſtabile eſt. Vulſit de cardine ſaxa:
Confregitque obices, deiecitque oſtia firma,
Vltrà aries durus quid agat? Bombarda quid vltra,
Quæ necis eſt fulmen? per limen inundat apertum
Diluuium veluti gens, Victoremque ſequuntur.
Alta Domus, quæ iam diuini Numinis Ædes
Reddita nunc miſera, atra virùm, funeſtaq; ſtrages.
Iuſtitia o Cœli grauior, quò tardior illa.
In Populum nocuum! te Authore in cordibus ira
Eſt accenſa pijs, & ſæuit. Sanguine Templum
Paganus lauit proprio, quod polluit antè.
Se tulit interea turrim Solmanus ad altam
Dauidicam, reliquos pugnaces colligi & illic
Et circum, cunctiſque vijs obſtacula poni
Imperat: Huc Aladinus currit & ipſe Tyrannus:
Conſpicit vt Soldanus eum; te defer ad arcem;
Hanc ſuper, o Rex inſignis, conquire ſalutem.
Hic vitam hoſtili tutaberis enſe furenti,
Et Regnũ. Heu [reddit] rabies heir funditus Vrbẽ
Barbarica euertit: noſtra & vita, Imperiumque
Corruit. Heu vixi, regnaui: haud amplius ipſe
Viuo, nec regno. Fuimus nos; venit ad omnes,
Venit

Venit ſumma dies, & ineuitabile tempus.
O Rex, tunc iratus, vbi tua priſtina virtus?
Soldanus repetit. Nobis inimica reuellat
Sors Regnum. Regale decus iam pertinet ad nos;
In nobiſque manet. Sed tu defeſſus labore
Intus membra parùm recreato. Talia profert.
Efficit, vt Rex defenſam ingrediatur & arcem.
Deponit lateri gladium, manibuſque duabus
Corripit ex ferro clauam; calleſque tuetur
In Populum francum clauſos. Interficit ictu,
Aut proſternit humi, ſic eſt percuſſio dura.
Clathratam fugiens plateam iam quiſq; relinquit,
Dum videt horrificam aduentantē lumine clauam.
En Raimundus adeſt fidens ſtipante caterua,
Deſpiciens magnos ictus, & percutit hoſtem
Primus: at incaſſum: feriens mox verò ſecundus
Non fruſtra: ſiquidem percuſſa fronte ſupinum
Sternit humi tremulū extenſū, paſſiſque lacertis.
Priſtina tunc redit inuicti præcordia virtus;
Quam timor horrendus de illius corde fugarat:
Et Francus victor retrò vel pellitur, idem
Vel cadit ingreſſu crudeli morte necatus.
Exanimem verò Soldanus funera cernens
Inter Ductorem; trahite intra obſtacula (clamat)
O Equites, rapidè fiat captiuus & iſte.
Accingunt ſe operi: exigui non verò laboris
Eſt opus. Haud Franco Raimundus linquitur vlli;
Defenſum accurrunt omnes: hinc dimicat ira;
Hinc pietas: tenui cauſa nec pugna referuet.
Libertas hominis tanti iſtos, vita ſimulque
Tutari fortes, rapere æquè inuitat & illos.
Denique viciſſet Soldanus vindice in ira
Firmatus: clauæ duplex opponere ſcutum,
Nec galeam prodeſt electam: aſt vndique gentes
Subſidio infenſas venientes conſpicit ipſe.
Ex duplici latere oppoſito ſub tempore eodem
Cum Duce ſupremo Bellator peruenit acer.
Ceu Paſtor tonitris circùm atq; fremētibus Euris,
Et fulgente Polo proſpectat nubibus atris

Mille diem inuolui, pecudes abducit ab aruis:
Impiger attegiaſque, Iouis quò vindicet ira,
Quærit, voceque eas præmittens, atque bacillo
Ipſe retro manet accipiens ſic Ethnicus aure,
Quòd turbo venit irreparabilis oſtia Olympi,
Qui ferit horrendo fremitu, omnes replet & armis
Partes, ſeruatum Populum mox dirigit antè
Ingentem ad turrim, remanet poſtremus & idem.
Vltimus abſcedit, tanto ceditque periclo,
Vt quoque conſilio prudenti appareat audax.
Oſtia vix intra recipit ſe, claudit & illa,
Quòd ſunt fracti obices, aduenit iamque Rinaldus
Limina: ſed nec ibi ſe frenat. Magna cupido
Vincere quemque armis fortem, iurata fideſque
Ducit. Quòd meminit ferro ſe tradere morti
Obſtrictum voto, merſit qui funere Danum.
Tunc inuicta manus fortem vel frangere murum
Tentaſſet: neque Soldanus fortaſſis ab hoſte
Tutus erat fatali intra: ſed ſigna receptus
Iam tuba dat, fuſcus ſpectatur & vndiq; horizon.
Caſtra locat Gofredus in Vrbe, & Solis ad Ortũ
Aggreſſum renouare putat. Tum fronte ſerena
Militibus dixit proprijs. Verè adfuit armis
Chriſtiadũ Omnipotens. Rerũ iam ſumma peracta,
Paulum operis reſtat. ſupereſt nihil atque timoris;
Turrim (ſpé miſerã Mahometanũ, atq; ſupremam)
Permittente Deo capiemus luce ſequenti.
Interea pietas ægros, & vulnere læſos
Sollicito ardore ad recreandos incitet omnes.
Ite, atque egregias animas, quę ſanguine nobis
Hanc patriam peperere ſuo, curetis: & iſtud
Munus ad Herôès multò magè ſpectat Ieſu,
Vltricis quàm iræ, theſauri aut ſacra cupido.
Sanguineæ ah nimium ſtragis conſpeximus ipſi,
Et famis ah nimium in nonnullis vidimus auri.
Nunc rapere vlterius veto, deſæuireque in hoſtes.
Æreaque edictum promulget buccina noſtrum.
Cõticuit, Comiteq; adit, accepto cruciatur ab ictu,
Subualuit quamquam. Fidens Solmanus & æque
Allo-

Alloquitur proprios, premit altũ & corde dolorẽ.
Flore ſpei viridi ſitis vos ſortis iniquæ
Ictibus infracti o ſocij: ſub namque timoris
Alta fallacis ſpecie ſunt damna puſilla.
Hoſtis habet muros; tecta, atque ignobile vulgus;
Ecquid? non is adhuc noſtra iam eſt vrbe potitus:
Regis ineſt forti capite Vrbs; in pectore veſtro;
In manibus veſtris: ibi ſaluum cerno Thyrannum,
Et columes mage delectos inſpecto ſuorum:
Hic nos aërea cuncti defendimur arce.
Deſertæ teneant telluris vile tropheum
Nunc Franci, maneant & bello denique victi,
Speroque vincendos; dextra nam forte procaces.
Cędibus incumbent, turpi Veneri, atq; rapinis;
Intenti ſtupris, ſpolijſque labore prementur
Exiguo; tanto neglectu Ægyptius hoſtis
Si veniat, multùmque nequit modò diſſitus eſſe.
Interea ſaxis vrbis dominabimur altis.
Ædibus: & moles arcebunt ſemita ab omni
Noſtræ hoſtẽ, vnde queat tumuli pòſt marmor adi-
Sic fractis animum, ſic feſſis cordibus addit, [re.
Sic ſpes inſtaurat miſeris. Hic hiſce peractis:
Mille per æratas acies Vafrinus adiuit:
Oppoſitumque idem ſcrutor delectus ad agmen
Solis in occaſum ceſſit; nihil aduena notus.
Deſertas de nocte vias excurrit. Et vltra.
Aſcalona adijt; nec adhuc ſurgebat èöa
Sol ora. Medium verò peragrabat Olympum,
Cùm fuit in caſtrùm conſpectu apprimà potentũ:
Innumera aſpexit tentoria, ſignaque vidit
Culmen ad ipſorum acta Notis, varioque colore
Cæruleo, fuluo, croceo, totque aure recepit
Diſcordes linguas, tot tympana, totque metalla,
Cornua tot, voceſque Camelorum, atq; Elefantũ.
Inter equùm hinnitus, quòd ſecum ait: Africa tota
Se transfert hùc, atq; Aſia hùc perducitur omnis.
Quàm ſitus eſt fortis caſtrùm, quod ſepiat antè
Miratur vallum. Neque calles ille retortos
Poſtea & abſtruſos tentat; populoſque frequenti

Se minus abſcondit; portas ſed tramite recto
Regales tranſit; rogat & nunc, nuncque rogatis
Reſponſum dat, & os reſponſis copulat audax.
Perque vias, plateaſque, & per tentoria luſtrat.
Belligeros, & equos ſolers explorat, & arma:
Diſpoſitus, artes obſeruat, nomina nouit.
Maius opus verſat: ſecreta agnoſcere, & *ipſa*,
Conſilia, & partim comprendit. Circumit ille
Tam dexter, ſumma vt tentoria denique tangat.
Diffuſam videt hic telam, vox quouſq; penetrat:
Vndeque cernuntur benè vel penetralia Regis.
Principis hæc hominē non recte abſcondita celant,
Qui foris auſcultet: Vafrinus lumina figit:
Hic fuere inſimulans linum; tunc ductor habebat
Nudatum frontem, ferro ſed membra protecta,
Purpureus clamyde; & ſcutum, galeamq; tenebant
A' longe pueri bini: longam is premit haſtam,
Atque incumbit ei. Craſſis valde artubus, altum
Aſpectuquè virum toruo ſtantem à parte ſiniſtra
Spectabat. Gofredi attentus nomen inaudit
Vafrinus; melius tunc nomen ob arrigit aures.
Dux ita fatur eum. Tu igitur demittere morti
Gofredum certus? repetit: ſum; iuroque in Aulam
Me nunquam remeaturum, niſi reppeto victor.
Certè ego *præueniam* ſocios hoc munus ad altum:
Præmiū id opto vnum: quòd ego ſuſpēdere poſſim
Armorum Babilone tropheum, carmine & *iſto*.
Francorum Ductori, *Aſiæ* dum perderet Orbem,
Cùm, rapuit vitam, hæc Ormundus ſuſtulit arma,
Atque hìc appendit, nomen quo in ſecla perennet.
Nō ſine honore relinquet opus (dicebat & alter)
Humanos Rex concedet tibi cuncta petita:
Præmiaque alta dabit quoque. Tu mentita parato
Arma dies quandò magnæ eſt iam proxima pugnę.
Prompta (refert) ſunt Ductor, & ipſe ſilētia fecit.
Hæſit ob auditas ſuſpenſo multà Vafrinus
Res animo: & ſecum voluebat, qualia falſa
Arma forent; planè non intellexerat illud.
Hinc abijt, renuit nocte illa carpere ſomnum.

Aſt

Aſt oriente die, quando Agmen ſoluit ad auras
Vexilla; ille ſimul reliquo cum milite mouit.
Conſtitit, hic pariter quando ſua caſtra tetendit:
Noſſet & vt meliùs verum, tentoria quæque
Denuo luſtrauit. Sede aſpectauit in alta
Armidam inter ſtantem Equites, interquePuellas
Vt gemitus dantem; curis farique videtur
Cum proprijs. Supra palmam maxilla quieſcit,
Figit humi & luces;lacrymas an mitteret,haud ſcit.
Cernit at humentes oculos, guttiſque tumentes.
Contra illam ſedet Adraſtus: non lumina gyrat,
Non ſpirat, ſic pendet ea, ſic fixus in illam
Immodicas paſcit curas. Verùm Tiſafernus
Hunc modò,nunc illum mirans ſuccenſet,& optat:
Nunc rabie ſignat faciem, nunc ſignat amore.
Aſpicit Altomorum, qui in circo conſitus inter
Innuptas paulò ſeorſum. Non linquit habenas
Erranti menti, arte ſed hìc ſua lumina torquet.
Nunc ſpectat palmam, ſpectat nunc oris honorem:
Interdum mage cuſtoditæ lumine parti
Apparat inſidias; oculos interque mamillas
Ponit, callis vbi incauto velamine, & aureo
Secretus prodit. Sublimat denique lucem
Armida, os propriumque ſerenat, miſcet & inter
Nubila ploratus riſum, atque hæc fundit ab ore.
Aura mea o Princeps pœnis virtute leuari
Quippe tua valet: vltorem te expectat adeſſe,
Sumere vindictam ſpes prædulcem efficit iram.
Sis hilari vultu, captum lenito dolòrem:
Tunc Indus retulit. Ceruix ſcelerata Rinaldi
Ad plantas tibi mox cernetur corpore trunca:
Aut ego captiuū hac dextra ad te vindice ducam,
Quando tuum cupias captiuum: his ſe obtulit illi
Pollicitis. Alter verò, qui percipit iſta,
Haud præſtat motum; corde excruciatur at intus,
Obtutum dulcem ad Tiſafernum poſtea vertens,
O Princeps & tu quid ais modò? Fœmina ſubdit:
Reſpondet ſimulans: ego,qui ſum tardior huius,
Proſequar ipſe tui herois ſic eminus acris.

Virtutem atque illum his dictis admordet amarè.
Tunc Indus. Conſecteris procul, atq; periclum
Tu metuas præſtat. Caput at quatiens Tiſafernus.
Elatum. Ipſe mei o arbitrij dominator adeſſem.
O imperiumq; mihi foret iſto liberum in enſe:
Quippè citò noſſes, quis noſtrum lentior eſſet.
Non metuo te, nec tua verba ſuperba paueſco
Barbare; ſed Cœlum, oppoſitũ formidoq; amorẽ.
Conticet. Adraſtus ſurgit, depoſcat vt armis;
Præuenit aſt Armida, interceditque repentè.
O Equites cur nunc rapitis quæ munera (dixit)
Largiti toties mihi? veſtrum Ductor vterque
Eſt meus: hoc vnum vos inter ponere pacem.
Deberet nomen. Veſtrum qui ſuſcitat iras,
Excitat in me etiam: offenſis offendor & ipſa,
Nec vobis dubium. His ſubitò diſcordia corda
Conciliat. Vafrinus adeſt, comprendit & omne.
Quod potuit veri accepto, mox inde recedit.
Venatur conſpiratum, neque rem inuenit vllam.
Interdum nimis importunus quærit & audax;
Re magè difficili concreſcit magna cupido.
Perdere ibi aut vitam, ſecretum aut ferre paratus.
Mille vias, artes, fraudes & mille reuoluit
Inſolitas: neque conſpiratus, arma, modoſque
Detegit occulti; dubij cuiuſque reſoluit
Denique fors nodos, per ſe quos ipſe nequiuit.
Quocircà *inſidiæ Gofredo* quomodò ſtructæ,
Diſtinctè, & certò didicit. Remeauerat illùc
Dynaſtas inter proprios, vbi Amaſca ſedebat
Infenſa; hìc ſuadet ſibi veſtigare peraptum,
Quò diuerſa virûm, & quãplurima turba venibat.
Proximat innuptæ hìc, notam benè fingit, amicãq;
Antè fuiſſe ſibi multò; atque affabilis ore
Fatur: ego & fidus cuiuſdam euadere Ductor
Præſtantis forma [vt ludens] dicebat, auerem,
Atque meo ſolùs forti auderem enſe Rinaldo,
Vel truncare caput Gofredo. Poſtulá id à me;
Barbarici capitis tibi ſi qua cupido Dynaſtæ.
Sic infit: ſenſimque putat perquirere ludo

Seria ſemoto. At ſubriſit dum ederet iſta,
Et ſolitum riſui natiuumque addidit actum.
Aſt vna ex reliquis veniens hùc audijt illum,
Intuita eſt, lateri acceſſit: te deligo (Dixit)
Pòſt herò a meum; nec amor tibi perditus iſte:
Vtque Equitem ipſa meum te profari opto ſeorsũ.
Seuocat; alloquitur: Benè te Vafrine renoui;
Et benè me noſti: turbat ſe ſe Armiger intus,
Pellax, ſubridens tamen os conuertit ad illàm.
Te nunquam vidi (retulit) quòd ritè recorder,
Digna licet viſus exiſtas. Ego nomine dicor
Diuerſo, quo me vocitas. Lesbinus in oris
Progenuit me Vticæ: meque Almanzorra vocauit.
Subdit ea; antè mihi multò tu tempore notus:
Te modò ne celes, tibi ſum fidiſſima amica:
Atque meam pro te vellem profundere vitam,
Dicor ego Erminia, & Regis iam filia, & olim
Poſtea Tancredi famula, & tibi tempore eodem
Conſerua in dulci binos tu carcere menſes;
Me cuſtodiſti pius; actibus atque benignis
Seruiſti mihi: ſum illamet, illa ego; lumina fige.
Fixit vbi: ſubitò nouit pulchra Armiger ora.
Tu potes idcircò nunc à me viuere tutus:
Sic ego iuro per hoc cœlum, hunc ſic iuroq; ſolem:
Immò precor te anima tota, ſi quando reuertas.
Vnde receſſiſti, me ad vincula cara reducas.
Turbatas noctes, tenebroſos duco dieſque
Libera ego infelix. Si forte hìc ſcrutor adeſſes;
Alta tibi occurrit ſors: per me noſſe valebis
Quicquid ibi conſpiratum, & quod nullibi ſcires.
Sic ait: intereà inſpectat, ſed conticet ille:
Callide & Armidæ exemplũ tunc mente reuoluit.
Fœmina falſa, loquax res; vult non vult eademq;,
Stultus quis quis ei fidit; ſed denique dixit:
Si libet ire, tibi fuero dux ipſe fidelis.
Idque ſit à nobis cretum: ſeruetur ad vſum. [nũt,
Sermo magis propriũ: âboq; equũ cõſcendere cer-
Caſtra priùs moueant. Vafrinus protinus indè
Abſcedit: reliquas adit illa, parùmque moratur.

Ludere præſeferi; loquitur de Heroë recenti.
Egreditur pòſt; ad loca præfinitaque vadit;
Se comitem adiungit;de caſtriſque inſimul ambo
Rura petunt; partes iamque aduenire remotas;
Nec Saracenorum apparebant horrida caſtra;
Cum ſociæ dixit: cedo nunc quomodò vitæ
Gofredi inſidias alij componere ducant.
Illa ſtatim conſpiratus telam explicat orſam.
Belligeri de aula octeni ſunt (inquit), & inter
Hos eſt Orimundus reliquis præſtantior. Iſti
(Seu odio conſpirarunt, ſeu forſitan ira
Vnanimes) ac fallaci vtier arte putarunt.
Caſtra inimica die, quo prælia acerba mouebũt,
Ipſi ſigna Crucis ſanctæ omnes arma tenebunt;
Armaque erunt etiam Gallorum more ſueto.
Aureus, & niueus fuerit veſtitus eorum,
Gofredi quem ferre Cohors Prætoria ſueſcit.
Caſſida ſed ſupra ſignum pòſt quiſque tenebit;
Dignoſci vt valeant Paganis: poſtea quando
Agmina concurrent mutuò; ſub nomine amicùm
Cuſtodum egregio Ductori retia tendent.
Nudatum manibus ferrum, infectumque veneno
Stringent, lethifera infligant quò vulnera ſemper.
Et quia Paganis vſus quòd calleo veſtros,
Cumque armis clamydes, patet, hi me inſignia ferre
Falſa coëgerunt: quare compulſa moleſtum
Ipſa ad opus fuerã. Id cauſę cur caſtra relinquam.
Hæc cauſa eſt: non ſola tamen: ſilet atque rubore
Inficit ora: dehinc demiſit lumina; ſumma
Verbaque compreſſit; clarè nec protulit ore.
Armiger aſt cupidus diſcendi voce repreſſa,
O modicæ fidei (dixit) cur ipſa fideli
Vera magis celàs? imo de corde trahebat
Ingentem gemitum, & tremulò ſic ore ferebat.
Cede pudor malè cuſtoditus: non locus vltrà
Hìc tibi. Nunc quorſum igne tuo tu cõdere amoris;
Et renuens tentas ignem? hic pudor antè decebat.
Non autem modò, quæ facta errabunda Puella.
Poſteà ſubiunxit. Qua patria nocte ſubacta eſt

Perdidi

Perdidi ego plùſquàm viſũ:& mea maxima damna
Non in ea cepi ; aſt ab ea prouenit origo.
Sceptrorum iactura leue;atqui perdere ſe ipſum
Eſt graue:cũ regno ipſa meo(heu me !) tẽpore tali
Amiſi mentem,ſenſus,cor,denique me ipſam.
Iam tibi ſat Vafrine pater, quòd lumine tantam
Conſpiciens ſtragẽ,& tot prædas, multã pauefcẽs,
Ad dominumque tuum,atq;meũ, quẽ regia in aula.
Ipſa mea antè alios vidi deponere plantas,
Confugi; taleſque dedi mox cernua voces.
Inuicte o Victor pietatem deprecor almam.
Non ego pro vita; florem te exoro pudoris
Virginei tantùm mihi ſerues. illicò dextram
Ille meæ iunxit, neque verba ſuprema moratus.
Pulchra (ait) o Virgo non confugis ipſa vacãter:
Ipſe tui defenſor ero. Tum ſuaue quid intus,
Et lentum ſenſi, quod cor penetrauit ad vſque;
Atq;ibi ſic infixum,animæ vt per condita ſerpens,
Dicere neſcirem, vulnus qui, flammaque factum.
Poſtea me crebrò viſit, ſimul oreque dulci
Me ſolans triſtem, mecum triſtatus & ipſe,
Et totam aiebat dono tibi libertatem;
De ſpolijſque meis minimùm nec ſumere paſſus.
Heu viſum munus! fuit & tunc vera rapina.
Me mihi quãdoquidẽ donãs,me ipsã abſtulit à me.
Quod minus eſt carum pignus mihi reddidit ille;
Regnum verò mei violens ſibi cordis ademit.
Ægrè amor occulitur: de noſtro ſæpe rogabam
Te Domino cupida. In dubium tu mentis at ægræ,
Aſpiciens ſignum, dixiſti. Erminnia amore
Exardes, neque faſſa fui, ſuſpirium at ardens
Se mage veracem cordis tulit illicò teſtem.
Quo cremor & viſus pro lingua forſitan ignem
Signabat. Muta infelix! medicamina ſaltem
Pœnæ tunc aſpræ petijſſem; poſteà frænum
Si quod erat mihi laxandum,vllũ quando iuuamen
Optatis omninò meis deferre nequiret.
Tandem abij, atq; tuli celatum in pectore vulnus.

Credidi

Credidi & exhahalare animam. Sed denique vitæ
Auxilium mihi quærenti mox fræna pudoris
Soluit amor. Quare ipſa meum veſtigia moui
Ad dominum, tandem qui iam me fecerat ægram,
Reddere qui validã & poterat. Sed tramite in ipſo,
Obuia facta mihi agreſtis gens, barbara valdè;
Abſuit atque parùm, quòd ego non præda manerē,
Secretas tamen in partes fugi, atque remotas;
Et ſola in nemorum cella illic incola vixi.
  Sed quoniam deſiderium antè timore repreſſum,
Per ſoles aliquos, redijt, tentando reuerti;
Captum ad iter; læuus mihi caſus contigit idem.
Nec celerare fugam potui: ah nimis impia turba
Proxima erat furax, nimium rapidèque cucurrit.
Denique capta fui: & qui me rapuere latrones,
Nilicolæ fuerunt, vrbem adduxereque Gazam.
Munere proq; Duci dederunt; cui qualis ego eſſem,
Me prodens ſic egi, vt honeſtata, atque pudica
Luce illà fuerim, hic qua cum Armida ipſa remanſi.
Sic manibus toties, in quas fortuna reduxit,
Me ſolui duris. Mea tu infortunia noſti.
  Sed primas quoque ego toties erepta, catenas,
Seruaque conſeruo. Vel qui circumdedit illas,
Cor circa ſoluat, dicens: tu quærito ſedem
Q errans aliam; mecum te nolo puella.
Aſt mea ſit miſerans illi regreſſio grata,
Antiquoque meo excipiat me carcere ſolùm.
Sic illi mulier: ſic nocte, dieque loquentes,
Perrexere. Magis tritum Vafrinus omiſit
Callem; ſiue breuem magè, tutum ſiue requirens.
  Aduenere locum iuxta Vrbis mœnia quemdam,
Heſperias quando Titan deſcendit in vndas:
Semitã atro, & multo repererunt ſanguine ſparsã;
Poſtea belligerum videre in ſanguine functum.
Corpore ſic longo, ipſe viam vix occupet omnem:
Ad cœlum verſa eſt facies, vel functa minatur:
Armaque monſtrarunt illum cum barbaro amictu
Paganum: haud ſtetit, abſq; mora perrexit & antè
Armiger. Et ſub erat longinguus mortuus alter.
Qui

Qui ſimul ac proprio Vafrini lumine viſus,
Secum Chriſtigena eſt pullũ mage propter amictũ
Indubitat: deſcendit equo, illi detegit ora
Heu (clamat) iacet hic Tancredus perditus enſe.
Manſerat infelix errans, ſpectaret vt acrem
Belligerum: nomen Tancredi cepit vt aure
Se cordis medio læſam per ſpicula ſenſit:
Illa quaſi foret ebria, menteque capta cucurrit,
Os vbi conſpexit pallens non deſilit ipſa;
Se dat equo in præceps, lacrymarum fudit & amnẽ,
Et voces gemitu mixtas. Quo tempore (clamat)
Me trahit infelix ſors? ſpectaclum ad quod amarũ?
Triſteque ſpectatu? tandẽ poſt tempora multa
Te vix inuenio Tancredus, teque reuiſo;
Aſt tibi non videor. Minimè tibi lumine ſpector,
Artubus ipſa meis, quamquã ſim corpore præſens,
Denique te inueniens, ego ſecla per omnia priuor.
Tempus erat, quo te nõ vnquam poſſe moleſtum
Eſſe meis cenſebam oculis: vtroque libenter
Lumine me orbarem, modò ne te cernere poſſem;
Te mihi præſentem infelix ſpectare nec auſim.
Luminis heu vbi tam dulcis flamma, atq; nocentis?
Eſt vbi celatus ſplendor? quo purpura malæ
Pulchra abijt quo lætificans frontiſque ſerenum?
Sed quid? vel ſquallens, ater gratiſſimus es tu
O dilecte mihi, quando tua corda penetrem.
Sique meos gemitus, mea ſique audacia vota
Aure capis; furto, ac audaci parcito fronti.
Feruida quæ iam ſperaui, nunc oſcula furtim
Frigida ſurripere è labijs volo, pallido, & ore,
Surripiam partim meritò quæ debita Morti,
Pallido & exangui labio iſti ſuauia figens.
Os miſerans dictis quòd uiuens antè ſolebas
Mœrorem lenire meum nunc antè receſſum
Me caro ſoler permittas oſculo vt uno,
Quale dabas forſan tu (ſi audax antè rogaſſem)
Quod rapere eſt opus: ah liceat dare brachia col-
Inque tuo meus exhalet pòſt ſpiritus ore: (los;
Ipſe meã ſectantẽ animam nunc excipe quæſo,

Dirige

Dirige quò pergit tua. Flens ſic illa profatur;
Totaque conficitur lacrymis: conuerſa videtur
In riuum. Factus viuum rediuiuus ad imbrem
Ægraque ſub pandit labia, & tum lumine clauſo
Eius cum gemitu gemitum commiſcuit vnum.
Aſt quòd Eques mittit gemitũ prę fęmina ſenſit,
Sub recreat ſe: oculos iſtis Tancrede recludas
Exequijs (clamat) quas flens tibi ſoluo ſupremis;
Reſpicias in me, volo te comitarier ipſum;
Et volo te iuxta morti concedere corpus.
Reſpice me quæſo: ah ne tam citò deſere lucem;
Supremum ſiquidem hoc eſt quod flagito munus.
Turbida Tancredus referat, demittit & inde
Lumina; proſequitur mœſtis tamen illa querelis.
Tunc Vafrinus ait: modò non exhalat hic auram,
Vulnera curentur priùs, & lacrymæ inde ſequatur.
Exuit idem armis; tremulam quoque porrigit ipſa
Dextram operi ſociam. Miratur vulnera, tractat,
Plagarumque perita capit ſpem exinde ſalutis.
Præſentit morbum languore, cruoreque natum
Largiter effuſo. Plagas ſed vt alliget, vnum
Fœmina habet velum dumtaxat partibus iſtis,
Faſciolas ſed in aſſuetas amor indicat ardens,
Inſolitaſque ipſi pietatis ſuggerit artes:
Crinibus exterſit, truncis & crinibus ipſa
Strinxit, namque ſuum velum pro vulnere multo
Tam breue, tam ſubtile operi ſatis eſſe nequibat.
Non erat huic crocus, aut dictamnũ, plurima verò
Carmina pro tali magica vſu ritè tenebat.
Lethiferum ſomnum proprio iam corpore pellit,
Iamque poteſt oculos agiles attollere, pulchroſq;
Aſpicit & proprium famulum, ſpectatq; Puellam
Se ſuper externa veſte, & pietate refertam.
O Vafrine (rogat) veniſti hùc quomodo? quãdo?
Tuque mei pia curatrix nunc dicito, quæ ſis.
Aſt dubia, atque alacris ſuſpirans illa colore
Infecit vultum roſeo. Pòſt omnia diſces
(Reſpondit) ſileas nunc, indulgeque quieti;
(Vt tua curatrix iubeo) tibi certa ſaluſque.
Credito

Credito ſuccedet: tu debita dona parato.
Atque ſuo capiti gremium mox ſubijcit ipſa.
Cogitat intereà Vafrinus, quomodò vecter
Comodè ad hoſpitium, cęlū magis antè nigreſcat:
Ecce ſed adueniunt bellantum magna caterua,
Eſſeque dignoſcit Tancredi. Arganta ferocem
Quando inuaſit enim, ſoluinque popoſcit in arma,
Illi aderant, cuius iuſſu non inde ſecuti:
Pòſtque mora dubij veſtigant. Altera turma
Propter idem cauſæ pergebant: denique viuum
Aſt ægrum inueniunt, ſedem texuntque lacertis
Connexis, vbi conſidat, pariter nitatur & aptè.
Tunc Tancredus eis. Ergo fortiſſimus Argas
Coruorum remanet cibus? ah ne linquite & illum;
Laude ſua minimè orbetur, meritoue ſepulchro.
Non ego bella gero cum exangui,atq; ęthere caſſo.
Occidit vt fortis; merito exornetur honore
Par eſt, qui terris ſolùm poſt funera reſtat.
Sic facit, vt proprius ſe ponc feratur & hoſtis.
Innuptæ cautus lateri Vafrinus adhæſit
Sicut homo cariſſima cuſtodire ſueſcit.
Subdidit & Princeps: regalem tendite ad Vrbem,
Non ad caſtra: quòd humanus ſi forſitan ægræ
Accidat euentus vitæ, ſuccedat in illa
Eſt ſatiùs: quòd paſſus vbi iam ſpicula mortis
Immortalis homo: ad cœlum mihi ſemita reddi
Hìc fortaſſe poteſt facilis; pia menſque quieſcet,
Quòd peregrinatus fuero finem ipſe ſecundum
Voti. Ait: eſt aduectus eò: plumatile ſtratum
Moxquè locant ſupra; ſomno placidoque tenetur.
Secretum innuptæ iuxta reperitque cubiclum
Vafrinus. Gofredum adit, ingrediturq; moratus
A' nullo cœpti quamquam diuerſa futuri
Conſilia appendit tunc rectè, lanceque ponit.
Dux erat ad lecti ſpondā, æger vbi Raimundus
Membra recumbebat. Circùm aſtabatque corona
Magna virùm: ſapienſq;potenſq;aſt Armiger illum
Dum loquitur, ſiluere omnes. O Domne, ferebat,
Sicut ego iuſſus, Paganos inter adiui;

Ca-

Caſtraque luſtraui. Ne expectes illius hoſtis
Innumerum diram numerum. Illud dicere poſſum,
Dum tranſiret, ego vidi replere profundas
Valles, planitiem, montes: quò peruenit ipſe
Expoliat terram, deſiccat flumina, fonteſque,
Expleat vtque ſitim, ſat non eſt copia tanta:
Et modicum eſt quicquid metit ipſis ora Syrorum.
Aſt Equitũ,& Peditũ bona pars ſunt agmina inapta.
Ordinis ignara, ac ſonitus omnino caterua:
Non ſtringit ferrum, ferit & ſolummodò longè.
Attamen eſt verum nonnullos eſſe peritos,
Electos quoque qui Perſarum ſigna ſecuti.
Forſitan eſt melius, quod & immortale vocatur,
Agmen Regis. Et appellatur nomine tali,
In pugnis quoniam nullus committitur error
Ipſi; aſt vſque locum replet: ſuccedit & alter
Lectus homo, atque recens, ſi deſit forſitan vnus.
Dux caſtrũm eſt Emirenus, quẽ virtute vel ęquãt
Ingenio pauci, aut nullus. Rex imperat iſti,
Artibus vt cunctis campo te poſcat ad arma.
Atque ego lapſurum ſolem non credo ſecundum,
Obuia quin fiant tibi Paganum agmina lecta:
Aſt opus, vt caueas ceruicem ritè Rinalde.
Inter eos etenim regnat iam tanta cupido,
Contra vt eam dicant magis exacuiſſe celebres
Cum gladijs iras. Pro dono Armida ſpopondit
Se cuique illorum, qui audaciter enſe recidet.
Inter & hos eſt Altomarus Rex Perſicus acer.
Eſt Adraſtus item, ad partes qui regnat èöas;
Eſtque Gygas, alius reliquis mortalibus, & ſic
Vt pro quadrupedante Elephantis terga fatiget.
Eſt pariter Tiſafernus; cuius fama celebrat
Virtutem vnanimis. Sic dicit totus in ore
Scintillat Iuuenis, flammas depromit ocellis,
Ille capit minimè ſe ipſum, vſquam ſiſtere neſcit,
Vellet & in medijs hoſtilibus eſſe cateruis.
Adq; Ducem pòſt conuerſus. Sum pauca locutus,
Vſq; modò o Princeps. Rerũ caput (addidit) hoc eſt:
Perfida te contra plani Iudæ arma ferentur.

Poſtea quæ fraudes [dixit] texuntur in illum
Omnes diſtinctè, arma, venenum, inſignia falſa,
Præmia, pollicitum, voces iactantiæ & altas.
Multa virum rogitant, multùm reſpondet & idem;
Inde ſilentium eos valde breue contigit inter.
Pòſt caput attollens Ductor. Raimũde, rogauit,
Quæ tua mens facto eſt iſto? tum reddidit ille.
Amplius haud turrim inuadi iam luce ſequenti
Sicut prima fuit noſtrum ſententia concors:
Sepiri at turrim, nequeant vt ſponte ſuapte
Exire introgreſſi: acieſque quieſcere noſtras;
Ac refici interea, potior dum occaſio pugnæ
Adueuiat. Dehinc ne vti nos conferat enſe
In campo, hoſtes an cunctari mente reuoluas.
Ipſe tamen do conſilium te multà cauere
Per te vincit enim agmen, per te regnat & ipſum.
Quis ſine te moueat? tutum quis poſtea reddat?
Proditor & quoniam ne ſigna effingat amica,
Belliger accura tuus hic inſignia mutet.
Sic dolus, in quo celatur, retegetur ab ipſo.
Ipſe voluntatem, vt conſueſti, ſemper amicam
Prætefers, & mente ſapis: tunc Bullio reddit.
Ambiguum verò quod omittis, certum id habetur:
Ibimus in turmas hoſtiles; dedecet intra
Aut murum, aut vallum Domitorem gentis èòæ
Claudi. Luce magis clara in campo mage aperto
Paganis virtus illis volo noſtra probetur.
Noſtrarum neque palmarum ſcio nomina celſa,
Nedum victoris conſpectum ferre valebunt;
Arma minus: fuerint illorum robora fracta;
Imperij ſedes noſtri ſic firma manebit.
Illicò vel ſe ſe dedet fortiſſimæ Turris,
Vel facilis captu fuerit, ſi nulla vetabunt.
Magnanimus Ductor ſilet hìc, ſubitòque recedit;
Nam placidos ſuadent nunc aſtra cadẽtia ſomnos.

Finis Libri Decimi Noni Hieroſolyma Vindicatæ R. D. Hieronymi de Placentinis.

HIE-

Liber Vigeſimus.

ARGVMENTVM.

Ethnica Turma venit: bellum crudeleq; miſcet
Milite cum Chriſti. Reſerat Soldanus & Arcē
Eſſerus obſeſſam in plano bellare peroptans:
Cum Rege egreditur; verùm procumbit vterque
A' celebri dextra. Armidam placatque Rinaldus.
Chriſticolis ſtrages tandem fit de hoſtibus ingens,
Ad Sacrum læti contendunt poſtea Templum.

IAm Sol terrigenas ad opus reuocauerat omnes:
Lapſaque iam nati fuerat decima hora diei;
Quando procul Cœtus, turri qui exiſtit in alta
Neſcio quid cæci vidit, quod nubis ad inſtar
Veſpera ſub ſerum terrarum contegit Orbem:
Aduentare manum tandem præſenſit amicam:
Æthera quæ latè circum alto puluere opacat,
Et deorſum colles, immaniaq; occupat arua.
Obſeſſus celſo Populus tunc culmine voces
Ardua ad Aſtra ferunt: eiuſque ſonoris ad inſtar,
Quem miſiſſe Grues ſueſcunt cum tēpore hyberno
Thrace volant nido turmatim, nubilaque inter
Cum ſtridore Notos fugiunt ad littora aprica:
Lingua probrū promptè, iaculatur palma ſagittas
Spe modò ſubiunctâ. Quænam ſit cauſa minarum,
Vndeque proueniat tantæ nouus impetus iræ
Haud Francos latet: aduentare potentia cernunt
Agmina. Mox ſæuis animis accenditur auſus,
Iuncta ſimulque petit pugnam generoſa Iuuentus;
Cedito (conclamat) ſignum certaminis o Dux.
Sed lucem ante nouam prudens offerre recuſat,
Audaceſque premit. Vult prætentare nec hoſtes
Inſtabili pugna, atque leui. Poſt namque labores
Tot, quòd ego recreem plenè vos, duco p. æquum.
Veſanamque fidem in proprijs fortaſſe fouere
Hoſti-

Hoſtibus is voluit. Iam ſe ſe pręparat omnis:
Quiſq; nouũq; diẽ expectat. Nunquã extitit Æther
Lætior, eius vt in lucis memorabilis ortu.
Nuncia Titanis ridebat, ſolis habere
Et circùm radios omnes certè illa videri:
Reddidit & lumen ſolito maius, velamine nullo
Factaque mirari voluit tunc grandia Cœlum.
Auratum ſimul ac aſpexit ſurgere mane,
Quàm benè diſpoſitas producit Bullio Turmas.
Sed cautum Raimundum, omnem Populũq; fidelẽ,
Ad proprios aſſertores qui ſugerat agris
Aſſyriæ attiguis, Solymæ circa ille Tyrannum
Collocat; ingentem numerum: non attamen iſtũ
Solùm; ſed quoq; Guaſconũ hic manus vna locatur.
Ductor is incedit, certam quĩ prębeat ore
Palmam alijs: Cœli noua gratia ſplendet in illo,
Grandem, ac Auguſtum ſolito plus reddit eumdẽ.
Ipſius os & honore replet, dulciſque Iuuentæ
Denuo purpureum lumen perducit in ipſum:
Corporis atque actu haud cernis mortale referre.
Temporis at modico frontẽ tenti aduenit hoſtis:
Imperat & veniens Acies mox monte potiri,
Quem tenet à tergo, nec non à parte ſiniſtra
In fronte agmen erat latum, ſed cornibus arctum
Planitiem verſus: Pedites reſtringit & inde
In medio, binas & Equis formauerat alas:
Sic alis Equitum alata ambo cornua reddit.
In læuo, capti montis quod proximat alto,
Robbertos ponit binos. Mediumque gubernat
Frater. Et ad dextram, qua valde nouit apertum
Æquoris & maius diſcrimen, ſe locat ipſe:
Illo nempe loco, multo quòd milite maior
Hoſtis adeſt, ſperare valebat cingere turmas.
Hic proprioſque locat Lotharingos; ponit ibique
Fortius armatas Gentes, & corpora lecta.
Hic locat inter equos iaculumque, arcumq; gerẽtes
Quem Peditem in turmis Equitum pugnare ſuetũ,
Aſſiduis, lectiſque viris aliunde receptis
Format & inde agmen; non diſtans ponit & illud.
Collo-

Collocat ad dextrum cornu illos, atque ſeorſum:
Vultq; Ducē, ſimul inſtructoremq; eſſe Rinaldum.
Mox & ei. O Princeps (ait) in te palma locatur,
Summaq; noſtrarū rerū: has ſub condito magnas
Ponè tuas acies alas. Cùm proximat hoſtis,
Ad latus aggreditor, ſpemq; illi reddito inanem;
A' latere à tergo [me ipſum mens ni mea fallit]
Ille regyrando nos offendiſſe putarit.
Indeque cornipedem ſupra tu de agmine in agmen
Illum Equites inter peditesque volare videres:
Buccula nil frontis velabat: lumine & ore
Fulmen erat. Dubium eſt hortatus, ſubdidit & ſpē
Speranti, decus audaci, ſua geſtaque forti
Commemorat: maiora alijs ſtipendia, honores
Maiores alijs promittit, & Agmina tandem
Prima vbi ſunt collecta, & nobiliora reſiſtit:
Atque deinde loco fari eſt exorſus ab alto,
Quo ſermone rapit quēquā, qui percipit illum.
Nix veluti in Torrentem deriuare ſoluta
Aſſolet è Montis deorſum culmine celſo,
Currere ſic raptim voces ex ore canoræ.
Belligeri o fortes hoſtis Ieſu Acre flagellum,
Quique Plagas veſtra virtute domatis Eòas;
Ecce ſuprema dies, optatæ en copia pugnæ:
Haud tenui cauſa Populum ſe vnire rebellem
Dat Cœlum. Veſtros hoſtes hùc congerit omnes,
Vno quo tandem peragantur plurima bello.
Palma dabit nobis multas nunc vnica palmas:
Nec labor eſt maior, neq; ſunt maiora pericla,
Ingens ne numerum veſtrum deterreat vllum:
Gens benè non concors eſt, ſe malè denſat & vnà:
Implicat & certans, vllo nec in ordine perſtat.
Bella gerent pauci. Locus his, cor deerit illis.
Turba virûm quaſi inermis erit, quæ venerit in
Plerūq, illa vigore caret belli arteq; prorſus: (nos,
Otio, & à ſtudijs ſerui hùc violentia duxit,
Iam tremulos enſes video, clypeoſque trementes,
Partibus atq; in eis Vexilla trementia ſpecto:
Incertos ſonitus, dubios cognoſcoque motus,
Ipſo-

Ipſorum interitum manifeſtè denique cerno.
Murice qui tyrio Ductor veſtitus, & auro
Agmina diſponit, qui tam ferus ore videtur,
Fortè Arabes interdum vicit, forteque Mauros;
At ſua non poterit noſtræ contendere virtus.
Quid faciat (quāquā ſapiens) cum Plebe remixta,
Confuſaq; adeo, turbata, ac ordine nullo?
Noſcitur ille malè, ille ſuos malè (cenſeo] nouit:
Et valet ipſe ſui, ipſe fuiſti dicere paucis.
Aſt ego sū Ductor Gentis lectę, inclitæ & armis:
In pugnis Socij fuimus, Socijque Triumphis.
Arbitrioque meo non paruo tempore rexi.
Cuiusnā veſtrū Patriam, non noſcoque Stirpem:
Et mihi quis mucro eſt ignotus? quæue ſagitta
Aëra percurrens quamquā ſuſpenſa tremiſcat?
Dicere num fallar Franci magis, an ſit Hyberni?
Dicere num fallar quo ſit vibrata lacerto?
Sueta peto: quales vidi, hic deſidero cunctos:
Quiſque ſuum ſolitum zelum remonſtret in ipſa:
Quiſque ſuum noſtrū, Chriſti ſub pectore honorem
Seruet. Abite, reos occidite, membra reciſa (tra?
Proterite, almū opus explete, & quid vos moror vl-
Id veſtris inſpecto oculis, Victoria veſtra eſt.
Fine ſub iſtarum vocum deſcendere fulgor
Lucidus eſt viſus, valdeque ſerenus Olympo:
Nox velut æſtiua interdum demittere ſidus
Aſſolet, aut Fulgur. Sole hoc quis credere poſſet
Demiſſum: atque illi circumdare tempora viſum:
Credidit at quiſquam Imperij fortaſſe futuri
Indicium. (Linguæ tamen audaci abdita ſi inter
Fas eſt indigredi Superùm) fortaſsè loquetur,
Angelus ille fuit cuſtos, qui ſedibus altis
Delapſus, cinxitque caput rutilantibus alis,
Chriſtigenas Acies dum inſtruxit Bullio, & inter
Illas ſic fatus. Ductor quoque Maximus Ægypti
Inſtruere, hortarique ſuos nil diſtulit horæ.
Eminus vt Francum venientem lumine vidit,
Eduxit Turmas. Etiam cum cornibus ille
Agmina diſpoſuit: Peditis medium ordo tenebat,

Ad latera aſtabant Equites. Sibi detinet ipſi
Dextrum: dat lateri Altomoro pręeſſe ſiniſtro;
Muleaſſes Peditem bina inter cornua ducit:
Armida in medio magni poſt Agminis aſtat.
Eſt ſimul ad dextram Indûm cũ ductore Tyrañus,
Et Tiſafernus adeſt, atque omnis Regia Turma.
Aſt vbi planitie valet alam extendere læuam,
Hic habet Altomorus Reges Perſas, Lybicoſque;
Atque duos, quos hũc tellus magè feruida mittit.
Militeque hinc omnes fundæ debere rotari,
Atque omnes arcus, baliſtæ omneſque remitti.
Sic diſponit eos Emirenus, currit & idem
Per partes medias, per cuncta extrema ſuorum:
Per linguam nunc alterius, nunc ſeque per ipſum
Alloquitur, miſcet laudes, probra, præmia, pęnas.
Vni ait interdum; qua nunc formidine miles
Corriperis? quì vnus poterit ſubſiſtere centum?
Vmbra ego confido ſola hos, & voce fugare.
Alteri &. O fortis prędam tu tollere raptam
Sis leuis. Alterius menti Patriam obijcit ipſam
Orantem, mœſtamq; Domum, totamq; tremẽtem.
Crede tuam Patriam [dicebat] noſtra per ora
Vocibus enixè nunc his ſua pandere vota.
Ipſe meas leges tueare, ſacrataque Templa
Ne fuſo permitte rigentur ſanguine noſtro.
Innuptas nocuis ſecuras redde Puellas,
Et tumulos, cineres & tutos reddito Auorum.
Tempora lapſa querens tibi canos ægra Senectus
Oſtendit: mammas tibi, nudum pectus & vxor,
Cum cunis monſtrat Pueros, lectumque iugalem.
Pluribus inde: Aſia o Fortes acclamat honoris
Vos proprij Heroès; crudelem expectat, at æquam
Per vos vindictam in Prædones denique paucos.
Sic varijſque modis, alto varioque ſonore
Aſpera ad hic varias illectat prẹlia Gentes.
Ductor vterq; ſilet: ſuntq; Agmina diſſita paulò,
Cernere erat mirum, quando iuere obuia caſtra
Bina ſibi: quì Acies extenſæ cum ordine pulchro
Iamque mouere, ſimul ſignumq; inuadere præſtent

Cernere

Cernere diſperſa ad uentos vndantia ſigna;
Atque ſuper conos agitatas flamine Criſtas:
Ornatus, habitus, inſignia, tela, colores,
Ferri, auri radios, ſplendores, & ſub fulgura ſole;
Præcelſam reddit ſyluam arbore multà refertam
Vtraque magna Cohors, tot ſic exuberat haſtis.
Sunt nerui intenti, directaque robora longa:
Spicula iactantur, quæuis & funda rotatur.
Se parat ad pugnã omnis equus, proprijq; ſecundat
Indomitas iras domini inſanumque furorem:
Hinnit, ruſpatur, pulſat, ſe vertit in orbem,
Turgefacit nares, cum fumo ſpirat & ignem.
Pulchro ita ſpectaclo apparet iucundus & horror:
Ipſo deque metu ſimul oblectamen & exit.
Nec minus horribilis ſonitus, clangorque tubarum
Redditur & lętus, triſtiſque vnà auribus hoſtis.
Criſtiadum at quamuis multo ſint caſtra minora
Aſpectu, atque ſonore magis miranda videntur.
Belligeroque magis canit, & mage carmine claro
Buccina quęque ſua, & multò magis arma coruſcãt
Chriſticolæ antè tubis conflictus ſigna dedere:
Protinus eſt alijs reſponſum; acceptaque pugna.
Procũbunt genibus Franci, & venerantur Olympũ;
Oſcula dantque Solo. Decreſcit bellica Turba
In medio: ecce euanet: iam hoſtis fertur in hoſtẽ;
Prælia iam cunctis miſcentur cornibus aſpra:
Iamque ſuo Pedites procedunt cũ Agmine magno.
Quis fuit at de Chriſticolis, qui primus honores
Laudatos hoſtem fortis feriendo referret?
Gildyppe tu, quæ Ircano iam ſceptra tenenti
Armuzæ plagas mortales prima tuliſti:
[Fœmineæ tantum laudis conceſſit Olympus
Dextræ] illi pectus ſiquidem armatũ ipſa ſcidiſti.
Transfoſſus cadit: atque ſolo dum labitur, ille
Cum clamore dari laudes ictui hoſtibus audit.
Fœmina poſt enſem ſtringit longa abiete fracta:
Vrget equum in Perſas, dilatat, & agmina denſa
Rara facit. Zopiro infert ſub pectore vulnus,
Ferrea nectit vbi, atque relaxat fibula cinctum,

Efficit inque duas partes quaſi decidat ipſe:
Inde gulam ferit, & crudo detruncat Alarco
Oſtia bina cibi, ſoliti ſermonis & vnà.
Cæſim Artaxerſem, punctim tum percutit Argeũ;
Sternitur vnus humi externatus, & interit alter.
Poſtea flexibiles nexus, queis leua lacerto
Vnitur, ſecat Iſmàëli. Frena relinquit
Haud coniuncta manus, quæ non diſcreta regebat:
Cornipedis magnus ſtridet ſuper auribus ictus.
Effugit ille celer tranſuersè, ac agmina fundit.
Aſt his, atque alijs, quos Secla vetuſta recondunt,
Strenua tunc Mulier duro vitam abſtulit enſe.
Tũc coëunt Perſæ: exuuias ſibi quærere honoras.
Percupidi aſſiliunt illam ſimul. Illicò at ardens
In Sponſæ auxilium procurrit Sponſus amatæ.
Sic benè congeminat concors par robora iunctum,
Arte noua, ac mira defenſæ cernere Amantes
Magnanimos vti iam veſtrum quiſque valeret:
Defenſam haud curat propriam, vitamque tuetur
Intentè alterius concorditer Illaque, & Iſte.
Qui diros veniunt ictus generoſa repellit
Bellatrix contra Dilectum: forteque ſcutum
Ferro in eam directo velox obijcit Ille.
Vel nudum caput offerret, ſi poſceret vſus.
Defenſa vnius alterius fit propria ſemper:
Vlciſcique alios etiam proprium fit vtrique
Beuchanij Artabanum, qui iura exercet in Inſla:
Demittit letho Sponſus, cadit ipſius enſe.
Aluantes, ſponſam qui auſus percellere caram.
Qui proprium Sponſum feriebat & illa Arimontij
Diuiſit frontem. Tanta edebatur ab iſtis
De Perſis ſtrages. Sarmcanti Rege cruenta
De Francis mage fiebat: qua vertit is enſem,
Vrget equum, perimit, ſternit Peditemq; Equitẽq;
Qui prior hic moritur felix eſt, pondere nempe
Non ſub equi gemit: & ſi quiſquam reſtat ab enſe
Exanimus, mordet Sonipes, conculcat & illum.
Altomori dextra Brunellon, magnus & Ardon
Occumbunt. Vni caſſis ſic, & caput ipſum
Scin-

Scinditur, æquè humeros ſuſ er vt propêdeat am-
Vnde venire ſolet riſus transfigitur alter, (bos.
Multà viro cor dilatat, diſpandit & illud:
(Mirandum!) violens ridet, ridenſque procũbit.
Lethifer hos viuis tantùm non diſpulit enſis;
Mactantur ſimul & Gyaſco, & Gentonius iſti,
Cum Guidone bonus Roſmũdus. Diſplicet at quis
Quot ſternat, quot equique imani põdere frangat
Altomorus? quis & occiſæ modò nomina Gentis?
Lædere quiſque modos, varias cædumq; figuras?
Nullus adeſt vltra, ferrum qui incurrere in illud
Audeat: & ſignum vel longè inuadere præſtet.
Gyldippe tantùm frontem conuertit in illum:
Collibuitque ſibi clarum feciſſe periclum.
Nulla vnquã propè Thermodontẽ aptauit Amazõ
Vel peltam cubito, valida ſiue vſa bipenni
Tanto auſu, horrifici vt Perſæ obuiat illa furori,
Qua nitet ex auro ſupra galeam diadema
Icit, eam fregit, caput inclinare ſuperbum
Cogitur. At ſuprema iniuria Rege putatur:
Nec fuit vlciſci lentus: nam tempore eodem
Offenſa, & vindicta fuit. Sic Fœmina læſa eſt
In fronte, vt ſteterit ſenſũ, atque orbata vigore:
Nique in equo à proprio Sponſo ſuffulta, cadebat.
Horum vel fortuna foret, ſua fortèue virtus;
Id ſibi ſuffecit, non vltra perculit illam:
Vt Leo magnanimus, qui hominẽ in tellure iacentẽ
Deſerat, haud curans, videat, procedat & vltrà
Interea Ormundus, fuerat cui credita cura
Impia; Chriſtiadas falſis ſe miſcuit inter
Signis cum conſpiratis Conſortibus vnà.
Sic hoſtes ouium, qui ſub caligine cæca
Tempore nocturno demonſtrant ſigna latrantum,
Tecta petunt pecudũ, explorãt qua ducère ſe intrò
Parte queant dubiam caudam ſub ventre premẽtes.
Aduentare: procul neue à latere Ethnicus acer
Gotredi ſtabat; cum falſa Inſignia vidit
Candidi, & aurati, clamauit Proditor ecce
Veſtibus in fictis ſimulans ſe oſtendere Francum.

In caput ecce meum Coniurati, ecce Sodales
Iam veniunt. Ita fans I. fidum inuaſit, & illum
Vulnere lethifero percuſſit: & impius ille
Haud ferit, haud tutat, nec ſemet retrahit vnquã;
Sed veluti ante oculos extet diriſſima Gorgon,
(Et tamẽ antè fuit tã audax) nunc petra, geluq; eſt.
Quælibet haſta, mucro quiuis opponitur illis:
Atque in eos iaculis vacuatur quæque pharetra.
In tot fruſta Ormundus abit, cunctique ſodales,
Vt neque defunctis maneat tunc corpus inane.
Sãguine vt hoſtili eſt ſparſus, ſe in prælia deſert
Bullio: vertit vbi iunctas mage ſoluere cernit
Dux Perſarum acies: & iam ſua fuſa Caterua
Sicut ab auſtrali vento afer puluis abiret.
Currit eò, carpitque ſuos, minitatur, & vnà,
Qui fugiunt ſiſtit, durumque inuadit agentem.
Hic ambo incipiunt Heròès bella feroces,
Qualia nec Xantus conſpexerit, Ida nec vnquam.
Interea verò ſequitur certamen acerbum
Cum forti Balduino alibi, & Mulèàſſe pedeſtre.
Nec minus eſt ardens alter conflictus equeſtris,
Qui propè fit collem, ac alia de parte ſuprema:
Ductor vbi gentis decertat barbarus ipſe,
Iunctaque habet ſecum geminorum corpora Regũ.
Turbarum moderans crudelem, alterque Robertus:
Pugnam ineunt animis paribus, virtute parique:
Sed ferus alterius galeam iam diſcidit Indus:
Armaque ei diloricat, diffindit & vnà.
Qui forti obſiſtat Tiſaferno certus vt hoſtis,
Et pariter dignus, non eſt certamine in iſto;
Aſt illò diſcurrit, vbi mage denſa Caterua:
Et varias ſtrages hic, multaque funera miſcet.
Talis erat pugna, & ſpes valde mixta timori.
Vndique repletus ſpectatur lumine campus:
Fracta haſta, ruptis clypeis atque ære reſecto:
Pectore ſub gladijs, alijs in ventreque fixis,
Pluribus ac alijs, qui ipſa tellure iacebant:
Cernis & innumera extinctorum corpora fuſa,
Ore ſupino hæc, illa ad terram, pronaque vultu,

Quæ,

Quæ rigidum mordere ſolùm, ore videntur.
Iuxta Herum ſonipes iacet: extinctuſq; Sodalis
Conſortem propè, proſtratus iacet hoſtis ad hoſtē,
Defunctum viuus, deuictum victor & ipſe
Sæpe ſuper iacet. Auditur non clamor ibidem
Expreſſus; tantùm qu d rauci, neſcio quidque
Confuſi. Fremitus ſuriales murmur & iræ,
Languentis gemitus, ſumam expirantis & auram:
Arma prius fuerunt quæ iucundiſſima viſu,
Nunc mœſtam referunt faciē. Nam fulgor adeptus
Ferro eſt iam radios rutilantes perdidit aurum:
Pulchris neue coloribus vlla relicta venuſtas.
Quicquid erat criſtis ornatus, quodque decoris,
Nunc teritur. Fuſo quæ non admixta cruori,
Obruit & puluis. Speciem ſic agmina bina
Mutarant: Arabes tunc, Maurique Æthiopeſque,
Qui lateris partes ſummas retinere ſiniſtri,
Se dilatabant, hoſtes quò cingere poſſent.
Iamque Sagittari, fundas itidemque Gerentes
Eminus vrgebant ſaxis Francùm, atque ſagittis;
Quando ſuam Turmam, ſe ſe mouitque Rinaldus:
Et tremor eſt viſus Terræ, Cœlique tonitru.
Aſſimirus erat Meròès fortiſſimus inter
Æthioporum acies. Cōiunctum vbi pectore collū
Hunc ferit; exanimos inter mittitque Rinaldus.
Pòſt vbi non modicum palmæ dulcedo cruoris
Hoſtici, & interitus ardorem mouit in acri
Victore, haud credēda quaſi, & monſtroſa patrauit.
Ille neces numero maiores, quàm intulit ictus;
Ictuum ſi caderet tempeſtas crebra ſuorum.
Creditur vt Serpens linguas vibrare triſulcas,
Sic vna celer eſt enſes exterrita ternos
Gens ita veloci dextra tractare Rinaldum
Credere. Motu oculus luſus falſiſſima credit;
Terror ijſque fidem monſtris conceptus adauget:
Alterum in alterius proſtrauit ſanguine Nigros
Et Lybicos Reges. Tanto Socijque furore
Accenſi aſſiliunt alios. Contempta cadebat
Ethnica Plebs vitæ nullo tutamine prorſus.

Hæc ſtrages; non pugna eſt. ferrũ hi, guttur & illi
Obijciunt. Faciem paruo ſed tempore vertunt
Inſigni magna accipientes vulnera parte.
Turba fugam capiunt: talique timore premũtur,
Separet vt ſtructas acies, diſſoluat & omnes;
Attamen inſequitur, penitus dum fuderit illas.
Poſtea magnanimus victor ſe colligit ales,
Qui minus in citiùs fugientes cernitur atrox.
Ventus vt in ſyluas, & colles duplicat iras,
Et flabra, dum ſe ſe opponunt luctamine in ipſo;
Flamine ſed placido mage in aruis perflat apertis.
Quale Salum ſpumat, ſcopulos efferuet & inter:
Lenius ac vndas ſpatio conuoluit inani:
Sic vbi erat minus obſtacli, minùs atque furoris
In propria dextra monſtrabat, & enſe Rinaldus.
Aſt premere indignatus fruſtra terga fugacis:
Haud lentus proprium tardauit vertere curſum
In Pedites, quos dudum Arabus protexit, & Afer:
Nunc nudi latere ex illo; & qui ferre valebat
Auxilium, aut cecidit, multò vel diſſitus illis.
Tranſuerſum ruit exardens cataphractaque magno
Impete percellit Cuneos tunc Turma pedeſtres.
Haſtas confregit, violens obſtacula vicit,
In medium irrupit, fudit, proſtrauit & illos:
Lentior aut grandó, aut ventus proſternit ariſtas.
Sanguine ſtratus ager, membris, armiſq; foratis:
Calcat eum currens Equitatus, tranſit & vltra.
Venit ad Armidam, in curru quæ ſtabat, & auro
Militis in morem: aſſeclis tegiturque Dynaſtis
Nobilibus latere ex omni, tegiturque ab Amaſcis.
Lumine eum irato ſpectat, votoque trementi,
De ſignis notum. Hic mutatur in ore puſillùm;
Illà fit antè gelu deinde euadit in ignem.
Fortis Eques currum declinat, tranſit & vltrà,
Inſimulatque virum, qui alijs apprimà laboret.
Coniurata Procum at nullo certamine abire
Non dat Turba ſuum, mucronem hic ſtringit in illũ,
Dirigit ille haſtam: aptauit iam miſſile neruo
Ipſamet. Vrgebat palmas acuebat & iram.

Iſtas

Iſtas ſed lenibat Amor, ſoluſque premebat.
Contra iram ſurrexit Amor, quod viuit & ignis.
Virgo ſuus, prodit, cordis quem condidit arca.
Ter palmam extendit, quò tela vibraret acuta,
Et poſuit ter, ſeque repreſſit. Denique vicit
Ira: arcum tendit, torquetque volatile ferrum;
Dum volat aſt illud, ſubitò quòd vadat inane
Egreditur votum. Certè iaculum ipſa reuerti
Expeteret, velletque etiam in ſua corda redire.
Sic pollebat Amor victus: quid victor in illa?
Firma nec in voto; ipſius ſe pœnitet inde:
Et Furor in proprio diſcordi pectore gliſcit.
Sic modò formidat, plenè modò tangere telum
Optat: proſequiturque oculis; verùm irritus ictus
Non fuit omnino: thoracem venit ad vſque
Durum Equitis. durum Mulieris quippe ſagittę,
Quæ non lædit, ibi mollis ſe ſe immò retundit.
Terga deinde Heros vertit: tunc cogitat illa
Se ſperni, multòque magis ſuccenditur ira.
Sæpe iacit telum, & plagam non imprimit vllam;
Quin dum iactat, Amor vulnus configit in ipſam.
Ergo ne (dicebat) ſic impenetrabilis iſte,
Hoſtiles penitus vires vt negligat omnes?
Membra ne tam duro veluti cor Iaſpide veſtit?
Siue oculi ictus, ſiue manus nil pollet in illum:
Sic durus rigor eſt, quo tutus redditur idem:
Vincor inermis ego Armida, ipſa armataq; vincor;
Ipſamet Hoſtis, Amans pariter contemnor ab illo.
Nunc mihi quę ſupereſt ars aut quę denique forma
Sumere quam valeam? infelix! Heroibus vllam
Spem nequeo poſuiſſe meis, quod luce videre
Mi videor, quin contra iſtius robora tanta
Inualidas vires cunctas, cuncta armaque cerno.
Ex ducibuſque ſuis alios miſerè illa iacentes,
Proſtratos alios oculis, victoſque videbat.
Impos ſola ſuis eſt ſe defendere telis:
Iam ſe captiuam, iam ſeruam exiſtimat eſſe:
Se tutam reddit minus, etſi detinet arma.
Se propè fortem arcum Dianæ, & Palladis haſtam,

Qualis Olor timidus,quem iam ſuper aſtat adunco
Vngue Iouis volucris ; niueas qui deijcit alas,
Se glomeratque ſolo : ſic exhorrentia membra
Huius erant. Sed qui fortis retinere tetendit
Cedentes Perſarum acies, quæ & terga dediſſent,
Altomorus Princeps oculos vbi fixit in illam,
Quā peramando colit; procurrit eò, aduolat imò:
Atque decus proprium,proprias aciesq; relinquit.
Hæc modò ſeruetur; totus vel corruat Orbis.
Non benè defenſi currus ſe ſe efficit acrem
Ille Ducem, ferroque viam ipſi reddit apertam.
Funditur at Gottifredo, fortique Rinaldo,
Sternitur atque acies illius tempore eodem.
Hæc videt,& patitur: melius næ munera Amantis,
Quàm Ducis exequitur. Cum ſe ſe Armida recepit
In tutum, ſe fert in opem ſed tempore inapto
Ad victos. Latere ex illo eſt omnino profuſus
Miles. Ab oppoſito noſtri liquereque campum
Paganæ Genti, vertereque terga Robertus
Alter, vix euaſit in ore, ac pectore læſus:
Alter ineſt manibus fortis captiuus Adraſti.
Sic æquè diuiſa erat aſpera, & horrida clades.
Tunc proprias acies Gofredus tempore nacto
Denuo diſponit, citus & pugnare reuertit:
Mox ita perfectum cornu hoc incurrit in illud.
Tingitur vnumquodque hoſtili ſanguine multo:
Quodque triumphali ſpolio ſe munit & ornat.
Partibus ex cunctis emanat palma, decuſque.
Fortuna, & medijs dubius mars errat in armis
Dum viget hæc pugna; aſcendit faſtigia Turris
Ad lumen Sultanus atrox, & ſicut agone
Atque theatrali poſitu (ſi diffitus eſſet)
Proſpexit tragicos hominis miſerabilis actus:
Aſſultus varios, horrorem Mortis & acrem,
Et ludos caſus mirandos, fortis & vnà.
Subſtitit attonitus viſu: ſuccenſus & inde
Alto operi, & caſtrorum optauit adeſſe periclo.
Caſſida mox cepit; reliquum iam tegmen habebat.
Eia eia clamat non amplius ipſe morabor,

Aut vincēdū hodie, aut ferro Mors pulchra petēda
Vel ſit fortè Poli Numen quod dictat in illo
Conſilium præceps : vllæ ne hac luce ſuperſint
Relliquiæ Imperij Iudæę, proximus aut ſit
Iam Morti, ſe illi compulſum occurrere ſentit;
Portam aperit citus, improuiſaque prælia defert.
Et minus expectat ſocios exire vocatos,
Egreditur ſolus: coniunctos mille laceſſit
Hoſtes : milleque ſe ſolus commiſcuit inter.
Impete verò ſuo vt rapti reliqui inde ſequuntur,
Ipſeq; Aladdinus quamquā conſumptus ab annis,
Qui timidus, cautuſque fuit modò nulla paueſcit:
Non eſt hoc ſperantis opus; magis acta Furentis.
Quos primi reperit, procumbunt ictibus acris
Horrificis Turcæ: eſt velox in morte ferenda
Sic, vt homo videat cæſos, non mittere cædi.
A' primis ad poſtremos voce vſque vigente
Mox penetrat terror, pertranſit famaque triſtis;
Vulgus vt Aſſyriæ tam fidum multà tumultuans
Iam quaſi diffugeret. Verùm terrore minori
Ordo, locus benè ſeruatus Guaſcone, periclò
Proximus extiterit licet, atq; ex tempore quaſſus.
Dens vnquam nullus, pariter non vllus & vnguis
Se Pecudum infecit gregibus, turmiſue volantum:
Principis vt mucro Soldani tinctus in illis.
Iſte famens multùm, multùm eſſe, voraxq; videtur
Membra quaſi paſcit rabidè, ſugitque cruorem.
Iunctus Aladdino iunctus turbæque ſequaci
Fundit, & icit eos, quibus obſidione premuntur.
Aſt vbi Solmanus dextra fida agmina fundit,
Abſque mora Raimundus adeſt, nec pertimet illū,
Antè graui fuerit quantumuis vulnere læſus.
Aggreditur rurſum, rurſum ſed decidit Heros:
Percuſſus ferro hoſtili quà offenſus & antè:
Culpa graues tantùm ipſius confertur in annos
Magnorum quibus eſt ictùm intolerabile pondus.
Aggreſſus fuit à centum mucronibus ille,
Et clypeis totidem defenſus tempore eodem.
Tranſcurrit Soldanus eum, vel funera credat

Inter, vel facilem prædam ſibi cenſeat eſſe;
Sauciat at reliquos, obtruncat, mactat & enſe;
Exigua in platea verè magnalia patrat.
Inde nouæ cladis ſegetem ducente furore
Quæritat hic aliò. Qualis de paupere menſa
Actus homo eſurie plena ad conuiuia vadit;
Sanguine ſic rabidam maiora ad prælia currit,
Expleat ipſe famem. Per diruta mœnia velox
Deſcendens, quaſi auis volitat certamen ad ingens.
At furor in ſocijs remanet, timor hoſtibus ipſis
Corde prius captus: palmā ſtudet agmen, & vnum
Quærere quam cœptam tantummodò liquerat ille.
Aitetum & obſiſtit, ſigno ſed vertere terga
Cedebat retrahens ſenſim veſtigia Guaſco;
Aſſyriæ verò Populus diſperſus abibat.
Immodicus clamor Tancredi venit ad aures
[Illius hoſpitiū propè erāt). Mox lāguida mēbra
Erigit; aſcendit culmen, fert lumina circum;
Aſpicit & Comitem ſtratum, greſſuſque referre:
Quamplures, alios fugiſſe, iuiſſeque ſparſos,
Viuida magnanimo nullo deeſt tempore virtus.
Debile quòd languet corpus non languet & ipſa;
Saucia ſed reſtaurat ei pro ſanguine membra.
Armat is actutum clypeo grauiore ſiniſtram;
Ægræ nec dat ei pondus: denudat & enſem
Dextera (ideſt forti ſatis) vltra nilque moratur.
Deſcendit, clamat, quò fertis crura fugaces.
Siccine Ductorem veſtrum hoſtis linquere prædā?
Pro ne triumphali ſigno egregia illius arma
Delubra expandent mahometis, & impia claustra?
Rura reuiſentes Aquitanûm dicite Natō
Quod perijt genitor, ſegnes vbi terga dediſtis.
Sic affatur eos, ac nudum pectus, & ægrum
Fortibus armatis mille eſt defenſio prompta.
Atque graui clypeo, quem tauro corpora ſeptem
Componunt ſuper impoſita, & cū tegmine aheno
Enſibus, & telis Raimundum protegit; hoſtes
Sic remouet ferro, vt tutus ſit, ſicut ad vmbram
Reſpiranſque breui ſurgit ſub tegmine fido.

Exceptus Senior, Duplici ſuccenditur igne
Cor ira, oſque pudore, ac lumina vertit vbique;
Acrem vt eum, cui iam percuſſus cernere poſſit.
Neue videns, fremit, in ſectantes præparat eius
Vindictam: redeunt Aquitani, ac inſimul omnes
Cum Duce ſe iungunt, læſus qui vlciſcier ardet.
Quæ prius audebat tantùm nunc turma paueſcit:
In quibus horror erat, nunc id audacia regnat:
Qui premeret cedit; preſſat modò qui ante receſſit:
Ictu ſic oculi res immutantur in vno.
Nunc benè par reddit Raimundus; funera namque
Ille manu propria centum pro vno exigit ictu.
Dum ſtudet aſt ira, atq; pudorē effundere in altos,
Inſigneſque Duces, regni almi luce Tyrannùm
Pugnantem primos inter videt, impetit illum,
Fronte ferit, ſigno atque iterum percellit in ipſo;
Rex cadit hoc tandem, terram gemituq; tremendo
Sceptrū vbi ſuſtinuit, moribundus mordet eamdē.
Dux quoniam eſt abſens vnus, lethatus & alter;
In reliquis variç curæ, diuerſaque mens eſt.
Pectore beluæ alij nulla ſpe more furentis
Occurrunt armis: alij vitare putantes,
Mortem, tecta priora petunt, Commixtus at illis
Ingreditur Victor, prædę laudabili, & almę
Imponit finem. Capta eſt fortiſſima ſic arx:
Qui fugit & ſcandens ſcalas, aut limine primo
Oppetit. Illius Raimundus culmina ſcandit,
Et capit in dextra Vexillum: caſtraque contra
Explicat obtentę palmę iam nobile Signum.
Soldanus nec id aſpectat, nam diſſitus illinc,
Aduenit & pugnam. Aduenit aſt campū ille rubentē
Qui magis, atque magis profuſo ſanguine inundat
Aſſiduè; regnum iam apparet; Mortis adeſſe,
Quæ ſpatietur ibi, proprios tendatque triumphos.
Cernit equū ſine Rectore, & cum pendulâ habena,
Tranſcurrens Socios qui ſe ſe detulit extra;
Lora manu prendit, vacuum conſcendit & ipſum;
Poſtque agit ad curſum. Saracenis attulit ingens
Auxilium laſſis trepidiſque; aſt tempore paruo.

Horrificum, at breue tu potuiſſes dicere fulmen;
Quod veniat minus expectatum, & tranſeat vltrà
Curſus verò ſui nonten veſtigia fractis
Rupibus æternùm maneat: centum, vltràq; ſtrauit.
Non tamen vlla dies nomen, famamque duorum
Delebit. Duros caſus veſtros, inſignia geſta
Sponſi Gyldippe ac Odoardus [carmina ſiquid
Noſtra valent] inter rara, ingenioſaque ponam:
Secula quò vos virtutis, portentaque amoris
Monſtrent: atque ſuis lacrymis vir tactus amore
Cũ pulchro interitu veſtro mea carmina honoret.
Fortis equum Mulier conuertit quò ille metebat
Crudelis gladio Gentes, bis perculit illum:
In latus infixit plagam, vmbonemque diremit.
Barbarus inclamat (de habitu cognouerat iſtam)
En Puſa en & Amans. Tibi quàm cõduceret, o quã
Si tractaret acum, & fuſum tua dextera, & enſe
Pro capitis defenſa, priuarereque Amaſco.
Conticuit: multò mage ſuccenſuſque furore
Ictum adeò audacem direxit, ſicque ferocem,
Fregerit armorumque moras, penetrarit & illud
Pectus, quod ſolos ictus admiſit amoris.
Deſerit extemplò frænum, & languere videtur.
Hoc aſpectat amans, fortis Defenſor iniquæ,
Non lentus. Quid agat modò? quãdò tẽpore eodẽ
Ira, ſimul Pietas hùc illùc incitat illum.
Qui iam iam cadit hæc proprium ſuſtentet amorẽ:
Offenſoris ea vltricem feſtinet ad iram.
Suadet Amor, quòd nec Pietas, nec ſpreta ſit Ira.
Continuò palma currit fulcire ſiniſtra,
Et cor iratum dextra ſatiare laborat.
Fortem adeo vis diuiſa at quid poſſit in hoſtem?
Non ſuſtentat eam, Occiſori funus Amatæ
Nec fert. Vxoris fulcrum ſecat immo lacertum:
Sic cadit in terram ſubitò fulcimine licta:
Artubus ille ſuis compreſſit & ipſius artus,
Ceu vlmum, cui ſe glomerat circùm atq; maritat
Vitis; ſi ſeſecet ferrum, turbone refringat
Illico humi ſecum vitem trahit illa maritam,
Fron-

Frondeque deueſtit viridi ſe ie vnde perornat,
Proterit atq; viias. Mage quæ ſe occũbit ad ipſum,
Quàm proprio fato, Sponſa, mœrere videtur.
Sic cadit ille: doletque polus quòd iunxerit illam
Æternùm ſibi conſortem. Depromere verba
Vellent, & nequeunt: ſua ſunt ſuſpiria verba.
Alter in alterius vultum mœrentia lumina figit:
Alter in alterius complexum ſe dat, & vnit
Dum datur: atque dies ambobus tempore eodem
Clauditur. vniteque Animæ ſic corpora linquunt.
Fama volat, caſum rumor confirmat acerbum:
Hunc audit Rinnaldus item; ſed certior ipſe
Redditur à nuntio, ira, dolor, fas, nexus amoris,
Vindictam faciunt, ſubitò ſe vertat ad altam.
Magnus ei verò callem præcludit Adraſtus,
Ipſoſque ante oculos Soldani dimicat acer.
Non dubijs ſignis clamat Rex efferus altè.
Denique quem quæro tu es, quem deſidero mirè:
Non ſcutum eſt, quod ego non mirer, ritèq; ſignẽ:
Hocque die toto te appello nomine fruſtra.
Nunc ego vindictæ potero ſoluiſſe Maconi
Vota mea tibi deciſa ceruice ſuperba.
Iàm tandem in medium virtuſq; Furorque feratur,
Lethifer Armidæ tu Hoſtis, Defenſor & ipſe.
Sic vocat ad pugnam, horrendis ac ictibus icit,
Temporibus primùm, in collo poſt: Attamen ille
Caſſida fatalè haud ſcindit, (quis findere poſſit?)
Sed quatit in ſella ſemel, & bis. Intulit iſti
Rinnaldus plagam in latus, ars vt prorſus inanis
Eſſet apollinea. Immenſum caput occidit, & Rex
Inuictus, decus atque vni conceditur ictui.
Surgit ibi cum horrore ſtupor, terroreq; mixtus,
Corda rigent circum toto cum ſanguine ſtantum,
Solmanuſque ictum, qui vidit lumine mirum,
Cordèque turbatur multùm, palleſcit & ore,
Morteque præuiſa curarum fluctuat æſtu,
Et quid agat neſcit: (res admirabilis ipſi)
Cuncta ſed in terris lex non ne æterna gubernat?
Turbida non nunquam proprijs vt ſomnia cernit

In breuibus ſomnis Ægrotus, mentis inopſue:
Velle ſibi ad curſum diſtendere membra videtur,
Angique in caſſum: laſſus pes, palmaque ſegnis,
Non ſolita vi reſpondet cum poſtulat vſus.
Soluere vult linguam interdùm proferreque verba:
Sed vox non ſequitur minus vllaq; verba ſequuntur.
Sic Soldanus ad aſſultum tunc currere vellet,
Et tendit, ſolitas at non ſe nouit in ipſo.
Iras, ſeque minus cognoſcit robore fracto.
Quotque ſuo ſcintillæ auſus in pectore ſurgunt!
Tot ſuus extinguit tacitus, celatus & horror.
Ambiguus varios ſenſus in mente volutat;
Neue fugam tentare putat, nec cedere retrò.
Peruenit ad dubium victor: præcedit & ipſe.
Dum venit, (aut credat) celeri motu, atq; furore,
Corpore & excelſo quēuis, modicùm ille repugnat;
Attamen emoriens generoſum haud deſerit vſum.
Non ictus vitat, gemitum non pectore mittit:
Non actus edit, capitis niſi more ſuperbi.
Poſtquàm Soldanus crebro certamine longo,
Decidit, & crebrò Antei ſurrexit ad inſtar:
Acrior, inuitus calcauit denique terram,
Semper ibi vt iaceat: mox circùm fama volauit:
Et varians ſors more ſuo, & mutabilis errans,
Amplius in dubio non auſa eſt ponere palmam.
Deſtitit errare & ſe ſub Ductoribus ipſis
Francorum iunxit, cumque illis prælia geſſit.
Iam fugiunt non tantùm alij, ſed Regia Turma,
Neruus vbi melior Gentis collectus èòq;
Dicta fuit maior fato, inſuperabilis armis;
Nunc cadat eſt opus in probrum eius nominis alti.
Signiferum aſt Emirenus, qui fugiebat ab hoſte,
Detinet, ac verbis illum inſectatur acerbis.
Ille ne non es, quem delegi ex millibus vnum
Principis ipſe mei vt vexilla ſuperba teneres?
Non hoc vexillum Rimedon tibi deinde retrorſum
Vt referas dederā. Ergo Ducem tu conſpicis hoſti
Pūgnantem, & ſegnis fugitas, ſolùmque relinquis?
Quid vis? te columē? mecū modò flectito greſſus:

Correptum per iter morti certiſſimè aditur.
Dimicet hic, ſaluam qui vult producere vitam.
Semita honoris adeſt quoque ſemita tuta ſalutis.
Ad pugnā ille redit, multùm quē dedecus vrit;
In reliquos verò dictis magis vtitur aſpris:
Interdumque minis intentat, ſauciat atque,
Sic ferro occurrit, ferrum qui multà paueſcit.
Fracti ita pars melior cornu inſtauratur ab illo,
Propterea nec adhuc prorſus ſpem perdidit omnē.
Et Tiſafernus, qui nondum veſtigia torſit,
Præ reliquis animos addit. Miranda patrauit
Sole illo. Normanni fuſi abiere per illum:
De Belga edidit horrendam ſtragem atque peremit
Ruggerium cum Gernerio, fortemque Gherardum
Quod geſtis properam æterni produxit honoris:
Ad culmen vitam; haud vltrà quaſi degere curet,
Perquirit pugnæ maius diſcrimen acerbæ.
Conſpicit ille Rinaldum: nam per ſigna pateſcit,
Ceruleus quamquā color eſt cum ſanguine mixtus,
Et ſua tincta Aquila: ingens mox ait ecce periclū.
Hic cœlum oro meis; vt magnis auſibus adſit:
Armida & ſpectet vindictam ardenter amatam.
O Maco fac vincam, Fanum victa arma tenebit.
Talia poſcebat votis; abiereque vana:
Nam Maco ſurdus erat; nil percipiebat & aure.
Ceu Leo magnanimus natiuam vt ſuſcitet in ſe
Sæuitiem, cauda vt loro ſua membra flagellat;
Ille ſuas ſic ingentes exſuſcitat iras,
Haſque acuit cote, & flammis accendit amoris.
Robora cuncta legit, grauibus ſe ſeque ſub armis
Colligit, vrget equum, & ſe defert acer in hoſtem
Contraque eum quē aggreſſoris conſpexit in actu
Mouit Eques proprium fidens extemplò Latinus.
Ceſſit eis magnam plateam, conuertit & omnis
Proxima Gens ad ſpectaclum ſua lumina dirum.
Æthiopis fuerunt ictus tot, totque Latini
Herois, varijque; quaſi admiratio magna
Irarum affectuſque ſui caſuumque ſuorum
Vt reliquis tulerit lethea obliuia cunctis.

Percutit aſt vnus tantum, ſed percutit alter;
Atque ferit, vi plus valet, & melioribus armis.
Sanguine profuſo campum Tiſafernus inundat
Caſſida diſciſſus, nec nō læuā Ægide inermis. (ſtat.
Pulchra Maga infractas ocreas, mage languida ſpe-
Membra ſui herois: reliquos ſic occupat horror,
Infirmum vt iam nectat eos, ac debile vinclum.
Tot ſæuis Ducibus iam vallata, atque protecta
In proprio curru tunc ſola remanſerat illa.
Seruitium metuit: vitam producere abhorret:
Non ſibi ſpes palmæ, & vindictæ eſt. Capta furore,
Atque timore ſimul deſcendit, equum inſilit ales.
It, fugit, & ſecum contendunt iraque; amorque
Ad latus aſſiduè latrantum more duorum.
Sic acri ex pugna fugeret Regina Canopi
Tempore iam priſco, & fidum in diſcrimine Ponti
Auguſtum contra felicem liquit Amaſcum:
Qui ſibi amore minus iuſtus fugientia lina
Eſt citò ſectatus. Tacitam huius quippe fugamque
Sectabatur equo Tiſafernus; at impedit alter.
Paganus quoniam non vltra cernit Amaſcam,
Ille putat lucem, Titanaque linquere terras:
Exſpes qui retinebatur ſe vertit in hoſtem,
Fronteque percellit. Leuius næ decidit ingens
Malleus è dextra Brontis cùm fulmina torta
Fabricat. Ingentique ictu ſic ille grauatur,
Atcuet vt frontem percuſſam pectus ad vſque.
Erigit actutùm generoſus membra Rinaldus,
Euibrat & ferrum, & duplicem thoraca refringens
Scindit ei coſtas, mucronem cordeque mergit
In medio, vitalis vbi noſtra aura locatur.
Sic intus penetrans eſt vt duo vulnera figat,
Pectore Pagani nimirum, parteque tergi:
Cedere ſic animæ fugienti eſt ſemita duplex.
Tunc magnus ſiſtit Victor, ſpectatque Rinaldus
Quò petat aggreſſum, quò ſubſidiumque reportet.
Non aciem integram Paganûm conſpicit vllam,
Cuncta ſed illorum in tellure iacentia ſigna.
Cædibus hic ponit finem; atque videtur in ipſo

Mar-

Martius ille furor reſtingui. Mitior idem
Eſt factus: ſuccurrit ei quod Fœmina ſola
Effugit, atque dolens. Illam viditque fugacem:
Nunc curet pietas poſcit, tractetque benignè.
Seque Equitem ipſius meminit, cum abſceſſit eadē
Pollicitum. Rapidè currit poſt terga fugacis,
Et quò calcata à Pedibus veſtigia linquit.
Interea illa venit clausũ vmbris,multàq;opertũ
Ad clauſtrum,tacitæMorti appoſitum eſſe videtur;
Eſt ſibi pergratum, caſu quòd ducta ſit illùc.
Hìc deſcēdit equo,hìc pharetrã,arcũ,cęteraq;arma
Depoſuit dicens ſic. Infelicia tela,
Turpia tela, quòd exijſtis. Certamine ſicca,
Hìc vos depono: atque hìc vos eſtote ſepulta,
Namque meas offenſas vos non vlta fuiſtis.
Aſt vnum ſaltem nec erit, quod ſanguine noſtro
Audeat hocce die inter tot ſe ſpargere telum?
Alterius vobis ſi omne ex adamante videtur
Pectus; fœmineo poteritis vulnera ferre?
Pectus in hocce meum ſit laus, & gloria veſtra;
Quod ſe offert vobis nudũ. Eſt non ferreũ ad ictus:
Teſtis Amor, iactat qui nunquam ſpicula in illud
Incaſſum. In me (nam vobis lapſam ipſe remitto
ſegnitiem) valida, & voſmet monſtretis acuta:
O miſeram Armidam! quali modò ſorte teneris,
Si tantùm à vobis mihi fas ſperare ſalutem?
Quòd mihi non aliud reſtat medicamen, & aptum,
Telorum vulnus conſanet vulnus amoris:
Et mea ſuccedat Mors pro medicamine cordis.
O me felicem! hanc peſtem ſi in funere mecum
Non fero, ne ſtygij inficiat quoq; tecta Tyranni.
Siſtat Amor; mecum tantùm iungatur & Ira;
Vmbræ ſitque meæ comes indiuiſa perennis:
Torqueat aut cæcis cum ipſa veſtigia Regnis
Impia coram illo, mihi qui ludibria fecit:
Et ſe ſe demonſtret ei ſic, noctibus atris
Vt ferat horribibes vſque, implacidaſque quietes.
Ora premit: telum pungentius illa legebat,
Quando venit Eques, fato viditque propinquam

Su-

Supremo . Iam compoſuit ſe barbaro in actu :
Pallida iam vultu , nihil eſt niſi mortis imago.
Aſſilit à tergo illam , mox carpitque lacertum ,
Cuſpida qui diram contra iam pectora tendit
Vertitur Armida atque illum mirata repentè ,
(Non præſenſit enim cum primùm acceſſit ad ipsã)
Clamorem dedit , ac vultu indignata retorſit
Lumina Dilecto , & languit: Miſera illa cadebat
Semis vt inciſus flos collum debile flectens :
Suſtentauit Eques . Columen laterique lacerto,
Fecit ; laxauitque ſinum propè vincula veſtis.
Os lacrymaque aliqua miſeræ , pectuſque veuuſtũ.
Rorauit . Qualis roſa pulchrum amiſſa colorem.
Manè ſuum recipit conſperſo rore decorem ;
Haud aliter madidum vultum rediuiua leuauit
Non proprijs lacrymis . Oculos ter ſuſtulit ipſa ;
Et ter deiecit Carum renuitque tueri .
Languidulaq; manu fortem indignata lacertum ,
Qui ſibi fulcimen , repulit ; conata bis , & ter ,
Attamen haud potuit tali ſe ſoluere cura :
Cinxit eam ſiquidem magis arctè . Deniq; nodum.
Intra illum collecta ſibi fortaſsè cupitum
(Si ſimulet) nunquam ad faciem ſe lumine vertens,
Fundere torrentes exorſa eſt talia dicens .
O ſemper quando vel abis, vel quando reuertis
Crudelis pariter , quò quò perduceris ipſe?
Mirum ! homicida vetet Mortẽ, ſit cauſaque vitæ !
Me ſeruare ſtudes? quæ pœnæ, quodque paratur
Dedecus Armidæ ? infidi benè noſco ego technas ;
Sed nihil is pollet, qui animam expirare nequiuit.
Quippè tuum decus euadet tibi multà minutum,
Capta niſi Mulier modò per vim , prodita & antè
Indice monſtretur duris innexa catenis ,
Et currum ante tuum pompali ducta Triumpho.
Id tua maior erit laus . Pacem olim ipſa petiui
Et vitam : modò diſſolui per funera planctu
Dulce foret ; ſed ego non abs te deprecor illa,
Omne tuæ munus dextræ mihi namque peroſum ,
Sæuitiæ me (ſpero) tua ter Barbare me ipſam
Solue.

Soluere. Si arma catenatæ, ſi vincla, venenum,
Si foueæ deerunt altæ, eſt quoque ſemita Mortis
Certa mihi, & nullo pacto prohibere valebis:
[Sitque Polo laus] blanditijs iam parce doloſis.
Ah benè quā ſimulat, ſpes quā benè ſuſcitat ægras.
Sic ea lamentabatur; cum flebili & vnda,
Qualem Amor ex oculis deducit, & Ira venuſtis,
Ille per ardentem planctum confundit abundè
In quo mirificè pietas, & caſta refulget:
Dulcibus atque modis ſic. Cor Armida ſerena
Denq; turbatum: haud probris, te deſtino regno:
Non Hoſtis; tuus at Defenſor, Seruus & vnà.
Si tibi non ſedeat noſtris quoque credere verbis;
Ipſa meo fidei inſpectato lumine zelum.
Sede tui cari, in qua regnauere Parentes
Ponere te iuro. O Cœlum tibi nubila cultus
Auferat idolùm: vellem tibi Solis ab ortu
Nulla foret ſimilis regali ſorte profectò.
Sic loquitur, ſic exorat linguamque precantem
Nunc lacrymis ſociat, gemitu nunc calfacit acri:
Ceu niueus Mons ardet vbi Sol, Aura tepenſue
Perflat; ſic in ea ſtabilis diſſoluitur ira;
Vota manerque alia. En tua dixit denique Serua:
Vtere me qui vis, mihi erit lex nictus & ipſe.
Interea Ægypti Ductor regale tuetur
Vexillum in terra, atque ictu Rimedonta ferocem
Gofredi valido tenebroſa in tartara mitti:
Atque ſua Gentis reliquum fuſæ, atque peremptæ;
Fine nec in duro ſegnis vult ille videri.
Illuſtrem petit illuſtris per vulnera dextræ
Interitum; interitum ſtudio nec quærit inani.
Inuictum ales Equum in Gottifredū incitat acrem
(Hoſtem namque magis dignū cognoſcere neſcit)
Quā trans ille meat, quò & peruenit, vltima ſigna
Spe vacuæ præbet virtutis. At Eminus antè
Ecce tuo (clamat) venio perimendus ab enſe.
Vltimo at in caſu noſtram committere ruinam
Nitar. Ita: aduerſis concurrunt tempore eodem
Frontibus, atq; Dulci francum perfringitur vn bo;
Bra-

Brachium inerme manet læuum ferroq; ſiniſtrum :
Alter at accepit læuæ ad confinia malæ,
Talē ictum,vt ſuper obtuſus ſit factus ephippio :
Surgere dum vult ipſe cadit transfixus in aluo.
Sic Duce defuncto tanti iam parua caterua
Agminis extincti remanet. Gofredus & ardens
Corpora victa premit, victor deindeque ſiſtit:
Quod peditē Altomorū media galea,enſeq; trunco
Mille petitum haſtis aſpectat, parcite clamat.
Parcite belligeri, mihi dedas tuque Dynaſta,
Dedito te modò captiuum, Gofredus ego ſum.
Qui nec adhuc animū grandem ſubiecerat actui
Demiſſo; Æthiopis cum vulgati audit ad Arctos
Nominis illius ſonitum;quod præcipis [inquit)
Dignus es vt faciam, ipſimet porrexit & arma.
Palma tua Altomorum ſuper auri, laudis inopſq;
Non erit. Aſt auri redimet me copia noſtri
Vxoriſque piæ gemmæ, Gofredus at illi.
Non animus mihi theſauros ambire ſuperbos ;
Perſide quod legitur, quicquid vectatur ab Indis.
Tu tibi detineas: pretium non ipſe requiro
Pro vita alterius. Bello, non mercor in oris
Aut permuto Aſiæ. Credit cuſtode ſub illum,
Curſum poſt ſequitur fugientum,ad ſepta recurrūt;
Nulla ſalus & ijs ibi. Sunt hæc capta repente,
Strageque complentur. Sanguis per ſingula caſtra
Riuus vt excurrit, prædas maculatque repertas,
Barbaricas veſtes, pompas inceſtat & omnes;
Eſt ita Gofredus Victor: luciſque diurnæ
Tantum ipſi ſupereſt, Victores ducat ad vrbem
Ereptam, ad Chriſti domini ſanctiſſima tecta.
Nec depoſtus adhuc conſperſam ſanguine veſtem
Cum reliquis ſummus templum contendit ad almū
Ductor: ibi appendit victricia tela: piuſque
Hic tumulum colit inſignem, pia votaque ſoluit.

Finis Vigeſimi,& Vltimi Libri Hieroſolyma Vindicatæ R. D. Hieronymi de Placentinis Forolinienſis.

BIBLIOTECA NAZ... VITT... EMA...

ERRA-

Alia Errata ſic Corrige

Huc perducitur	8. 7.	huc nunc perducitur
Aduerſę populus fidei	15. 2.	lege
Nam popoli aduerſę fidei		
Grauiter	16. 3.	gnauiter
Vultu	17. 21.	cultu
Contemptum ſui	21. 16.	contemptumq; ſui
Vnquam	26. 15.	lege rebus
Omnia	34. 7.	omina
Succedens	59. 29.	Succendens
Autumat	34. 19.	Autumet
Nunc petit	63. 27.	hunc petit
Qui monet	65. 10.	Qui mouet
Tecum	68. 17.	Te cum
Se modo	73. 32.	Se ſe modo
Nunc animum	78. 19.	Hunc animum
Paruis	79. 26.	paruus
Abuſu	81. 37.	ab vſu
Promitteret	84. 35.	permitteret
Quò Pater	96. 19.	Quì Pater
Vtq;	96. 36.	Vtq;
Minaſq;	100. 9.	minanſq;
Rebelle	100. 26.	rebelles
Fraus	102. 28.	fraus
Ad leue	102. 39.	ah leue
Directi	107. 31.	direxti
Vtriq;	108. 22.	vtriq;
Cęlitus	109. 37.	cælicus
Aſq;	110. 30.	abſq;
Trans adigit	111. 14.	tranſadigit
Deſuper	115. 17.	Re ſuper

Tenere mihi tunc membra videntur lege
Mihi videor tunc membra tenere 119. 18.

Immenſa	132. 32.	immerſa

Vbiq;

Vbiq;	135.	13.	Vbi
Tertara	136.	24.	tartara
Eggreſsus illud	137.	9.	aggreſsus illuc
Perſpice	137.	10.	proſpice
Sernnntur	138.	19.	ſternuntur
Nutrit ac	140.	8.	nutrit ſe ac
Caua	141.	19.	cauda
Gyldippa	141.	30.	Gyldippe
E contra	141.	31.	at contra
Ceſaq:	141.	16.	Cęſaq;
Attolens	143.	10.	Attollens
Curſu	151.	33.	Curru
Nunc quid erit latet	154.	14.	lege
Quid tum erit haud ſcio			
Aſsociat	164.	1.	aſsociant.
Foca	166.	30.	loca
Succintus	173.	7.	ſuccinctus
Expandere	189.	10.	Expanderet
Audet	191.	22.	Auſit
Præſenti	194.	32.	præſenſi
Caſtra	200.	5.	clauſtra
Horribiles	214.	11.	horribilis
Temporipus	210.	2.	temporibus
Vallet	221.	32.	valet
Ac niditus	240.	18.	ac nitidum
Exanimus	248.	3.	exanimis
Fumit	248.	11.	ſumit
Deponere	248.	38.	depoſcere

Ore-horrēdo renebroſi tūc Numina Auerni lege

Horrendo ore tenebroſi tunc Numina Auerni

Arma	254.	10.	arua
Adornatum	257.	10.	ad ornatum
Victos	257.	11.	vinctos
Certeue	256.	31.	certetne
Ego profundere	258.	30.	Ego nūnc proffūdere

Credebā

Credebat	263. 10.	cedebat
Defert	266. 33.	deferet
Hoſti pons fulgidus auro	273. 19.	lege pons aureus hoſti
Tela	279. 26.	teli
Stagna Cociti	282. 32.	lege flumina auerni
Repellere	285. 20.	reppellere
Nudatum frontem	296. 15	nudatam frontem
Humanos Rex	296. 32.	Humanus Rex
Viſus	299. 11.	viſu
Ac	300. 12.	hac
Sæuitiæ	300. 39.	ſæuitie
Veuuſtum	330. 12.	venuſtum
Atq; dulci	331. 39.	atq; Duc